B. 1. 12

Tom. 172.

1. Leusden | Joh | Onomasticum Sacrum.
2. Daumius | Christian | Epistolæ ad diuersos.
3. Schmindel | M. Ge. Jac. | Eloquentiæ Ecclesiasticæ Artificium.
4. Struuij | Burcardi Gotthelff. | Acta Litteraria ex MSS. erutæ atq; collecta. Fasciculus tertius, quartus et quintus. Manca fascicolo 4°
5. Wakius | Jo. Conrad. | Analysis Linguæ Hebreæ, et Chaldaicæ

⊕ Manca quindi l'operetta di Campanella indicata a catalogo.

ONOMASTICUM SACRUM,

In quo omnia nomina propria Hebraica, Chaldaica, Græca, & origine Latina, tam in V. & N. T. quam in libris Apocryphis occurrentia, dilucidè explicantur, & singula propriis suis typis describuntur.

Additur in fine Additamentum de vasis, pecunia & ponderibus sacris.

399

EDITORE

JOHANNE LEUSDEN,
Philosophiæ Doctore, & linguæ Sanctæ in Academia Ultrajectina Professore Ordinario.

Editio Secunda emendata.

J. M. 394



Bibliotheca Angelica

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud JORDANI LUCHTMANS,
Anno cIↃ IↃ c LXXXIV.

Reverendis, doctrinâ & pietate conspicuis

VIRIS,

D. ABRAHAMO ROEHOVIO, *verbi divini dispensatori in Ecclesia Amstelodamensi fidelissimo, diligentissimo, Cognato meo.*

D. CORNELIO CUPERO, *Verbi Divini præconi in Ecclesia, quæ Christo in Lexmont (& ab anno 1679 in Schevelingen) colligitur, vigilantissimo, affini meo.*

ESt ea studiorum nostrorum peculiaris ratio ac felicitas, quod propiori gradu Theologica contingant, iisque arctius illigata hinc ipsi porro Ecclesiæ tanquam ex propinquo inservire, & suam quoque operam approbare queant. Huic enim soli, quotquot Christiani sumus, debemur; & alius quidem aliâ in parte, omnes tamen ad easdem curas, & idem pro ea studium, ubi semel in ejus sinum traditi, eamque Matrem professi sumus, vocamur. Et verò nemini tam parcè indulsit Deus, nec cuiquam usque eò intercluſa sunt omnia, ut non aliquid inveniat, quo prodesse, & dotes virtutesque suas in commune bonum explicare possit. Nunquam enim inutilis est opera viri boni, &, si à primâ Ecclesiæ regendæ parte ipsum fortuna semovit, secundas tractabit, & officia cujusvis Christiani exercebit,

atque isto in ordine quoque rei communi consulet. Sicut enim ille non solum militat, qui Imperator aut Tribunus est, vel qui in primâ acie consistit; sed & qui portas ac impedimenta tuetur, & statione minus quidem periculosâ, tamen suâ non incuriosè fungitur. Sic in Ecclesia quoque Dei varii labores sunt. Ea enim cum Christi Sponsa sit, eique soli omni studio apparari sacrarique debeat; non illi solum eam exornare dicendi sunt, qui proximè eam tractant, quos Hebræorum Sapientes שושבינים appellant, istoque in genere imprimis Mosen memorant: sed etiam ii, qui ultimam ejus vestem attingunt, eamque vel purpurâ, vel auro, vel alio pretioso textu, veluti sacra quodam cultu adaugent. Atque hæc quidem in hisce studiis nostra perpetuò cura fuit. Noluimus in vinea Dei otiosi servi esse; & cum non liceret ipsam vitem proximè curare, ejus extremos saltem palmites pampinosque excoluimus, & linguarum litterarumque nonnullo apparatu, tanquam multiplici amœnâque fronde eam circumvestivimus, quo lætius succresceret, & nos quoque in decretorio isto die denarium nostrum lucrifaceremus. Studuimus quippe, tum aliis in Scriptis nostris, tum in hoc quasi Nomenclatore nonnihil quoque de nostro allucere divinarum litterarum studiosis, atque etiam λεπτὸν τι & minimum fortè nummulum in Ecclesiæ thesaurum conferre. Qui labor etsi inglorius, & ab aliis jam occupatus, tamen à nobis non inutiliter, uti spero, iterum in manus sumptus & publico desudatus est. Nam & Divum Hieronymum in hac parte litterarum versatum

satum novimus, & post Eusebium de Locis Hebraicis scripsisse; imo ex illo, nonnullis mutatis sublatisque, sua pleraque derivasse: & rursus rogatu Fratrum alterum de Nominibus Hebraicis Commentarium elucubrasse: in quo argumento Philonem, qui idem præstiterat, sequutus est: ac ne fortè consummato, ut ipse inquit, ædificio extrema manus deëesset, præterea Novi T. Verborum & Nominum interpretationem adjecit, ut, quod Philo quasi Judæus omiserat, ipse ut Christianus impleret. Vobis autem, Reverendi Viri, hoc quidquid fuit operæ offerre visum fuit; ut publico aliquo testimonio constaret, quanti amicitiam, quæ mihi vobiscum intercedit, quæque sanguinis etiam affinitatisque tanquam sacro aliquo vinculo conjungitur, æstimem: tum ut per manus vestras potissimum in publicum exirent hæc nostra, eoque ipso nomine apud amatores harum litterarum majorem gratiam haberent. Vos enim ii estis, qui hisce studiis non leviter imbuti, non aliam eruditionem magis æstimatis quàm sacram, eoque & cætera omnia studiorum seu ornamenta, seu condimenta, unicè dirigi & collimare vultis, ne divina nempe Sapientia justo cõmitatu & suo quasi satellitio defraudetur. Deum Opt. Max. precor ut Vos diu Ecclesiæ suæ bonisque omnibus salvos sospitesque esse velit. Dabam Trajecti ad Rhenum ipsis nonis Sept. An. cIↃ IↃ c Lxiv.

R. R. VV.

Devinctissimus

JOHANNES LEUSDEN.

ALLOQUUTIO
Ad Benevolum Lectorem.

Habes hîc, benevole Lector, Onomasticum Sacrum, cui simile minutissimis literis, superiori sæculo, Anno 1565. Antuerpiæ edidit Christophorus Plantinus; quod diu distractum fuit. In multis tamen hoc differt ab illo.

1. *In illo voces Hebraicæ sunt destitutæ vocalibus, quæ Tyronibus, & mediocriter tantum in linguâ Hebraicâ exercitatis, lectu & intellectu valde sunt difficiles.*

2. *Omnes voces Hebraicæ, Chaldaicæ & Græcæ in margine sunt descriptæ, quas omnes in textum post voces Latinas intrusi: nam ordo alphabeticus vocum Latinarum, prout eæ occurrunt in Vulgata Latina versione, hîc observatur: & propterea voces Latinæ, sed non Hebraicæ & Græcæ, ab initio sunt ponendæ.*

3. *Infinitas ferè voces Græcas & plurimas Hebraicas, ibi omissas hîc addidi. Si nomen aliquod proprium in utroque Test. vel etiam in Apocryphis, occurreret, illud & Hebraicè & Græcè suis propriis typis descripsi; additis locis ex V. & N. T. vel ex Apocryphis, in quibus illa nomina inveniuntur.*

4. *In illo tantùm Capita locorum sunt descripta, in quibus nomina illa propria in V. & N. T. vel in Apocryphis occurrunt, additis A. B. C. D. E. F. G. denotantibus sectiones capitum, in quas olim Capita Versioni Vulgatæ fuerunt distincta: sed eas literas exemi; tum quia nimis molestum est loca S. Scripturæ per illas literas investigare, tum etiam, quia illæ septem literæ in aliis Bibliis sunt omissæ. Hinc ut Studiosis aliisque subvenirem, & à molestia quærendi liberarem, addidi ubique Versus Biblicos, in quibus nomina propria Hebraica & Græca occurrunt; quod sanè non sine magnâ molestiâ & ingenti tædio est factum. Et magis molestum fuisset nisi me subinde adjuvisset* D. Guiljelmus van Rhijn, *in his linguis benè versatus, jam V. D. Minister Arenaci.*

5. Quia

5. *Quia nonnulli libri jam aliis titulis insigniuntur, quàm superiori seculo; ideo eosdem titulis hodie usurpari solitis insignivi: ex. gr. pro* 1. *&* 2. *Regum posui* 1. *&* 2. *Samuelis, & pro* 3. *&* 4. *Regum scripsi* 1. *&* 2. *Regum: nam antiqui solebant quatuor libros Regum in V. T. numerare; omissâ denominatione* 1. *&* 2. *Samuelis: sed ego morem in hodiernis Bibliis observatum hîc expressi: & propterea quando in antiquo libello habetur,* 1 Reg. *aut* 2. Reg. *tum posui* 1. Sam. *aut* 2. Sam. *&c. Deinde antiqui solebant numerare duos libros Esræ, hoc est, Esram ita vocatum & Nehemiam. Priorem librum vocabant,* 1. Esr. *& posteriorem,* 2. Esr. *Ego simpliciter mutavi in Esram & Nehemiam.*

6. *Voces non adeo Latinas mutavi in magis Latinas, ex. gr. pro* virtuosus *scripsi* virtute præditus, *aut simile quid. Et pro verbo* interpretatur *in significatione passivâ sumpto, posui* vertitur, *aut* transfertur.

7. *Antiqui Vau consonans sæpenumerò scripserunt ut u vocale, ex. gr. pro Sylvanus & Sylva in antiquo illo libro scriptum est Syluanus & Sylua, quod sane Tyronibus aliisque confusionem parere posset; eas literas secundùm hodiernum morem mutavi. Etiam curavi nomina librorum V. & N. T. ut & Apocryphorum literis cursivis (uti Typographi vocant) exprimi, cum in antiquo illo libello iisdem literis, qualibus significationes nominum denotantur, expressa fuerint.*

8. *Multas voces Hebraicas & Græcas ex ipso textu Originali correxi, Loca malè allegata mutavi, multa addidi, nonnulla eliminavi, & planè præterita apposui. Multæ aliquandò occurrunt ejusdem nominis significationes, aliquando duplices, vel triplices, vel etiam plures; sed eas omnes non approbo, nunnunquam una tantum vera est: propterea additur, vel: aliquando nulla posset esse vera: nam significationes nonnunquam sunt dubiæ. Imo aliquando nemo scire potest certam vocum significationem. Hinc quando origo sive significatio est dubia, tum ut plurimum additur D. & quando nomen proprium est Græcæ originis, tum sæpè additur G.*

9. *Quædam*

9. *Quædam appellativa nomina, pauca tamen, interseruntur, quia vetus interpres, etiam* Lxx *nonnunquam, propria quædam nomina verterunt ut appellativa; cujusmodi sunt, murus coctis lateris, pro Cir-hæres, tentatio pro Massa, &c.*

10. *Potuissem singularum vocum dedisse uberiorem explicationem, vel earundem radices Hebraicas & Græcas: sed hæc omisimus, tum ne opus nimium excresceret, tum etiam quia mediocriter in Hebraicis & Græcis versati, eas radices facilè ex significatione Latina investigare possint. Qui vocum Græcarum N. T. talem explicationem desiderat, adeat Lexion Græco-Latinum Pasoris.*

11. *Ut quis varietatem literarum facillimo negotio inquirere posset, addidi semper notam talem ¶, quæ indicat secundam Alphabeti literam esse aliam, quam quæ in voce præcedenti occurrit: ex. gr. pag. 1. Vox tertia Abba notatur tali nota; quia ibi jam sequitur A. B. cum in antecedentibus fuerit, AA. &c.*

12. *Voces Latinæ sunt desumptæ ex versione Vulgata, quia ea ex omnibus versionibus inter doctos est notissima. Si eæ ex Bibliis Belgicis, Gallicis, vel Anglicanis fuissent depromptæ, tum tantùm Belgæ, Galli, vel Angli eas inquirere potuissent. Verum ut hoc Onomasticum plerisque nationibus, saltem Christianis, usui esse posset, ideo eas deprompsi ex versione Vulgata.*

13. *Quia Nomina propria in Vulgata versione non ita semper nominantur, sicuti in textu Hebræo vel Græco, vel etiam in aliis versionibus nominari solent: nam in lingua Hebraica sunt ïitteræ י* Hajin *& ח* Cheth, *quæ in lingua Latina non occurrunt: ideo nomina Hebraica incipientia ab י* Hajin, *ut plurimum quærenda erunt in A. E. O. aut G: Sed incipientia à ח in H. vel nonnunquam alibi. Quæ verò incipiunt à א, ה, ע vel ו investiganda erunt in S. Vnusquisque ad hæc attendens facilè poterit nomina desiderata inquirere. Vel si ad hæc attendens ea non inveniat, adeat Versionem Vulgatam, & videat quomodo ibi vox scripta sit, eamque in hoc libello inquirat. Vale.*

ONOMASTICUM SACRUM,

In quo omnia nomina propria Hebraica & Graeca, tam in V. & N. T. quam in libris Apocryphis occurrentia, dilucide explicantur.

AA. AB.

Aaron, אַהֲרֹן Mons, sive montanus: aut docens, sive concipiens. Filius Amram, *Exod.* 4. 14. 1 *Paral.* 6. 2.

Aaronitæ, Idem. pluralis numeri.

Aasbai, אַחְסַבַּי Confidens in me, vel frater circumdans: aut ex Hebræo & Syro, frater senectutis. Filius Machati. 2 *Sam.* 23. 34.

§ Abba, ἀββὰ אַבָּא Pater, Syrum est, *Marc.* 14. 36. *Rom.* 8. 15. *Gal.* 4 6.

Abadon, ἀβαδδὼν אֲבַדּוֹן Exterminans, vel perditio, Abyssus, *Apoc.* 9. 11.

Abana, אֲבָנָה Lapideus, vel ædificatio: sive pater obsecro, nunc. Nomen fluvii Damasci. 2 *Regum* 5. 12.

Abarim, עֲבָרִים Transitus, p. n. sive transeuntes aut furores, vel prægnantes: aut Syriace, frumenta. Mons est Moabitarum contra Jericho, supra Jordanem, idem ille cum montanis Arabiæ, in quorum vertice est mons Nebo in summitate Phasga, ubi Israelitæ castra fixerant 41. mansionem Eremi, *Num.* 21. 11. & 33. 48. morte Mosis notus. *Num.* 27. 12. *Deut.* 32. 49. Testatur Hieronymus in locis Hebr. ostendi Abarim, ascendentibus de Libyade in Hesebon antiquo vocabulo juxta montem Phogor, nomen pristinum retinentem, a quo circa eum regio usque nunc appellatur Phasga.

Abaron, Ἀναρών, Idem, singularis numeri: vel robur, aut fortitudo D. Filius Mathathiæ filii Johannis, 1 *Mach.* 2. 5.

Abda, עַבְדָּא Servus, aut servitus: vel ex Hebræo

& Syro, nubes ista. Pater Adoniram, 1 *Reg.* 4. 6. *Neh.* 11. 16.

Abdai, עַבְדִּי *Servus*, aut servitus: vel nubes abundans, Pater Cis Levitæ, 2 *Par.* 29. 12.

Abdeel, עַבְדְּאֵל *Servus Dei*, vel nubes abundantiæ Dei. Pater Selemiæ, *Ierem.* 36. 26.

Abdemelech, עַבְדְּמֶלֶךְ Servus regis, vel servus consilii. Nomen Æthiopis cujusdam enuchi, *Ierem.* 38. 8.

Abdenago, עֲבְדְּנָגוֹ *Servus claritatis*, vel servus anxius. Nomen viri qui & Azarias dicitur, *Dan.* 1. 44.

Abdi, עַבְדִּי Servus aut servitus, vel nubes abundans. Filius Maloch filii Azabiæ. 1 *Par.* 6. 7.

Abdias, עֹבַדְיָה *Servus domini*. Dispensator domus regis Achab. 1 *Reg.* 18. 3. Propheta item, *Obad.* 1. 1.

Abdiel, עַבְדִּיאֵל *Servus Dei*, aut nubes abundantiæ Dei. Filius Guni è tribu Gad. 1 *Par.* 6. 15.

Abdon, עַבְדּוֹן Servus, aut nubes judicii, Filius Michaj sive Micha, 2 *Par.* 34. 19. qui 2 *Reg.* 22. 12. Achobor dicitur. Nomen item civitatis, *Jos.* 21. 30. 1 *Par.* 6. 47. Fuit & nomen judicis in Israel, *Iud.* 12. 12.

Abed, עֵבֶד *Servus* vel operarius. Nomen viri, *Esd.* 8. 6.

Abel, אָבֵל per aleph, Luctus. Civitas, quæ (ut Hier. inquit) duodecim a Gadaris miliaria, orientem versus distat, 1 *Sam.* 6. 18. 1 *Reg.* 15. 20. 2 *Reg.* 15. 29. Est & villa in septimo Philadelphiæ lapide, ubi Jephthe cum Ammonitis manum conseruit.

Abel, הֶבֶל per he in principio, Vanitas, sive anhelitus: aut Syriace, vapor. Filius Adam *Gen.* 4. 2.

Abela, אָבֵלָה Luctus. Nomen urbis, 2 *Sam.* 20. 15. quæ & Abel ibidem vocatur.

Abelmaim, אָבֵל־מַיִם Luctus aquarum. Civitas quam, ut narrat historia Paralipomenon (2 *Par.* 16. 4.) rex Asa per Benhadad Syrum expugnavit. 1 *Regum.* 15. 20.

Abel-mehula, אָבֵל־מְחוֹלָה Luctus infirmitatis, aut chori, vel tympani: sive ex Hebræo & Syro, luctus veniæ, Nomen loci, *Iud.* 7. 22. 1 *Reg.* 4. 10. & 19. 16. Hieronymus

mus in locis Hebraicis ait vicum esse in Aulone.

Abel satim, אָבֵל הַשִּׁטִּים Luctus spinarum, luctus declinationum, aut prævaricationum: vel vallis aut planicies cedrorum imputribilium. Non procul a Jordane locus in deserto ad meridiem Moabitarum, a spinarum copia habens nomen. *Num.* 33. 49. Illic fuit XLII. mansio Judæorum.

Aben-boen, אֶבֶן-בֹּהַן Lapis pollicis, aut pollex, vel lapis in eis. Nomen loci, *Iosue.* 19. 17.

Abes, אָבֵץ Ovum, sive cœnosus, aut lineus. Nomen civitatis in tribu Issachar. *Iosue* 18. 20.

Abesan, אִבְצָן Pater scuti, aut patris scutum vel arma, aut pater frigiditatis. Nomen judicis in Israel de Bethlehem, *Iud.* 12. 8.

Abessalom, אֲבִישָׁלוֹם Pater pacis, sive pater consummationis, sive pater retributionis, aut patris pax, sive patris consummatio, sive patris retributio. Pater Maacha, sive Michai matris Abiam. 1 *Reg.* 15. 2. qui 2 *Par.* 13. 2. dicitur Uriel.

Abgatha, אֲבַגְתָא Pater torcularis, vel patris torcular. Eunuchus Assueri regis Persarum. *Hester.* 1. 10.

Abi, אֲבִי Pater, Mater Ezechiæ regis, 2 *Reg.* 18. 2. quæ 2 *Par.* 29. 1. dicitur Abia.

Abia, אֲבִיָה Pater domini, aut voluntas domini, Mater Ezechiæ regis, 2 *Par.* 29. 1. quæ 2 *Regum* 18. 2. dicitur Abi. Filius Samuelis prophetæ, 1 *Sam.* 8. 2. 1 *Par.* 6. 29. Filius item Roboam, 1 *Paral.* 3. 10. qui 1 *Regum* 14. 31. dicitur Abiam. Uxor Esron filii Phares, 1 *Par.* 2. 24. Filius item Jeroboam, 1 *Reg.* 14. 1.

Abi-albon, אֲבִי עַלְבוֹן Pater superintelligens, aut pater superædificans: aut ex Hebræo & Syro, pater injuriæ. Nomen viri, 2 *Sam.* 23. 30. qui 1 *Par.* 11. 32. dicitur Abiel.

Abisaph, sive Abiasaph, אֲבִיסָף Pater congregans, sive pater consummans vel finiens, Filius Core, 1 *Par.* 6. 33. & 9. 19. *Exod.* 6. 24. filius Elcanæ, 1 *Par.* 6. 23. & 9. 19.

Abiam, אֲבִיָּם Pater maris, filius Roboam, 1 *Reg.* 14. 31. & 15. 1. qui Abia, 1 *Par.* 3. 10. dicitur.

Abiather, אֲבִיתָר Pater excellens, aut pater residui vel remanentis: sive pater explorationis vel contemplationis, aut pater funiculi. Filius Ahimelech sacerdotis, 1 *Sam.* 22. 21. *Marci* 2. 26.

Abida, אֲבִידָע Pater scientiæ, vel scientia patris. Filius Madian filii Abrahæ, *Gen.* 25. 4.

Abidan, אֲבִידָן Pater judicii: aut ex Hebræo & Syro pater meus iste, filius Gedeonis, *Num.* 1. 11.

Abiel, אֲבִיאֵל Pater meus Deus. filius Seror. 1 *Sam.* 9. 1. Pater Ner, 1 *Sam.* 14. 50. nomen item cujusdam alterius, 1 *Para.* 11. 32. qui 2 *Sam.* 23. 30. dicitur Abi-albon.

Abiezer, אֲבִיעֶזֶר Pater adjutorii, sive patris adjutorii, sive patris adjutorium, vel pater atrii, aut patris atrium. filius Manasse, *Iosue* 17. 2. unus ex fortibus David, 2 *Sam.* 23. 27. 1 *Paral.* 7. 19.

Abi-gabaon, אֲבִי־גִבְעוֹן Pater collis, sive pater calicis, vel scyphi, aut pater dorsi peccati. Pater Gabaon, cujus uxor Maacha. 1 *Paralip.* 8. 29.

Abigail, אֲבִיגַיִל Pater exultationis, vel patris exultatio. Nomen uxoris Nabal, 1 *Sam.* 25. 3. & 30. 5. Uxor David mortuo Nabal, 1 *Paralip.* 3. 1. Est & filia Naas, soror Sarviæ, mater Joab, 2 *Sam.* 17. 25. 1 *Paral.* 2. 16.

Abihail, אֲבִיחַיִל per heth in penultima, Pater fortitudinis, aut pater exercitus, sive pater divitiarum, aut pater antemuralis, vel pater doloris. Pater Suriel principis Moholitarum, *Num.* 3. 35. ubi corrupte legitur Abihaiel. Uxor item Roboam filii Salomonis, 2 *Paral.* 11. 18.

Abihail אֲבִיהַיִל per he in penultima, Pater luminis vel laudis. Uxor Abiur filii Semei filii Onam, 1 *Para.* 2. 29.

Abilina, Ἀβιλανή, Lugens vel plorans, sive pater mansionis vel murmurationis. D. Nomen regionis, cui præerat Lysias a Romanis constitutus, *Lucæ* 3. 1.

Abimael, אֲבִימָאֵל Pater a Deo vel de Deo. Filius Jectam. *Gen.* 10. 25.

Abimelech, אֲבִימֶלֶךְ Pater meus rex, aut pater regis vel consilii. Generale nomen est Palæsthinorum regum, perinde

perinde atque Cæsar Romanorum imperatorum. Rex igitur fuit Geraræ, Genesis 20. 3. Filius item Gedeonis, *Iudicum* 8. 32. Filius etiam Jerobeseth. 2 *Sam.* 11. 20.

Abinadab, אֲבִינָדָב Pater spontaneus, aut pater voventis vel voti, sive pater principis. Filius Isai patris David, 1 *Sam.* 16. 8. Filius Saul, 1 *Par.* 8. 32. vide etiam 1 *Sam.* 7. 1. 2 *Sam.* 6. 3. 1 *Par.* 2. 13. & 9. 39. & 10. 1. & 13. 7.

Abinoem, אֲבִינֹעַם Pater pulchritudinis, vel jucunditatis, aut pater motionis eorum. Pater Barac ducis exercitus populi Judæorum, *Iudicum* 4. 6.

Abiram, אֲבִירָם Pater celsitudinis, vel electionis: aut pater fraudis, vel projectionis. primogenitus Hiel reædificatoris Jericho, 1 *Reg.* 16. 34.

Abirom, אֲבִירָם Idem. Heb. *A*biram. Filius Eliab, *Num.* 16. 1. *Deut.* 11. 6.

Abisag, אֲבִישַׁג Patris ignorantia, vel patris error: sive pater apprehendens vel attingens: aut pater multiplicans. Virgo adolescentula quæ calefaciebat regem David senio confectum, 2 *Samuel.* 1. 3.

Abisai, אֲבִישַׁי Patris munus, vel pater muneris, Filius Serviæ sororis Abigail, frater Joab, 1 *Samuel* 26. 6. 2 *Samuel* 10. 14. 1 *Paral.* 2. 16. & 11. 20.

Abisue, אֲבִישׁוּעַ Pater salutis vel exclamationis: aut pater respiciens, sive pater magnificus vel potens. Filius Phinees filii Eleazar, filii Aaron, 1 *Paral.* 6. 4. filius item Bela, filii Benjamin filii Jacob, 1 *Par.* 8. 4.

Abisur, אֲבִישׁוּר Pater muri, aut pater bovis, sive pater cantantis, vel pater aspicientis. aut pater rectitudinis. Filius Semei filii Onam filii Jerameel, 1 *Paral.* 2. 29.

Abital, אֲבִיטַל Pater roris, vel ex Hebræo & Syro, pater umbræ. Mater Saphatiæ filii David, 2 *Sa.* 3. 4. 1 *Pa.* 3. 3.

Abitob, אֲבִיטוּב Pater bonitatis. Filius Mehusim, 1 *Par.* 8. 11.

Abiu, אֲבִיהוּ Pater ipse, vel pater est. Filius *A*aron filii Amram filii Caath filii Levi, *Exod.* 6. 23. 1 *Par.* 6. 3.

Abiud, אֲבִיהוּד Pater laudis vel confessionis. Filius

Bela filii Benjamin filii Jacob. 1 *Par.* 8. 3.

Abnèr, אַבְנֵר Patris lucerna, vel patris novale. Nomen principis militiæ Saul, filius Ner patruelis Saul, 1 *Sam.* 14. 49.

Abobi, Ἀβωβί Pater incantationis vel absconsionis. D. Nomen viri, 1 *Mach.* 16. 15.

Abra, Ἄβρα ancilla vel famula. G. *Judith* 8. 32.

Abram, אַבְרָם pater excelsus. Filius Thare Chaldæus, *Gen.* 11. 31.

Abraham, אַבְרָהָם pater multitudinis. Filius Thare sic nominatus a Deo, cum prius Abram diceretur, *Gen.* 17. 5.

Abran, עִבְרִין Transitus, aut ira, sive imprægnatio, vel nubes cantici: aut Syriace, frumentum. Nomen civitatis, *Josue* 19. 28.

Absalom, אַבְשָׁלוֹם pater pacis, sive pater consummationis, sive pater retributionis: aut patris pax, sive patris consummatio, aut patris retributio. Filius David de *Macha.* 2 *Sam.* 3. 3. 1 *Par.* 3. 2.

Absolomi Ἀβεσσαλώμ Pater pacis, sive pater consummationis vel retributionis. D. Nomen viri, 1 *Macch.* 11. 70.

§ Acan, עָכָן tribulatio, vel stridor aut antemurale. Filius Eser filii Seir Horræi, *Gen.* 36. 28.

Acar, עָכָר sterilis, sive enervans, aut evellens, vel truncus, filius Ram primogeniti Ierameel, 1 *Par.* 2. 27.

Accain, חַקָּיִן possessio, sive emptio, aut nidus. Nomen civitatis, *Iosue* 15. 56.

Accaron, עֶקְרוֹן sterilitas, sive enervatio, aut evulsio, vel truncus. Nomen urbis, *Ierem.* 25. 20. *Iosue* 15. 44. 1 *Sam.* 17. 51.

Accaronitæ, עֶקְרוֹנִים steriles, sive enervati, aut evulsi, vel trunci populi, 1 *Sam.* 5. 10.

Acces, עֵקֶשׁ perversus aut pravus. Pater Hira, 2. *Sam.* 23. 26. 1. *Par.* 11. 28.

Accho, עַכּוֹ compressus, vel confractus. Nomen urbis. *Iudicum* 1. 31.

Accos,

Accos, קוֹץ spina, vel æstas, aut tædium, seu vigilia, vel finis. Nomen viri, 1. *Par.* 24. 91. *Esd.* 2. 59.

Accub, עָקֹב vestigium vel supplantatio: aut pravitas, vel calcaneum, sive retributio. Filius Elionai filii Naariæ 1. *Paral.* 3. 24. & 9. 17. & *Nehem.* 8. 7.

Achab, אַחְאָב Frater patris, vel fratris pater, sive arula patris. filius Amri regis Israel, 1. *Reg.* 16. 29.

Achad, אַבַּר amphora, vel hydria, aut scintilla. Civitas in qua regnavit Nemrod, *Genes.* 10. 11. quæ nunc dicitur Nisibis.

Achaia, ἀχαΐα dolor vel tristitia. G. Græciæ regio & pene insula: ipse enim Argæo & Ionio cingitur æquore, ab Isthmo incipit, de qua lege Plinium lib. 4. cap. 5. naturalis Historiæ, Strabonem in 8. Ptolomæum lib. 3. c. 15. *Rom.* 15. 26. 1 *Cor.* 16. 15.

Achaicus, ἀχαϊκὸς dolens sive tristis. G. Nomen viri, 1. *Cor.* 16. 11.

Achan, עָכָן conterens, sive conturbans. Filius Charmi filii Zabdi filii Zaræ, *Ios.* 7. 1. & 22. 20. qui, 1. *Par.* 2. 7. dicitur Achar.

Achar, עָכַר conturbans. Filius Charmi filii Zabdi filii Zaræ filii Judæ, 1 *Par.* 2. 7. qui *Ios.* 7. 1. dicitur Achan.

Achaz, אָחָז apprehendens, sive possidens, aut videns. Filius Ionathan regis Iuda, 2. *Reg.* 16. 1. 1. *Par.* 3. 13. qui alias Eliesер *Luc.* 3. 29. dicitur.

Achazib, אַכְזִיב mendax, mendacium, aut cessans sive fluens utique. Nomen urbis tribus Aser, Iud. 1. 13. quæ Achzib, *Iosue* 19. 29. dicitur.

Achia, אֲחִיָּה sive achias, frater domini. Filius Achitob fratris Ichabod, 1 *Sam.* 14. 3. Filius item Ierameel filii Esron. 1. *Par.* 2. 26.

Achim, ἀχείμ Resurgens, vel confirmans, aut vindicans, vel frater eorum. *Matth.* 1. 14.

Achimaas, אֲחִימַעַץ frater consilii, vel frater consiliarius, aut frater ex ligno. Pater Achinoam uxoris regis Saul, 1 *Sam.* 14. 49. Filius item Sadoc sacerdotis, 2 *Sam.* 15. 36. 1 *Par.* 6. 8.

Achiman, אֲחִימָן frater præparatus, vel frater dexteræ, aut frater quid? Filius Enac, *Num* 13. 23

Achimelech, אֲחִימֶלֶךְ frater regis vel consilii. Nomen viri sacerdotis. 1 *Sam.* 21. 1. Item filius Abiathar, 2 *Sam* 8. 17. qui 1 *Paral.* 18. 16. Abimelech dicitur.

Achimoth, אֲחִימוֹת frater mortis, vel frater mortuus, vel frater dierum. Filius Elcana, 1 *Par.* 6. 25.

Achinoam, אֲחִינֹעַם fratris pulchritudo vel jucunditas, aut frater motionis. Nomen uxoris regis Saul, 1 *Sam.* 14. 49. Uxor item David Jezraelitis, 1 *Sam.* 25. 43. 1 *Par.* 3. 1.

Achior, ἀχιὼρ fratris lumen, aut frater ignis. D. dux filiorum Ammon, *Iudith.* 5. 5.

Achiram, אֲחִירָם fratris celsitudo vel elatio, aut fratris dolus vel projectio. Filius Benjamin, *Num.* 26. 38.

Achiramitæ, Idem p. n. *Num.* 26. 38.

Achis, אָכִישׁ utique est, vel sic est. Rex Geth, 1 *Sam.* 21. 11. Filius Maoch, 1 *Sam.* 27. 2.

Achisamec, אֲחִיסָמָךְ frater sustentationis vel firmitatis: aut frater conjungens. Pater Ooliab, de tribu Dan. *Exod.* 31. 6.

Achitob, אֲחִיטוּב frater bonitatis. Pater Achias, 1 *Sam.* 14. 1. Pater Achimeleck sacerdotis, 1 *Sam.* 22. 9. Pater item Sadoc, 2 *Sam.* 8. 17. 1 *Par.* 6. 7. & 9. 11.

Achitophel, אֲחִיתֹפֶל frater ruinæ, vel frater defectus, aut frater insipiditatis, id est rei insulsæ. Consiliarius regis David, 2 *Sam.* 15. 33. Pater Eliam 2 *Sam.* 23. 12. 1. *Par.* 27. 33.

Achobor, עַכְבּוֹר mus, vel conterens sive comprimens puteum. Filius Michai, 2 *Reg.* 22. 12. Pater item Balanan septimi regis in Edom, *Gen.* 36. 39.

Achor, עָכוֹר turbatio. Vallis in tribu Juda, *Josue* 15. 7. ad septentrionem Iericho haud procul a Galgal, a tumultu & turbatione Israelitici populi appellationem habens, & non ab Achan sacrilego, qui illic lapidatus est propter anathematis furtum, *Ios.* 7. 26.

Achsa, עַכְסָה composita vel adornata, aut lasciviens: sive

sive confractio vel diruptio velaminis. Filia Caleb, 1 *Par.* 2. 49. quæ *Ios.* 15. 16. & *Iud.* 1. 12. Aax scribitur.

Achsaph, אַכְשָׁף veneficus sive conterens utique aut labium utique. Nomen urbis in tribu Aser, *Ios.* 11. 1. Hæc Hieronymo Chasalus dicitur in octavo lapide Diocæsariæ ad radicem montis Thabor in campestribus sita.

Achzib, אַכְזִיב sive achziba, mendax, sive cessans, aut fluens utique. Nomen civitatis in tribu Judæ. *Ios.* 15. 43. & 19. 29. in primo capite Michææ v. 14. legitur, Domos mendacii in deceptionem regibus Israel. Ubi legendum, Domos achzib in deceptionem sive in mendacium regibus Israel.

Acron, עֶקְרוֹן sterilitas sive enervatio, aut evulsio, vel truncus. Nomen loci, *Ios.* 19. 28.

§ Ada, עָדָה Cœtus, vel congregatio, sive ornata, vel testificans, aut transiens, vel præda: aut Syriace, ablata. Altera uxor Lamech, *Gen.* 4. 20. Uxor etiam Esau, filia Elon. *Gen.* 36. 2.

Adad per aleph, אֲדַד interitus, aut nubes, vel vapor, seu fons. Nomen viri, 1 *Reg.* 11. 17.

Adad per he, הֲדַד sonitus aut clamor, sive celeusma: seu mammilla vel dilectio, filius Badad, rex Edom quartus, *Gen.* 36. 36.

Adada, עֲדָדָה testimonium cœtus vel congregationis, aut testimonio ornata: vel testis transitus, sive prædæ ejus, genere fœminino: aut præda suæ prædæ, vel æternitas sui testimonii. Nomen civitatis, *Ios.* 15. 21.

Adadremmon, הֲדַדרִמּוֹן Celeusma mali granati, sive altitudinis. Urbs juxta Iezrahelem, quæ hodie vocatur Maximianopolis, *Zach.* 12. 12.

Adaia sive adaias, עֲדָיָה Testis domini, sive ornatus vel præda domini, aut transitus vel æternitas domini. Filius Ethan filii Zamma, 1 *Par.* 6. 4. & 8. 20, *Esdræ* 10. 29. Filius item Ieroham 1 *Paralip.* 9. 12. Pater Idida matris Iosiæ, 2 *Regum* 22. 1.

Adalia, אַדַלְיָא Hauriens sive paupertas: aut nubes vel interitus laboris. Filius Aman filii Amadatha, *Esth.* 9. 8.

Adam, אָדָם Homo, sive terrenus, aut rufus vel sanguineus. Nomen primi hominis creati a Deo, *Gen.* 2. 15. *Luc.* 3. 38. Nomen etiam commune quo vocavit Deus hominem & mulierem, *Gen.* 1. 26. Est & nomen urbis, *Ios.* 3. 26.

Adama, אַדְמָה Terra, aut rufa, aut sanguinea. Urbs Pentapoleos, *Gen.* 10. 18.

Adami, אַדָמִי Homo vel humanus, sive terrenus, aut rufus, vel sanguineus: aut nubes vel vapor, sive interitus aquarum. Nomen civitatis, quæ & Neceb dicitur, *Ios.* 19. 33.

Adar, הֲדַר Pulchritudo, sive habitaculum, aut generatio. Octavus rex in Edom, *Gen.* 36. 39. qui, 1 *Paral.* 1. 46. dicitur Adad.

Adar-ezer, הֲדַר־עֶזֶר Decor aut pulchritudo auxilii: sive habitaculum aut generatio auxilii: aut atrium pulchritudinis sive habitaculi, vel generationis. Filius Rohob, rex Soba 2. *Sam.* 8. 3. 1. *Par.* 18. 3.

Adarsa, ἀδαρσᾶ testificans solem vel surdum, aut testimonium arantis. D. Nomen loci, 1. *Mach.* 7. 40.

Adazer, ἀδαζᾶ Testis vel testimonium auxilii. D. Nomen urbis, 1. *Mach.* 7. 45.

Adbeel, אַדְבְּאֵל Vapor vel nubes apud Deum vel cum Deo, sive contritari faciens Deus. Filius Ismahelis, *Genes.* 25. 13. 1. *Paral.* 1. 29.

Addar, אַדָּרָה sive addara, Pallium sive potentia, aut magnitudo, Nomen civitatis, *Ios.* 15. 3. Nomen item mensis, sive lunationis duodecimæ, quandoquè integrè, & aliquando pro parte nostro respondentis Februario, Esdræ. 6. 15. Postremo filius Balæ filii Benjamin, 1. *Par.* 8. 2.

Addi, ἀδδὶ Testis, vel testimonium, sive ornatus, vel transitus, aut præda. Pater Melchi patris Neri, *Luc.* 3. 28.

Addo, עִדּוֹ Testis sive ornatus, aut transitus vel præda. Filius Ioach. 1. *Paral.* 6. 21. Pater item Barachiæ, patris Zachariæ, *Zach.* 1. 1. Nomen Prophetæ 2 *Paral.* 9. 29. vide *Neb.* 12. 4.

Addon,

Addon, אַדּוֹן Dominus, aut basis: vel Syriace, auris. Nomen loci. *Neh.* 7. 6. qui Adon, *Esd.* 2. 57. scribitur.

Addus, ἀδδώς Novitas, vel mensis, aut trituratio. D. Nomen loci, 1. *Macb.* 13. 13.

Adeodatus, (אֶלְתָּנָן) Quod latinum est, & in Hebræo dicitur Elhanan: a Deo datus, sive gratia Dei, aut misericordia vel donum Dei. Filius Saltus, 2. *Sam.* 21. 19. 1. *Par.* 20. 5.

Adiada, ἀδιδά Testimonium manus, sive testimonium testimonii, aut præda manus. D. 1 *Macc.* 12. 38.

Adiel, עֲדִיאֵל Testimonium Dei, sive ornatus, vel transitus Dei, aut præda vel æternitas Dei. Nomen principis, 1. *Paral.* 4. 36. filius Iezra, 1 *Par.* 9. 12. & 27. 24.

Adin, עָדִין Deliciosus, sive voluptuosus, aut ornatus: vel Syriace, temporalis, nomen viri, *Esd.* 2. 15. & 8. 6.

Adina, עֲדִינָא idem. Filius Siza, 1 *Par.* 11. 42.

Adithaim, עֲדִיתַיִם Cœtus sive congregationes, aut testimonia. Nomen urbis, *Ios.* 15. 36.

Adli, עַדְלַי Testis mihi, sive ornatus mihi, aut transitus, vel præda, vel æternitas mihi. Nomen viri, 1. *Par.* 27. 29.

Admatha, אַדְמָתָא Nubes vel vapor mortis, sive interitus mortis, vel terrestris, aut rubens. Principis nomen, *Esth.* 1. 14.

Adomin, אֲדֻמִּים Terreni, vel rufi, aut sanguinei. Nomen loci, *Ios.* 15. 7. & 18. 17.

Adon, אָדוֹן Dominus, aut basis: vel Syriace, auris. Nomen loci. *Esd.* 2. 59. qui Addon, *Neh.* 7. 60. scribitur.

Adonia, אֲדֹנִיָּה sive adonias, Dominator dominus: aut basis domini: vel ex Syro & Hebræo, auris domini. Filius David ex Aggith. 2 *Sam.* 3. 4. 1. *Par.* 3. 2.

Adoni-bezec, אֲדֹנִי־בֶזֶק Domini fulgur, sive Dominus fulguris, aut dominus in compedibus. Nomen viri. *Iud.* 1. 5.

Adonicam, אֲדֹנִיקָם Dominus surrexit. Nomen viri: *Esdr.* 2. 13.

Ado-

Adoniram, אֲדֹנִירָם Dominus excelsus: sive Dominus celsitudinis, vel elationis. Filius Abda, qui erat super tributa Salomonis. 1 *Reg.* 4. 6.

Adonis תַּמּוּז. in Hebræo est Thamuz, id est consumptus, sive incendium. Syrum est. Nomen idoli, *Ezech.* 8. 14.

Adonisedec, אֲדֹנִי־צֶדֶק Domini justitia, sive Dominus justitiæ. Rex Ierusalem, *Ios.* 10. 1.

Ador, ἄδωρα Generatio, vel habitatio, aut testimonium lucis vel ignis. D. Nomen loci, 1. *Mach.* 13. 20.

Adoram, הֲדֹרָם Decor eorum, aut laus, vel confessio sublimis, sive clamor excelsus, filius Iectan, *Gen.* 10. 25. 1 *Par.* 18. 10. 2 *Par.* 10. 18.

Adramelech, אַדְרַמֶּלֶךְ Pallium regis, sive magnitudo vel potentia regis vel consilii. Filius Sennacherib regis. 2. *Regum.* 19. 36. *Isa.* 37. 38. Deus item Sepharvaim, 2. *Reg.* 17. 31.

Adria, Ἀδρία nomen maris contra Ravennam, quod per ostia Padi fluvii intratur, sumpto vocabulo ab *Adria* proxima civitate, quæ idem mari nomen Adriatici dedit. Strabo *l.* 5. Hoc Pelagus Paulus emensus est. *Act.* 27. 27.

Adrumetina ἀδραμυττινή. In Græco, *Adramytina*: sodalitas munda vel tersa. Adrumetum sive *Adrumetium*, civitas est Mysiæ. Est & *Adramitis* insula Lyciæ, & *Adrumes Adrumetis* civitas Aphricæ. Hieronymus autem, aut siquis alius fuit auctor, in Catal. locorum acto. Apostolicorum indicat Adrumetum esse civitatem in Bazario regione Aphricæ. Plinius Adrumetum vocat, Neut. Gen. *Act.* 27. 2.

Adullam, עֲדֻלָּם testimonium, sive ornamentum illis, aut testimonium sive ornamentum suæ miseriæ: vel transitus aut præda suæ miseriæ, nomen civitatis *Ios.* 12. 15. & 15. 35

Aduram, אֲדוֹרַם Pallium eorum sive potentia, vel magnitudo eorum: aut vapor excelsus, sive nubes excelsa: aut dolor: sive interitus sublimitatis. Nomen viri qui erat super tributa regis David. 2. *Sam.* 20. 24. & 1 *Reg.* 12. 18.

Adu-

Aduram, אֲדוּרִים in Hebræo Adoraim, Fortitudo vel potentia maris, aut vapor sive interitus elevatus, vel nubes elevata, nomen civitatis ædificatæ a Roboam. 2 *Par.* 11. 9.

§ Aen, עֵין Oculus sive fons. Nomen civitatis. *Ios.* 15. 23. & 1 *Par.* 4 32.

Ægyptia, מִצְרִית *Anguſtians, sive tribulans. Gen.* 16. 1.

Ægyptii, מִצְרִים anguſtiantes, sive tribulantes. *Num.* 14. 13.

Ægyptius, מִצְרִי idem. *f. n. Exod.* 2. 11.

Ægyptus, מִצְרַיִם *Anguſtiæ*, sive tribulationes. Ægyptus, ad Occidentem Iudææ sita, Aphricæ regio est. Plinius tamen *lib.* 5. *cap.* 9. natural. hist. & Pomponius Mela in primo, Asiæ attribuunt proximé Africam: hæc ab Oriente jungitur Assyriæ & mari rubro: ab Occidente habet Lybiam, atque Cyrenen: a Meridie limitem qui Sienem ab Æthiopia dirimit, atque Oceanum: a Septentrione mare magnum, Sinumque Arabicum & terram ad Syriam usque, irrigatur Nilo. authores sunt Iosephus *lib.* 5. *cap.* 11. de bel. Iud. Egesippus *libro.* 4. Inferiorem ejus partem Nilus dextra levaque divisus amplexu suo, determinat. Ideoque insulam quidam dixerunt Ægyptum, ita se findente Nilo, ut triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi Græcæ literæ delta vocabulo deltam appellavere Ægyptum. Ita Plinius libro. 4. cap. 5. & Strabo libro. 17. Ptolom. libro. 5. cap. 6. Ammia. Marcel. libro. 22. Oppida insignia, Saijs, Memphis, Siene, Bubastis, Elephantis, Thebe, Alexandria, Pelusium: testis Mela in 1. Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis, Vide Raph. Vola. Libro. 12. Geog. Non est autem negligendum Ægyptum prophetis appellatam Misraim a Mesraim filio Cham, ejusdem appellationis. Iosephus, lib. 1. cap. 12. antiquit. Iudaic. Mesrim & Mesraim nominatam refert. Hæc quondam Æria dicta est, velut Eusebius in Chronicis annotavit. Adde quod Psalmo 78. & 105. dicitur Ægyptus Cham, quod ejus filius Mesraim occupavit Ægyptum.

Ælam,

Ælam, עֵילָם adolescens vel virgo. m. g. sive occultus, aut seculum filius Sem. Genesis 10. 21. filius item Sesac. 1. *Paralip.* 8. 24. *Neh.* 2. 7. Est & nomen regionis, Media alias, sive Bactriana dicta. *Isaiæ.* 11. 11. A quo Ælamitæ, principes Persidis.

Ælamitæ ἐλαμῖται idem p. n. *Act.* 2, 9.

Æneas, αἰνείας Laudatus G. Nomen viri. *Act.* 8. 33.

Ænon, vide Enon.

Æthiopia, כּוּשׁ in Hebræo dicitur Cus: & transfertur nigra vel nigredo. Æthiopia autem græce ardorem sive incendium significat. Æthiopum regio ab Indo flumine consurgens, juxta Ægyptum, inter Nilum & Oceanum, in Meridie sub ipsa solis vicinitate jacet. Gens ipsa universa primum Etheria appellata est: deinde Atlantia: mox a Vulcani filio Æthiopiæ, Æthiopia: author est Plin. historiæ mundi lib. 6. cap. 30. Multa de hac congessit Raphael Volater. lib. 12. Geographiæ, quem consule. Similiter Ptolemæum libro 4. cap. 7. Plinium in. 5. cap. 8. Ubi quoque de duabus Æthiopiis clarissime legis. *Ezechielis* 29. 10. & 30. 4. *Nahum* 3. 9. *Isai.* 11. 11.

Æthiops, כּוּשִׁי Hebraice cusi, id est, niger. Æthiops Græce, ardens sive incensus. *Act.* 8. 27. 2. *Par.* 14. 9.

Æthiopes, כּוּשִׁים idem. p. n. 2. *Par.* 12. 3.

Æthiopes, צִיִּים *Psalm.* 72. 9. & 74. 15. In Hebræo est Siim, siccitates, aut naves, sive trieres, sive dæmones.

Æthiopissa, כּוּשִׁית in Hebræo dicitur Cuschith, nigra. Græce vero Æthiopissa, ardentem vel incensam significat *Num.* 12. 1.

§ Agabus, ἄγαβος Locusta, vel festivitas patris. D. nomen prophetæ, *Act.* 11. 28. & 21. 10.

Agag. אָגָג Tectum, vel solarium, quod scilicet est in superiori parte domus. Nomen Regis Amalec. 1. *Sam.* 15. 9.

Aggagites, הָאֲגָגִי idem. de stirpe *Agag. Esth.* 3. 1.

Agar

Agar, הָגָר aduena, sive peregrina aut ruminans vel timens, ancilla Abraham. *Gen.* 16 1.

Agarai, הַגְרִי advena, sive pergrinus, aut ruminans, vel timens. Nomen viri. 1. *Par.* 11 39.

Agareni, הַגְרִיִּים idem, nomen populi. 1. *Par.* 5. 10.

Agarenus, idem. 1. *Par.* 27. 31.

Age, אֲגֵא Vallis, sive profunditas. Pater Semma. 2. *Sam.* 23. 11.

Aggæus, חַגַּי Festivus, sive solennis, vel gyrans. nomen prophetæ, *Agg.* 1. 1. *Hebr.* Haggæus.

Aggi, חַגִּי idem. filius Gad filii Iacob. *Gen.* 46. 16. *Hebr.* Haggi.

Aggitæ, festivitates, vel solennitates, vel gyrantes. *Num.* 26. 15. familiæ nomen, ab Aggi, filio Gad.

Aggith, חַגִּית festiva, vel solennis, vel gyrans: Mater Adoniæ filii David. 2. *Sam.* 3. 4. 1 *Par.* 3. 2. *Hebr.* Haggith.

Agrippa. ἀγρίππας. Latinum est, dictum ab eo quod ægros, id est difficiles partus faciat: vel dicitur ille qui in nascendo prius emittit pedes. Filius Herodis Agrippæ, illius, inter Herodes tertii, qui occidit Iacobum, in carcerem conjecit Petrum. *Act.* 12. 13.

§ Ahalab, אַחְלָב fratres cordis, sive lacteus, vel lactans, aut adeps. Nomen urbis. *Iud.* 1. 31.

Ahara, אַחֲרַח frater redolens, aut pratum odoris, filius Benjamin 1. *Par.* 8. 1. qui *Gen.* 46. 24. Gera dicitur.

Ahareel, אַחַרְחֵל alter exercitus, sive noviſſimus exercitus: aut alter dolor, sive noviſſimus dolor: aut ovis fratris. filius Arum. 1. *Par.* 4. 8.

Ahasbai, אַחַסְבַּי confidens in me, vel frater circundans: aut ex Hebræo & Syro, frater senectutis: filius Machati. 2. *Sam.* 23 34.

Ahasthari, אַחַשְׁתָּרִי Cursor, vel veredarius, sive festinatio turturis, aut festinatio exploratoris: sive frater qui explorat: vel ex Syro & Hebræo, princeps turturis, vel

vel princeps explorationis. Filius Ashûr ex Maara. 1 Par. 4. 6.

Ahava, אַהֲוָא Essentia, sive generatio, fluvii nomen, Esd. 8. 31.

Ahaz, אָחָז apprehendens, sive possidens, aut videns. Filius Micha filii Meribbaal. 1. Par. 8. 35.

Ahazi, אֲחָזַי Videns, sive apprehendens. Nomen viri, Nehem. 11. 13.

Aher, אַחֵר alter sive posterior, aut noviſſimus. Nomen viri; 1. Par. 7. 12.

Ahi, אֲחִי frater meus, vel fratres mei: filius Somer, filii Heber filii Bariæ. 1. Par. 7. 35.

Ahia אֲחִיָּה sive ahias, frater domini, filius Sisa, Princeps exercitus Salomonis, 1 Regum 4. 3. & 1. Paralip. 11. 29: Pater Baasa, 2 Reg. 9. 9. fuit & Propheta quidam Silonites, 1. Regum 12. 15.

Ahiam, אֲחִיאָם frater matris, aut frater gentis: filius Sarar, 2. Sam. 23. 33. qui 1. Par. 11. 35. dicitur filius Sachar.

Ahicam, אֲחִיקָם frater resurgens, vel frater vindicans: filius Saphan. 2. Reg. 22. 12.

Achiezer, אֲחִי-עֶזֶר frater adjutorii, vel fratris adjutorium, aut fratris atrium filius Ammisaddai, princeps tribus suæ Dan. Num. 1. 12. & 2. 26. & 7. 66. & 10. 25. & 1. Par. 12. 3.

Ahilud, אֲחִילוּד frater natus, vel frater genitus. Pater Iosophat illius qui erat a commentariis Davidi, 2. Sam. 8. 16. & 1 Reg. 4. 12.

Ahimam, אֲחִימָן frater præparatus, sive frater dexteræ, aut frater meus quid? Nomen viri, 1 Par. 9. 17. Enac. Iosue. 15. 14. Judicum 1. 10.

Ahimelech, אֲחִי-מֶלֶךְ frater meus rex, vel frater regis sive consilii. Nomen viri de filiis Ithamar. 1 Par. 24. 3.

Ahin, אֲחִין frater vini, vel fratres: filius Semidæ filii Galaad, 1 Par. 7. 19. Hebr. ahian.

Ahinadab, אֲחִינָדָב frater spontaneus, aut frater voven-

voventis vel voti: sive frater principis: filius Addo. 1 *Reg.* 4. 14.

Ahio, אֲחִיו frater ejus, vel fratres ejus: filius Abigabaon, 1 *Par.* 8. 30. Filius item Iehiel, 1 *Par.* 9. 37. filius Abinadab, 2 *Sam.* 6. 3. 1 *Par.* 8. 14.

Ahion, עִין Intuitus aut fons vel oculus. Nomen urbis, 1 *Reg.* 15. 20. & 2 *Reg.* 15. 29. & 2 *Par.* 16. 4.

Ahira, אֲחִירַע frater iniquitatis, sive frater socii, aut frater pastoris, vel fratrem confringens. filius Enam, princeps tribus suæ Nephthali, *Num.* 1. 15.

Ahiud, אֲחִיהוּד frater laudis vel confessionis: filius Salomi, princeps tribus Aser, *Num.* 34. 27.

Ahihud, אֲחִיחוּד frater unitatis, sive frater acuminis, aut frater ænigmatis vel gaudii. Nomen viri. 1 *Par.* 8. 7.

Ahisar, אֲחִישָׁר frater principis, sive frater directionis vel cantici, aut frater insidians. Præpositus domus Salomonis, 1 *Reg.* 4. 6.

Ahisahar, אֲחִישַׁחַר frater auroræ, sive frater matutinus, aut frater niger vel nigredinis: filius Balam filii Iadihel filii Benjamin, 1 *Par.* 7. 10.

Ahobban, אֲחֹבָן frater filii, vel fratris filius, sive frater intelligentiæ, aut frater ædificans vel absconditus: filius Abisur filii Semei filii Onam, 1 *Par.* 2. 29.

Ahod, אַחַד laudans sive confitens: filius Simeonis filii Jacob, *Gen.* 46. 14. Heb. Ohad. qui 1 *Par.* 4. 24. dicitur, Jarib.

Ahod, אֲחִיהוּד Idem: filius Balan filii Iadihel filii Benjamin, 1 *Par.* 7. 11.

Ahod, אֲחִיד unitas sive gaudium, aut ænigma, vel acumen, nomen viri, 1 *Par.* 8. 7.

Ahoe, אֲחוֹחַ Tribulus vel spina, sive fraternitas, aut hamus, filius Bela filii Benjamin filii Iacob, 1 *Par.* 8. 4.

Ahohites, אֲחוֹחִי frater vivus, aut tribulus vel spina mea, 2 *Sam.* 23. 9. 1 *Par.* 27. 4.

Ahumai, אֲחוּמַי pratum aquarum, vel frater-aquarum: filius Iahath filii Subal, 1 *Par.* 4. 2.

¶ Aja, אַיָּה per aleph, Vultur. vel heu, sive ubi est? aut insula ejus: filius Sebeon filii Seir Horræi, *Geneseos* 26. 24. 1 *Paralip.* 1. 41. Item pater Respha concubinæ Saulis, 2 *Sam.* 3. 7. & 21. 11.

Aia, עַיָּא per ain, Acervus, civitas tribus Ephraim, 1 *Paralip.* 7. 28.

Aialon, אַיָּלוֹן Ilex, vel quercus, aut fortitudo, sive cervus, nomen civitatis constructæ à Roboam, 2. *Par.* 8. 13. & 11. 10. & 28. 18. Vallis nomen, *Iosue* 10. 13. *judicum* 1. 35. Civitas de tribu Dan data Levitis, *Iosue* 21. 24. Civitas refugii, 1 *Paralip.* 6. 69. Filius Sellum filii Sadoc, 1 *Paralip.* 6. Filius Amasai, filii Bori, 1 *Paral.* 6. Fuit & altera civitas in tribu Zabulon, ut *Iudicum* 12. 11. legimus juxta Hebræum, Mortuusque est ac sepultus in Aialon in terra Zabulon.

Aiath, עַיָּה Hora, sive coacervatio. Est ea urbs quæ Hebræis vocatur Hai. Meminit *Isaias cap.* 10. 28. per quam Sennacherib transiit oppugnaturus Ierusalem, *Nehem.* 7. fit ejusdem mentio.

Aila, urbs quæ Elath dicitur. Vide Elath.

Ailam, עֵילָם Occultus, aut juvenis, vel seculum, filius Sesac, 1 *Paralip.* 8. 24.

Ailath sive Ailoth, אֵילוֹת Ilices, vel quercus, aut cervæ, vel fortitudines. Nomen civitatis ab Ozia ædificatæ, 1 *Reg.* 9. 26. 2 *Paralip.* 8. 17. & 26. 2.

Ain, עַיִן Oculus sive fons. Civitas est in termino Iudæ ad Orientem. *Num.* 34. 11. quam tribus Juda, atque Simeonis sorte accepit, *Ios.* 19. 7. 1 *Paralip.*

1 *Paralip.* 5. 32. quæ deinceps Levitis est tradita. *Ios.* 21. 16. juxta hanc Saul produxit exercitum contra Philisthiim, 1 *Regum.* 29. Hieronymo Bedhennim dicta.

¶ Alámath, sive Alameth, עַלְמַת Occultatio, sive juventus, aut secula: vel super mortem. Filius Beor filii Benjamin filii Jacob. 1 *Par.* 7. filius item Jare. 1 *Par.* 8. 35. & 9. 42. Vide Almath.

Alcimus, ἄλκιμος fortis. G. Nomen sacerdotis impii, 1 *Machab.* 7. 5.

Alexander, ἀλέξανδρος adjutor virorum vel auxiliator virilis. vel fortissimus. G. Nomen regis Macedonum, 1 *Machab.* 1. 1. Item alius de quo *Marc.* 15. 21. Fuit & vir quidam qui recessit à fide, quem Paulus satanæ tradit. 1 Timothæi 1. 20.

Alexandria, נֹ Hebraicè dicitur No, crudum. sive irritatio, aut prohibitio. At Alexandria Græcè, Latinè dicitur adjutorium virorum, sive auxilium virile vel fortissimum. *Ierem.* 46. 25. Inter Ægyptum, Africam, & mare quasi claustrum posita, ab Alexandro Magno condita in parte Africæ, teste Plinio, libro 5. cap. 10.

Alexandrini, ἀλεξανδρεῖς adjutores virorum sive auxiliatores viriles, vel fortissimi. G. *Actor.* 6. 9.

Alexandrinus, ἀλεξανδρεὺς idem. G. *Act.* 18. 24.

Alian, עַלְיָה folia vel excelsus: filius Sobal, 1 *Paral.* 1. 40. qui *Gen.* 36. 23. Aluan dicitur.

Alicarnassus, ἁλικάρνασσος, Caput maritimæ habitationis, vel maritima Cariæ insula. Urbs Cariæ, Principum regia circa initium Tauri sita, 1 *Machab.* 15 23.

Alimis, ἀλέμος Vestibulum, vel porticus, aut fortitudo. D. Nomen civitatis, 1 *Machab.* 5. 26.

Allon, אַלּוֹן Quercus vel fortis. Pater Sephei patris Ziza, 1 *Paral.* 4. 37.

Almath, עַלְמָה occultatio, sive juventus, aut secula, vel super mortem. Nomen civitatis. 1 *Par.* 6. 60. Filius item Bechor filii Benjamin, 1 *Par.* 7. 8. Hebr. Alémeth. Vide Alámath.

Almon, עַלְמוֹן occultum, aut juventus, vel seculum ipsius. Civitas tribus Benjamin, *Iosue* 21. 18.

Alohes, הַלּוֹחֵשׁ Incantator aut tacens. Nomen viri, *Nehem.* 3. 12.

Alphæus, ἀλφαῖος Millesimus, vel doctus, aut dux. D. Pater Jacobi apostoli, *Matth.* 10. 3. *Marc.* 2. 14. *Luc.* 6. 15.

Alva, עַלְוָה ascensus ejus, sive prævaricatio ipsius. Civitas Idumæorum, *Gen.* 36. 40.

Aluan, עַלְיָן Superior, vel excelsus: aut Syriacè, perversus. filius Sobal. *Gen.* 36. 23.

Alús, אָלוּשׁ commistio sive conspersio. Nomen loci, ad quem descenderunt filii Israel à Daphca, ascendentes in terram Chanáan. *Num.* 33. 13.

¶ Amaad, עַמָּשׁ Populus testimonii, aut populi transitus: vel præda, sive populus æternitatis. Civitas tribus Aser. *Iosuæ* 19. 26.

Amadathi, הַמְּדָתָא conturbans legem, vel mensura, Hebr. Ammadatha. Pater Aman. *Esth.* 3. 1.

Amal, עָמָל Labor, aut iniquitas. Filius Helem. 1 *Par.* 7. 35.

Amalec, עֲמָלֵק Populus lambens; vel ex Hebræo & Syro, populus percutiens. filius Eliphaz ex Thamna concubina, *Gen.* 36. 12. A quo Amalecitæ.

Amalecitæ, עֲמָלֵקִי Populi lambentes, vel ex Hebræo & Syro, populi percutientes. Nomen populi. *Gen.* 14. 7. & 1 *Sam.* 30. 1.

Amalecites, Idem, f. n. 1 *Reg.* 27. 8.

Amam,

Amam, עַמָּם Mater sive timor eorum, aut ulna sive cubitus eorum. Nomen civitatis in tribu Juda, *Jos.* 15. 25.

Aman, הָמָן Conturbans, aut tumultuans, sive præparans. Nomen principis. *Esth.* 3. 1.

Amana, אֲמָנָה fides, sive veritas, aut credulitas, vel nutrix. Fluvius Damasci, qui & Abana dicitur, 2 *Regum* 5. 12. Est & mons Ciciliæ, qui & Amanus dicitur, in quo oppidum Bonite est: hic à Syris (ut Plinius inquit libro. 5. cap. 22.) Ciliciam separat. Hujus mentio fit *Cant.* 4. 8.

Amaria sive amarias, אֲמַרְיָה dicit dominus, aut celsitudo domini: vel ex Syro & Hebræo, Agnus domini. Pater Godoliæ, patris Chusi, patris Sophoniæ prophetæ, Sopho. 1. 1. filius item Meraioth filii Zaraiæ, 1 *Paral.* 6. 7. 2 *Paral.* 31. 15.

Amasa, עֲמָשָׂא Populus parcens, sive populum tollens, vel populum elevans. filius Abigail sororis David, cujus Amasæ pater, Iether dicebatur, 2 *Sam.* 17. 25. 1 *Paralip.* 2. 17. filius item Hadali, 2 *Paral.* 28. 12.

Amasai, אֲמָצַי per aleph in prima, fortis vel robustus. filius Bani filii Somer, 1 *Paral.* 6. 46.

Amasai, עֲמָשַׂי per ain in prima, populi munus, vel cum munere. Filius Elcana filii Ioel filii Azariæ. 1 *Par.* 6. 24. & 12. 18. & 15. 23. Pater item Mahat. 2 *Par.* 29. 11.

Amasia, אֲמַצְיָה sive amasias, fortitudo domini. Pater Josa principis. 1 *Paralip.* 4. 34. Filius Elciæ filii Amasai: 1 *Par.* 6. 45. Nomen item sacerdotis, *Amos* 7. 12. Denique rex Juda filius Joas filii Ochoziæ, filii Joram, filii Achab, 2 *Regum.* 14. 1. 1 *Paral.* 3. 12.

Amasias, עַמַסְיָה Onus domini: filius Zechri, 2 *Paralip.* 17. 15.

Amassai, עֲמַשְׁסַי Populi conculcatio. Nomen viri, *Nehem.* 11. 13.

Amathi, אֲמִתַּי verax, sive timens, aut cubitus, vel famulatus. Pater Jonæ prophetæ. 2 *Regum* 14. 25.

Amathitis, Idem. d.

Amelech, הַמֶּלֶךְ Rex sive consiliarius. Pater Joas, 1 *Reg.* 22. 26. 2 *Par.* 18. 25. Fuit & alter quidam, de quo *Jer.* 38. 6.

Ami, עַמִּי Mater, aut timor, sive cubitus: vel Syriacè, gens. Nomen viri, *Esdr.* 2. 55.

Aminadab, עַמִּינָדָב Populus spontaneus, sive populus vovens, aut populi princeps. Filius Ram, filii Esron filii Phares, 1 *Par.* 2. 10. Pater item Nahasson Principis tribus Juda, *Num.* 1. 7. *Ruth.* 4. 20.

Amital, חֲמוּטַל Calor roris, aut indignatio roris: vel ex Hebræo & Syro, caloris sui umbra. Mater Joachas filii Josiæ, 2 *Regum.* 23. 31. Mater item Sedeciæ fratris Joachaz 2 *Regum* 24. 18.

Amizabad; עַמִּיזָבָד populi dos vel dotatio. nomen viri, 1 *Paral.* 27. 6.

Amma, עַמָּה Obscurata sive cooperta: aut populus ejus, sive cum ea. Civitas in tribu Aser, *Josue* 19. 30.

Ammanitæ, עַמּוֹנִים Populares.

Ammanitis, Idem. f. n. *Neh.* 2. 19.

Ammanitis, עַמּוֹנִית Popularis. f. g. 1 *Reg.* 14. 31.

Ammaum, ἐμμαοὺμ Populus abjectus, sive populus obscuratus. D. nomen civitatis. 1 *Mach.* 9. 50.

Ammiel, עַמִּיאֵל Populus Dei, sive mecum Deus. Pater Bethsua matris Salomonis, 1 *Par.* 3. 5. quæ & Bethsabee dicta est. Filius item Gemalli, *Num.* 13. 11. Pater Machir de Lodabat, 2 *Sam.* 9. 4. 1 *Par.* 26. 5.

Ammisaddai, עַמִּישַׁדַּי Populus omnipotentis, sive

sive mecum omnipotens, aut mecum devastator. Pater Ahiézer principis tribus Dan. *Num.* 1. 12.

Ammiud, עַמִּיהוּד Populus laudis vel confessionis, sive mecum laus vel confessio. Pater Elisama principis tribus Ephraim, *Num.* 1. 10. Pater item Samuel principis tribus Simeon, *Num.* 34. 21. Pater item Hutai, 1 *Par.* 9. 4.

Ammiur, עַמִּיחוּר populus libertatis vel foraminis, sive populus albediens. Pater Tholmai 2 *Sam.* 13. 37.

Ammon, עַמּוֹן Populus ejus, Viri nomen, 1 *Sam.* 11. 4. & 14. 47. *Isaiæ* 11. 14.

Ammon, בֶּן־עַמִּי *Genes.* 19. 35. legendum Benammi, filius populi mei. Filius Lot ex filia sua minore.

Ammoni, עַמּוֹנִי Popularis. Civitatis nomen, 2 *Sam.* 23. 36.

Ammonitæ, Idem. p. n.

Ammonitæ, מְעוֹנִים 2 *Par.* 26. 8. ubi dicitur, Et contra Ammonitas habitacula, sive afflicti, aut delinquentes, vel respondentes, Hebr. Meonitæ.

Ammonites, עַמּוֹנִי Popularis. *Nehem.* 2. 19.

Ammonitides, עַמּוֹנִיּוֹת Populares, f. g. 1 *Reg.* 11. 1.

Ammonitis, עַמּוֹנִית Popularis, f. g. 2 *Par.* 24. 26.

Amnon. אַמְנוֹן Fidelis aut verax, sive nutritius, vel pædagogus, aut matris filius. Primogenitus David, ex Achinoam uxore. 2 *Sam.* 3. 27. 1 *Par.* 3. 1. Filius Simonis. 1 *Par.* 4. 20.

Amoc, עָמוֹק Vallis, aut profunditas: nomen viri, *Nehem.* 12. 7.

Amon, אָמוֹן fidelis, aut verax: seu artifex, vel nutritius, aut pædagogus. Filius Manasse, rex Juda, 2 *Reg.* 21. 18. 1 *Par.* 3. 14. 2 *Par.* 33. 28. *Jer.*

1. 2. & 25. 3. *Sopho.* 1. 1 *Mat.* 1. 19. Princeps item Samariæ civitatis. 1 *Reg.* 22. 28. 2 *Paral.* 18. 25. Tertius quidam, de quo *Nehem.* 7. 58.

Amona, הֲמוֹנָה Numerans sive præparans, aut multitudo ejus sive tumultus ejus; vel Syriace, veritas. Urbs in terra Israël versus mare mortuum, quod est in parte orientali Judææ, juxta quam Gog sepultus jacet. *Ezech.* 39. 16.

Amorrhæi, אֱמֹרִי amari, aut rebelles, vel loquaces. nomen populi, trans Jordanem habitantis ad orientem Judææ *Gen.* 15. 20.

Amorrhæus, Idem, singul. n. Filius Chanaàn, *Gen.* 10. 15.

Amos אָמוֹץ per aleph in principio, fortis vel robustus. pater Isaiæ prophetæ. *Isa.* 1. 1.

Amos, עָמוֹס per ain in principio, Oneratus, vel onerans. Propheta unus ex duodecim, *Amos.* 1. 1.

Amosa, חֲמֹצָה Jurgium, vel adinventio, sive azymum aut compressio, nomen civitatis. *Jos.* 18. 26.

Amphipolis, ἀμφίπολις, Vallata vel circundata civitas. G. Civitas Macedoniæ, per quam etiam Paulus profectus est: de qua Volaterranus lib. 8. Geographiæ: primum Novemviæ appellata. Stephanus Cradennam & Ariadraonum antiquitùs vocatam dicit. Alia ejusdem nominis in Syria apud Euphratem à Seleuco condita, quam Turmedam Syri vocant. Hæc Raphael Volaterran. lib. 8. titulo de Macedonia. *Actor.* 17. 1.

Ampliatus, (ἀμπλίας) Latinum est, à verbo Amplio amplias. Paulo amicissimus hic fuit, *Rom.* 16. 8.

Amram, עַמְרָם Populus excelsus, vel manipulus eorum, aut cum excelso. Filius Caath filii Levi,

vi, *Exod.* 6. 18. 1 *Par.* 6. 3. & 23. 12.

Amramitæ, עַמְרָמִי idem. 1 *Paral.* 26. 22.

Amri, אַמְרִי per aleph, amarus, vel loquens, sive exaltatio: aut Syriacè, aries. Pater Zacchur. *Nehem.* 3. 2.

Amri, עָמְרִי per ain, manipulus, vel dominium, sive populus rebellis vel amarus. Princeps militiæ super Israël rex tandem constitutus, 1 *Regum* 16. 16. *Mich.* 6. 15. Pater Athaliæ matris Ochoziæ filii Joram, 2 *Regum* 8. 26. Filius Bechor filii Benjamin filii Jacob, 1 *Par.* 7. 9.

Amraphel, אַמְרָפֶל loquens ruinam, aut loquens occultum, vel loquens judicium. Rex Sennaar, *Gen.* 14. 1.

Amsi, אַמְצִי fortis vel robustus. nomen viri, *Nehem.* 11. 11.

Amthar, הַמְּחוּצָר Species, sive forma vel figuratus, vel depictus, sive mortem maledicens. nomen loci, *Ios.* 19. 13.

¶ Ana עֲנָה respondens vel cantans, sive affligens, vel pauper. Pater Oolibama uxoris Esau, *Gen.* 36. 2. Filius item Sebeon filii Seir Horræi, *Gen.* 36. 24. 1 *Par.* 1. 38.

Ana, הֲנַע commotio vel motus. nomen idoli, 2 *Reg.* 18. 34. & 19. 13. *Isai.* 37. 13.

Anab, עֲנָב Uva: aut Syriacè, nodus. Nomen civitatis sive montis, *Iosua* 11. 21. & 15. 49.

Anaharath, אֲנָחֲרַת ariditas, aut incensio, vel ira, sive hinnitus, aut raucedo: vel Syriacè, suffocatio. Civitas in tribu Issachar, *Iosuæ* 19. 19.

Anamélech, עֲנַמֶּלֶךְ responsio aut canticum regis, sive afflictio vel paupertas regis vel consiliarii. Deus Sepharvaim, 2 *Reg.* 17. 31.

Anamim, עֲנָמִים fons sive oculus aquarum: aut responsio vel afflictio, seu canticum aquarum. Filius Mesraïm, *Gen.* 10. 13.

BIBLIOTHECA ANGELI

Anan, עָנָן Nubes, sive augurium, aut divinatio. Nomen viri. *Nehem.* 10. 16.

Anani, עֲנָנִי nubes, sive auguratio aut divinatio. filius Elioenai filii Naariæ, 1 *Par.* 3. 24.

Anania, sive ananias, עֲנַנְיָה Nubes domini, aut divinatio domini. Nomen civitatis, in qua filii Benjamin habitarunt post Babylonicam captivitatem, *Nehem.* 11. 32. nomen item viri cujusdam, de quo *Actor.* 5. 1.

Anath, עֲנָת responsio, sive canticum, aut afflictio, sive paupertas. Pater Samgar judicis Israël, *Iudic.* 3. 31.

Anathoth, עֲנָתוֹת Idem p. n. Civitas quæ tribus miliaribus distat à Jerusalem, *Isa.* 10. 30. *Ios.* 21. 18. Item filius Bechor filii Benjamin filii Jacob, 1 *Paral.* 7. 9.

Anathothia, עֲנָתוֹתִיָּה Responsiones, vel cantica domini, aut afflictiones, vel inopiæ domini. filius Sesac. 1 *Paral.* 8. 24.

Anathothites, עֲנָתוֹתִי responsio, sive canticum: aut afflictio sive paupertas. *Ierem.* 29. 27.

Andreas, ἀνδρέας Virilis, vel fortissimus, G. nomen Apostoli, *Matth.* 4. 18. & 10. 2. qui ante vocationem suam discipulus erat Johannis Baptistæ, *Joh.* 1. 40.

Andronicus, ἀνδρόνικος Vir victorioſus, G. nomen viri. 2 *Mach.* 4. 34. *Rom.* 16. 7.

Anem, עָנֵם responsio aut canticum eorum, sive afflictio, vel paupertas eorum: aut Syriacé, ovis eorum. nomen civitatis, 1 *Paralip.* 6. 73.

Aner, עָנֵר responsio aut canticum lucernæ, sive affligens lucernam. Frater Mambræ. *Gen.* 14. 13. nomen item civitatis in tribu Manasse. 1 *Paral.* 6. 70.

Ani, עָנִי responsio sive canticum, sive afflictus.

ctus vel pauper. nomen sacerdotis. 1 *Paral.* 15. 18.

Ania, עֲנִיָּה Responsio aut canticum domini, sive afflictus vel pauper domini. nomen viri, *Nehem.* 8. 4.

Aniam, אֲנִיעָם Ego populi, sive navis populi, aut dolor, sive fortitudo populi. Filius Samidæ filii halaad filii Machir filii Manasse. 2 *Paralip.* 7. 19.

Anim, עֲנִים Respondentes sive cantantes, aut afflicti sive pauperes. nomen civitatis, *Iosuæ* 15. 49.

Anna, חַנָּה Gratiosa, sive misericors, aut requiescens, vel donans. Altera uxor Elcanæ, 1 *Sam.* 1. 2. Hebr, Hanna. nomen item prophetissæ cujusdam filiæ Phanuel, de qua *Luc.* 2. 36.

Annas, ἄννας Affligens, vel humilians, aut respondens. D. Nomen pontificis Judæorum soceri Caiphæ etiam pontificis, *Ioan.* 18. 13. *Luc.* 3. 2. *Actor.* 4. 6.

Anob, עָנוֹב Vua: aut Syriacè, nodus. Filius Cos, 1 *Paralip.* 4. 8.

Antilibanus, ἀντιλίβανος Excelsus mons ad septentrionem Judææ ex adverso Libani: de quo Plinius lib. 5. cap. 20. à quo omnis regio supra Libanum ad orientalem plagam respiciens, Antilibanus appellatur, citra regionem Damasci, quæ cecidit in sortem tribus Manasse: quibusdam videtur non esse montem proprium à Libano, sed jugum aut cornu in occasum Brumalem protensum, junctum huic circa Cæsaream Philippi: tanta verò magnitudine, ut mons proprius justè appellari possit.

Antiochia, ἀντόχεια Pro vehiculo, vel curru, h. e. loco currus: sive contra vehiculum vel currum. G. Antiochiæ, duæ sunt clarissimæ civitates. Altera Syriæ Cœles, alias Emath *Zach.* 9. 2. dicta. In hac discipuli primum cœperunt dici Christiani, *Actor.*

Actor. 11. 26. in qua Barnabas & Paulus sunt ordinati, *Actor.* 13. 1. De hac multa Procopius lib. 1. de bello Persico, Strabo in 15. Altera Pisidæ provinciæ, de qua Plin. in 5. cap. 27. Strabo lib. 12. In hac Paulus & Barnabas prædicarunt. *Actor.* 13. 14. *Gal.* 2. 14.

Antiocheni, ἀνιοχεῖς Idem p.n. G. 2 *Macc.* 4. 9.

Antiochenus, ἀνιοχεύς Idem, f.n. G. *Actor.* 6. 5.

Antiochus, ἀντίοχος Idem quod Antiochia. G. 1. *Macc.* 1. 11.

Antipas, ἀντίπας Pro omnibus, vel contra omnes. G. *Apoc.* 2. 13.

Antipater, ἀντίπατρος Pro Patre, vel contra patrem. G. Filius Jasonis, 1 *Machab.* 12. 16.

Antipatris, ἀντιπατρίδος Palestinæ civitas nunc diruta, quam Herodes rex Judææ ex patris sui Antipatris nomine vocaverat. De hac Raphael Volater. lib. 11. Geographiæ, ad hanc Paulus ductus est captivus. *Actor.* 23. 31.

¶ Aod, אֵהוּד Laudans, sive confitens. Filius Gera filii Iemini, *Judicum.* 3. 15.

¶ Apamea sive Apamia, ἀπάμεια Expellens vel abigens, *G. Iudith* 3. 14.

Apeduo, אַפְדְּנוֹ Ornamentum ejus, sive ira judicii ejus. Nomen loci, *Dan.* 11. 46.

Appelles, ἀπελλῆς Expellens vel abigens. G. Vir commendatus a Paulo, *Rom.* 16. 10.

Aphara, הַפָּרָה Vacca, sive frugifera, aut accrescens, sive irritans. Urbs tribus Benjamin, *Iosue.* 18. 23.

Apharsathachæi, אֲפַרְסַתְכָיֵא Dividentes sive dilacerantes pavones. Populi nomen, *Esdr.* 4. 9.

Apharsachæi, אֲפַרְסָכָיֵא Dividentes, sive dilacerantes, *Esdr.* 5. 6. & 6. 6.

Aphar-

Apharsæi, אַפַרְסָא Idem. Populi, *Esd.* 4. 9.

Aphec, sive apheca, אֲפֵק Pelagus vel fortitudo aut vigor: vel Syriacè, exitus, Urbs in tribu Juda, *Jos.* 12. 18. Terminus Amorrhæorum supra Jordanem in sorte tribus Ruben. *Josue* 13. 4. Hieronymo in locis Hebraicis usque ad suam ætatem, Castellum grande Apheca nomine, juxta oppidum Palesthinæ. Urbs præterea in tribu Aser, *Jos.* 19. 30. *Jud.* 1. 31. juxta vicum Esrom civitatis Jezrael: ubi dimicavit Saul in sorte Aser: & ubi Philisthijm contra Israël posuerunt castra, 1 *Sam.* 4. 1. & 29. 1. eo loci Bennadab Rex Syriæ vincitur. 1 *Reg.* 20. 30.

Aphia, אֲפִיחַ Flans, vel exufflans, sive loquens, aut illaqueans, Filius viri gemini, 1 *Sam.* 9. 1.

Aphrica לוּד juxta Geographos, maximè Plinium in prologo tertii, tertia orbis pars est inter Asiam & Europam ad Austrum sita, incipiens ab Ægypto. & in Gaditano freto desinit, in qua populi habitant Mauri, Getuli, Numidæ, Garamantes, & Carthago urbs. Mare quo cingitur Aphrica, à Septentrione Libycum, à meridie Æthiopicum, ab Occidente Atlanticum dicimus: testis Pompo. Mela libro secundo. vide Plinium libro. 5. cap. 4. historiæ mundi. Strabo libro 2. geographiæ. Hæc Aphrica eadem quoque Libya dicitur Plinio teste in prologo quinti. Cujus regionis *Nahum* 3. 9. fit mentio, & alibi sæpè in scripturis, ut *Ezech.* 30. 5. &c.

Aphrica, פּוּר *Isa.* 66. 19. in Hebræo dicitur Pul: & vertitur casus vel ruina, aut faba.

Aphrica, פּוּט *Nahum* 3. 9. in Hebræo est Put: & transfertur crassa vel pinguis. Syrum est.

Aphses, חַפְצִץ Comminuens, vel eripiens, aut aperiens, aut destruens, Nomen viri. 1. *Par.* 24. 15.

Apollo

Apollo ἀπολλὼς Perdens, vel destruens. G. Vir quidam Alexandrinus, *Actor.* 18. 24.

Apollóphanes, ἀπολλωφάνης Perditionem, vel destructionem ostendens. G. Nomen viri, 2 *Mach.* 10. 37.

Apollonia ἀπολλωνία Perditio vel destructio. G. Civitas Macedoniæ, per quam Paulus profectus est. *Act.* 17. 1. Achedoro tantum fluvio à Thessalonica divisa. Volater. lib. 8. geograph. Est & altera in provincia Aphricæ quæ dicitur Pentapolis.

Apollonius, ἀπολλώνιος Perdens vel destruens. G. Nomen viri quem occidit Judas Machabæus, 1 *Mach.* 3. 10.

Apollyon, ἀπολλύων Exterminans, vel perdens, aut destruens. G. *Apoc.* 9. 11.

Apostolus, ἀπόστολος Missus. G. Sic vocavit illos Christus quos misit ad prædicandum Euangelium suum, *Luc.* 6. 13.

Apphàim, פַּנִּים Vultus vel facies, aut furores, sive nares, vel pistores. Filius Nadab filii Semei filii Onam, 1 *Paral.* 2. 30.

Apphia, ἀπφία Producens vel pullulans. G. Nomen fœminæ, *Philem. vers.* 2.

Apphus, Ἄπφος Indignationis consilium, aut volans consilium, vel scrutator. D. Filius Matathiæ filii Johannis, 1 *Mach.* 2. 5.

Appii forum, Ἀππίου φόρος Hieronymus putat fuisse nomen fori Romani ab Appio quondam consule appellatum: à quo & via Appia cognominata fuerit: verùm Appii forum oppidum fuit longius à Roma quam Aricia distans, quod Horatius lib. 1. Serm. Saty. 5. ostendit his verbis.

Egressum magna me excepit Aricia Roma
Hospitio modico, rhetor comes Heliodorus,
Græcorum linguæ doctissimus, inde forum Appi

Differ-

Differtum nautis, cauponibus atque malignis. Ad hanc urbem Paulus venit, quum duceretur Romam, *Act.* 28. 15.

¶ Aquæ ductus, אַמָּה Hebr. Amma, Collis in tribu Benjamin, juxta Giah & Gabaon, ubi Asael frater Joab confossus fuit ab Abner, 2 *Sam.* 2. 23.

Aquila, Ἀκύλας Latinum est, Vir Judæus ex Ponto, *Actorum.* 18. 2.

¶ Ar, עָר Susciatio, sive vigilia: aut evacuatio, vel denudatio, seu civitas, aut æmulus. Principalis urbs Moabitarum, ad Arnon sita, *Deut.* 2. 10. *Isa.* 15. 1. *Num.* 21. 15.

Ara, הָרָא Mons, aut prægnans, sive demonstratio, Urbs Assyriorum, 1 *Par.* 5. 26. Hieronymus in quæst. Hebr. ipsam Rages esse scribit Medorum civitatem, de qua *Tobiæ* 1. 16.

Ara, אָרָא Maledicens, aut videns. Filius Iether. 1 *Paral.* 7. 38.

Araas, חֲרַחַס Ira vel calor confidentiæ sive protectionis. Pater Thecúe patris Sellum mariti Oldæ prophetidis, 2 *Reg.* 22. 14. Heb. Harhas, qui 2 *Paral.* 34. 21. dicitur Hasra.

Araba, עֲרָבָה Insidians, vel multiplicans, aut fenestra sive locusta. Nomen civitatis in tribu Juda, *Jos.* 15. 51.

Araba, ἀραβὰ Idem. D. Nomen viri, 1 *Mac.* 15. 22.

Arabathane, ἀραβαθανὶν Insidiatio fortis, aut fenestræ vel locustæ fortitudo vel donum: aut multiplicatio fortitudinis vel doni. D. Nomen civitatis, 1 *Mach.* 5. 3.

Arabes, עַרְבִיִּים Vespertini, aut fidejussores, sive suaves, aut campestres, vel corvi, aut salices, vel mistiones. 2 *Paral.* 26. 7.

Arabes,

Arabes, ἄραβες שְׁבָא *Psalm* 72. 10. In Hebræo, est Seba, canities, *Actor.* 2. 11.

Arábia, עֲרָב ἀραβία vesperа, aut vesperтina, vel fidejussio, sive suavitas: aut corvus, sive corvina, seu desertum, vel salix, aut commista. Regio Asiæ majoris inter Judæam & Ægyptum, Cassio monte nobilis, quem Sinam esse affirmant. De hac plura Plinius libro. 5. cap. 11. & libro. 6. cap. 28. Ptolomæus libro. 5. cap. 17. Strabo lib. 16. Pomponius Mela in 2. Hęc Hieronymo authore gentes habet multas, Moabitas, Ammonitas, Idumeos, Sarracenos, aliosque quamplurimos. *Ezechiel* 27. 21. hujus fit mentio. Arabum regionem triplicem fecit Ptolemęus. Petream Arabiam eam nominat, quæ supra Palæsthinam ad Cassum montem & mare rubrum excurrit. Nomen habet à Petra vetustissimo oppido. Hanc Arabiam Strabo in 16. Nabatheam vocat, Altera Arabia deserta, quæ Fœlici à meridie, à Septentrione Syria, & Mesopotamiæ parte finitur, ut Ptolemæus libro. 5. cap. 19. scribit, hanc Scenitem, & Arabas illic Scenitas, id est vagos Nomades, & in tabernaculis habitantes nominat Plinius lib. 5. cap. 11. & 24. & Strabo libro. 16. Tertiam Ptolemæus libro. 6. cap. 8. Fœlicem nominat, divitem & beatæ cognomine inclytam, quæ peninsulæ forma inter Persicum & Arabicum sinum in meridiem tenditur. De qua plura Pomponius Mela libro. 3. Geograph. Gręcis (ut habet ille) εὐδαίμων appellatur, id est fœlix, quòd sit thurifera, odores creans: hęc aliàs Sabea dicta est, *Iob* 1. 15. *Psalm.* 72. 10. In hac Paulus prædicavit, *Galat.* 1. 17.

Arábia, שְׁבָא *Psalm* 72. 15. in Hebræo est Scheba id est conversio, sive captivitas, vel sessio.

Arabs, עֲרָבִי Vesperтinus, aut fidejussor, vel suavis, sive campestris, aut corvus, vel salix. seu mistio, *Neh.* 2. 19.

Ara-

Aracæus, עַרְקִי Nervus: aut Syriacè, fugitivus. Filius Chanaan *Geneſ.* 10. 16. qui Arcas oppidum condidit, contra Tripolim in radicibus Libani ſitum.

Arach, אֹרֶךְ Longitudo, ſive medicina, vel ſanitas. Civitas in qua regnavit Nemrod, *Gen.* 10. 10. Hanc & Edeſſam vocari teſtatur Hieronymus.

Arachites, אַרְכִּי Longus vel procerus, ſive ſanans, aut medicina, 2 *Sam.* 15. 32.

Arad, עָרָד Onager: aut Syriacè, draco. Civitas Amorrhæorum ad ſortem Juda pertinens, ad auſtrum ſolitudini Cades vicina, in qua habitaverunt filii Obab ſoceri Moyſis in medio Iſraëlis. Refert Hieronymus in locis Hebraicis uſque ad ſuam ætatem oſtendi villam ab oppido Malatis, quarto lapide, ab Hebron viceſimo. *Num.* 21. 1. *Jud.* 1. 16.

Aradius, אֲרוֹדִי Maledictionis abundantia, aut deſcendens vel imperans. Filius Chanaan, *Gen.* 10. 17.

Aradius, אַרְוָד *Ezech.* 27. 8. Imperans aut deſcendens.

Arado, ἄραδον Stupor, aut tremor, ſive deſcenſio, vel dominium. D. Nomen loci, 1 *Mach.* 15. 23.

Aram, אֲרָם Celſitudo, aut ſublimitas, ſeu decipiens, aut maledictio eorum. Filius Sem, *Gen.* 10. 23. à quo Armenii, ſive Syri Græcis, *Gen.* 22. 21. *Num.* 23. 6. 1 *Par.* 2. 23. Vide Syria. Filius item Somer filii Heber. 1 *Par.* 6. 37.

Aram, רָם In Hebræo, Ram, filius Eſron filii Phares, *Ruth.* 4. 19. *Mat.* 1. 3. & *Luc.* 3. 33. h.e. excelſus, vel ſublimis, aut proijciens.

Arama, אֲרָמָה Excelſa, ſive ſublimis: aut

vermis, sive proijciens. Civitas tribus Nephthali, *Ios.* 19. 36.

Aran, הָרָן Mons, sive montanus, aut prægnans, sive concipiens, vel cantans, aut præco. Filius Thare patris Abraham, *Gen.* 11. 26. 1 *Paralip.* 23. 9.

Aran, אֲרָן Arca, sive exultans, aut maledictio eorum. Filius Dison filii Seir, & filius Iarameel primogeniti Erson. *Gen.* 36. 28. 1 *Par.* 1. 42. & 2 *Par.* 2. 25. ubi dicitur. Et Buna & Aran.

Arapha, רְפָה Medicina, sive relaxatio, aut gigantissa, vel montis os, s. ab ore, aut mons hic. h. e. in hoc loco. Nomen viri. 2 *Sam.* 21. 16.

Ararat, אֲרָרָט Maledictio tremoris: aut ex Hebræo & Syro, maledictio sive lux currentis. Est regio Armeniæ, aut ipsa Armenia, 2 *Reg.* 19. 36. *Isai.* 37. 38. Mons est juxta Boccatium majoris Armeniæ.

Arari, sive Ararites, הָרִי Montanus. 1 *Par.* 11. 35.

Ararites, sive arbathites עַרְבִי Maledictus, sive maledicens, 2 *Sam.* 23. 31.

Arbattis, ἀρβάθιοι Fidejussor, vel suavis, aut mistus, vel vespertinus, sive planities. D. 1 *Mach.* 5. 23.

Arbee, אַרְבַּע Quatuor, sive accubatio. Nomen civatis, quę & Hebron & Mambre dicitur, *Gen.* 23. 2. & 35. 27.

Arbella, ἄρβηλοι Suscitatio vetustatis, sive insidians ei, vel multiplicans eam, sive locusta ejus. D. Terminus Judæ, ortum solis aspiciens, de quo Hieronymus in locis Hebraicis. Est usque hodie vicus Arbel trans Jordanem in finibus Pellæ civitatis Palæsthinæ. Et alius hoc vocabulo in campo prægrandi distans ab oppido legionis millibus novem.

Hæc

Hæc Hieronymus. Strabo lib. 16. 1 *Mach.* 9. 2.

Arbi, אַרְבִּי Locusta, vel fenestra: sive insidiator, aut multiplicans. Nomen loci 2 *Sam.* 23. 35.

Archelaus, ἀρχέλαος Princeps populi. G. Filius Herodis illius qui innocentes occidit, rex Judææ, *Mat.* 2. 22.

Archi ataroth, אַרְכִּי עֲטָרוֹת Longitudo coronarum vel circulorum, aut sanitas vel cicatrix coronarum vel circulorum. Nomen loci, *Jos.* 16. 2. limes terræ Joseph.

Archippus, ἄρχιππος Princeps, vel præfectus equorum. G. Nomen viri, *Colos.* 4. 17. ad *Philem. vers.* 2.

Architriclinus, ἀρχιτρίκλινος Princeps triclinii, id est trium mensarum. G. *Joh.* 2. 8.

Ardon, אַרְדּוֹן Imperans, sive descendens, aut maledictionis judicium. Filius Caleb ex Azuba uxore, 1 *Par.* 2. 18.

Area, אָרַח Via, sive semita, aut viator, vel odorans, sive annona, id est diurna portio. Nomen viri *Esdræ* 2. 5. *Neh.* 6. 18.

Arebba רַבָּה Magna, sive multa, aut proijciens, vel litiogiosa, sive mons in ea. Nomen civitatis, *Jos.* 15. 60.

Arecon, הָרֵקוֹן Vacuus, sive mons lamentationis: vel mons possessionis. Nomen civitatis. *Jos.* 19. 46.

Ared, אָרֶד Imperans, sive descendens. Filius Benjamin, *Gen.* 46. 16.

Aree, אֲרַח Via, sive semita, aut viator, vel odorans, sive annona, id est, diurna portio. Filius Olla, 1 *Paral.* 7. 39.

Areli, אֲרִאֵלִי Altare, sive lux dei, aut visio dei, Filius Gad filii Jacob *Gen.* 46. 16. qui & ariel dicitur.

Areopagita, Ἀρεοπαγίτης De colle Martis. G. *Actorum* 17. 34.

Areopagus, ἄρειος πάγος Collis Martis. G. Authore Stephano de urbibus, promontorium Athenis clarissima Græciæ urbe fuit, in quo judicia necis ferro factę exercebantur: sic appellatus, quasi dicas vicum Martis. Nam & Juvenalis Curiam Martis appellat, qua de re Augustinus libr. 8. de civitate dei, cap. 10. Valerius Max. lib. 2. cap. 1. de institutis antiquis. Unde & Areopagitæ judices severissimi ac innocentissimi dicti sunt. *Actorum* 17. 19. 22.

Aretas, Ἀρέτας virtuti deditus, aut placidus. G. Socer Herodis Tetrarchæ. Arabiæ Petreæ & Damascenæ civitatis dominus, 2 *Mach.* 5. 8. 2 *Cor.* 11. 32.

Aréuna, אַרְוָנָה Arca, vel canticum, sive exultatio: aut lux nostra, sive maledictio nunc. Viri nomen. 2 *Sam.* 24. 16. qui, 1 *Par.* 21. 15. dicitur Ornan.

Argob, אַרְגֹּב gleba, vel glarea, aut maledictio putei vel dorsi, sive lux altitudinis. Nomen regionis Basanitidis, *Deut.* 3. 13. 1 *Reg.* 4. 13. 2 *Reg.* 15. 25. quæ in sortem dimidiæ tribus Manassæ cecidit, vocata terra Raphaim.

Aridai, אֲרִידַי Leo abundans, aut maledictionis abundantia. Filius Aman filii Amadatha, *Esth.* 9. 9.

Aridatha, אֲרִידָתָא Leonis lex, sive maledictionis lex vel ritus. Filius Aman filii Amadatha, *Esth.* 9. 8.

Arie, אֲרִיֵה Leo, sive lux domini. Nomen loci, 2 *Reg.* 15. 25.

Ariel, אֲרִיאֵל Altare, sive leo dei, aut lux dei. *Isai.* 29. 1. accipitur pro civitate Jerusalem, in qua

qua erat altare holocausti in 43. 16. vero Ezechielis, altare significat. Est item nomen viri, 1 *Par.* 11. 22.

Ariel, אֲרִיאֵלִי Altare, sive lux Dei, aut visio Dei. Nomen viri, *Num.* 26. 17.

Arielitæ, אֲרִיאֵלִי Idem. *Num.* 26. 17.

Arimathæa, Ἀριμαθαία Leo mortuus domino, vel lux mortis domini. D. Nomen civitatis *Mat.* 27. 27. vide Ruma.

Arioch, אַרְיוֹךְ Longus vel procerus, sive satietas, vel ebrietas tua, aut leo tuus. Rex Ponti, *Gen.* 14. 1.

Araisai אֲרִיסַי Sponsus: aut Syriacè, colonus, sive venenum. filius Aman filii Amadatha. *Esth.* 9. 9.

Aristarchus, Ἀρίσταρχος Optimus princeps. G. Nomen viri Macedonis Thessalonicensis, *Actor.* 19. 29. & 27. 2. *Col.* 4. 9.

Aristobolus, Ἀριστόβουλος Optimus consultor, vel optimum consilium. Magister Ptolemæi, 2 *Mach.* 1. 10. *Rom.* 16. 10.

Armageddon, Ἁρμαγεδδὼν Mons Euangelii vel euangelizationis, aut mons pomorum, vel fructuum, s. electorum. D. Nomen loci, *Apoc.* 16. 16.

Armenia, אַרְמֶנִיָּא Hebraicè dicitur Ararat: maledictio tremoris: aut ex Hebræo & Syro, maledictio sive lux currentis. Nomen regionis, super cujus montes requievit arca Noë, *Gen.* 8. 4. Dicitur & Aram, ab Aram filio Sem. Sunt qui opinantur esse nomen montis *Ies.* 37. 38.

Armenii, Idem.

Armon, הַרְמֹן Malum granatum, vel mons numerationis, aut mons præparationis, sive mons doni sive muneris. Nomen montis. *Amos* 4. 3.

Armoni, אַרְמוֹנִי Aula, sive palatium, aut male-

maledictio numerationis, vel præparationis, aut luminis munus, filius Saul ex Respha, 2 *Sam.* 21. 9.

Arnan, אַרְנָן Exultans, sive arca eorum, aut lux filii: vel lux aut maledictio permanens vel æterna. Filius Raphaiæ filii Jesciæ filii Phaltiæ, 1 *Paral.* 3. 21.

Arnon, אַרְנֹן Idem. Fluvius est Moabitarum, qui Josepho lib. 4. antiquit. Judaic cap. 4. de montibus Arabiæ fluit, ac per totam solitudinem labens in Asphaltiten lacum erumpit, sejungens Moabitidem & Ammonitida. Hieronymo verò est rupes excelsa in limite Amorrhæorum & Moabitarum, *Num.* 21 14. *Deut.* 2. 36. *Josue* 12. 1. & 13. 9. *Judicum* 11. 13. Est etiam Arnon civitas Moabitarum & deinceps Seon regis Amorrhæorum, *Num.* 21. 23. *Josue* 12. 1.

Arod, אֲרוֹד Imperans sive descendens, filius Gad filii Jacob. *Num.* 26. 17.

Arod, עָרָד Onager: aut Syriacè, draco, filius Beriæ. 1 *Paralip.* 8. 15.

Arodi, אֲרוֹדִי Imperantes sive descendentes, filius Gad filii Jacob, *Genes.* 46. 16.

Aroditæ, Idem, *Numer.* 26. 17.

Aroer, עֲרוֹעֵר Myrica, sive suscitatio vigiliæ, aut vigilia vigiliæ, vel denudatio pellis, aut denudatio æmuli. Urbs Moabitarum sita super ripam torrentis Arnon, extructa à filiis Gad. *Josue* 12. 2. & 13. 25. Est contra Rabbath, *Josue* 13. 25. cessit tribui Gad *Iud.* 11. 33. fit ejus mentio. 1 *Sam.* 30. 28. & 2 *Sam.* 24. 5. *Num.* 32. 34. 2 *Reg.* 10. 33. Alia est in agro Damascено, cujus meminit *Isaiæ* cap. 17. 1.

Arorites, הָעֲרֹעֵרִי Montanus. 1 *Par.* 11. 28.

Arphad, אַרְפָּד Lux redemtionis, aut sternens, scilicet

scilicet aliquid ad reclinandum. Nomen insulæ in Phœnicia sita non longe à Damasco, Plini. lib. 5. cap. 31. Pompo. Mela lib. 1. *Isaiæ* 10. 9. 2 *Reg.* 18. 34. *Ierem.* 49. 23.

Arphaxad, אַרְפַּכְשַׁד Sanans vel laxans quasi deprædationem aut quasi mamillam: vel laxans aut sanans sicut dæmon, filius Sem, *Gen.* 10. 21. *Luc.* 3. 36. à quo Chaldæi.

Arsa, אַרְצָא terra, sive voluntas, aut cursus, sive maledictionis exitus. Nomen præfecti civitatis Therse. 1 *Reg.* 16. 9.

Arsaces, ἀρσάκης elevans scutum, aut elevatio scuti. G. nomen viri, 1 *Mach.* 15. 22.

Artaxerxes, אַרְתַּחְשַׁשְׂתְּא Lumen sive maledictio, silentium vel festinationem ponens, aut fervor lætitiæ. Generale nomen est (ut Lyrano, & Metastreni Persæ placet) regum Persarum, quemadmodum Cæsar, Romanorum imperatorum. *Esdr.* 4. 7.

Artaxerxes, אַרְתַּחְשַׁסְתְּא Luminis sive maledictionis silentium, vel festinationem persuadens, aut fervor direptionis. *Esdr.* 7. 21. & 8. 1. *Nehem.* 2. 1. & 5. 14. & 13. 6.

Arteman, ἀρτεμᾶς integer, vel incolumis, aut venustus. G. nomen viri. *Titum* 3. 12.

Arum, הָרוּם Excelsus sive sublimis, aut separans, sive proiiciens, Pater Aharehel, 1 *Par.* 4. 8.

Aruboth, אַרֻבּוֹת cataractæ, sive fenestræ, aut insidiæ, vel locustæ. Nomen civitatis 1 *Reg.* 4. 10.

¶ Asa, אָסָא Medicus, aut sanans. Syrum est. filius Abiam regis. 1 *Regum* 15. 8. 1 *Par.* 3. 10. filius item Helcana. 1 *Paral.* 9. 16.

Asael, עֲשָׂהאֵל Fecit Deus, sive factura Dei,

filius Sarviæ, 2 *Sam.* 2. 18. frater item Joab, 2 *Sam.* 23. 24. 1 *Paral.* 2. 16. 2 *Paral.* 31. 13.

Asaia, עֲשָׂיָה Fecit dominus, sive factura domini. Servus Josiæ regis, 2 *Reg.* 22. 14. nomen item principis, 1 *Paral.* 4. 36. & 6. 30. & 9. 5. & 15. 6.

Asalelphuni, הַצַּלְלְפּוֹנִי umbra vel submersio vultus, aut sonitus vel tinnitus vultus. filia Etam. 1 *Par.* 4. 3.

Asalia, אֲצַלְיָהוּ prope dominum, sive ablatio vel separatio domini. Pater Saphan scribæ. 2 *Reg.* 22. 3.

Asan, עָשָׁן fumus, aut fumigans. Nomen civitatis, *Iosua* 15. 42. & 19. 7. 1 *Sam.* 30. 30. 1 *Par.* 4. 32. & 6. 62.

Asana, הַסְּנָאָה rubus: aut Syriacè, Inimicus. Pater Odvia, 1 *Paral.* 9. 7.

Asaph, אָסָף congregans, sive colligens, aut siniens. filius Barachiæ filii Samua. 1 *Par.* 6. 39. Pater item Zechri, 1 *Par.* 9. 15.

Aser haddon, אֲסַר־חַדּוֹן ligans acumen, vel lætitiam: aut Syriacè prohibens novitatem vel unitatem. Filius Sennacherib qui post eum regnavit, 2 *Reg.* 19. 37. *Isa.* 37. 38.

Asaramel, σαραμὲλ beatitudo populi Dei, aut vestigium circumcisionis. D. nomen loci. 1 *Mach.* 14. 28.

Asarela, אַשַׂרְאֵלָה beatitudo Dei, aut intuens fortem vel quercum, sive gressus Dei. Nomen viri. 1 *Par.* 25. 2.

Asbaim, הַצְּבָיִם damulæ, vel pulchritudines, sive militiæ. Nomen viri. *Nehem.* 7. 59.

Asabel, אַשְׁבֵּל ignis vetustatis, aut ignis defluens vel decidens. Filius Benjamin. *Gen.* 46, 21. qui 1. *Par.* 7. 11. Jadiel dicitur.

Asbelitæ,

Aſbelitæ, אַשְׁבֵלִי idem. p. n. *Num.* 26. 38.

Aſcalon, אַשְׁקְלוֹן appenſio vel ſtatera, ſive ignis infamiæ. Civitas ampla Paleſthinæ, ſive ut Joſephus habet, lib. 5. cap. 3. Jud. antiquit. Superiores Idumææ quam Judas expugnavit, *Iudic.* 1. 18. Ubi Samſon triginta viros percuſſit, *Iud.* 14. 19. quæ à conditore Aſcalo Hymenæi filio id nominis, Stephano teſte, invenit. Hæc ſecundùm Egeſippum Lib. 3. cap. 4. ſeptingentis viginti ſtadiis Jeroſolymâ diſtat. De qua Volater. lib. 11. Geog. *Ioſ.* 13. 3. *Ierem.* 25. 20. *Amos* 1. 8. *Soph.* 2. 4. *Zach.* 9. 5. Ab hac reguli Philiſtinorum Aſcalonitæ appellantur. *Ioſ.* 13. 3.

Aſcalona, ἀσκάλωνα, Idem, D. 1 *Mach.* 10. 86.

Aſcalonitæ, אַשְׁקְלוֹנִי idem, p. n. populi nomen, *Ioſuæ* 13. 3.

Aſcenez, אַשְׁכְּנַז ignis quaſi diſtillans, vel quaſi aſpergens. Filius Gomer, *Gen.* 10. 3. populi item quos Græci Rheginos vocant. *Ierem.* 51. 26. ſecundùm Joſephum, Euſebio autem, gentes ſunt Gothicæ.

Aſcenſus ſcorpionis, מַעֲלֵה עַקְרַבִּים Hebr. Maale acrabbim, locus tribus Judæ. *Ioſ.* 15. 3. *Iud.* 1. 36. de quo Hieronymus in locis Hebraicis: qui confinium Amorrhæorum Acrabitenen dictum refert.

Aſebaim, הַצְּבָיִם damulæ, ſive pulchritudines, aut militiæ. Nomen viri, *Nehem.* 2. 57.

Aſedoth, אַשְׁדוֹת effuſiones, ſive declivia, aut campeſtria vel deprædationes, nomen regionis & civitatis in tribu Ruben, urbs Amorrhæorum, *Joſuæ* 10. 40. & 12. 3. & 13. 20.

Aſel, אָצֵל prope, aut juxta, ſive ablatio vel ſeparatio. Filius Elſa filii Rapha. 1 *Par.* 8. 37. & 9. 43. 44.

Asem, עֶצֶם os ab osse: aut fortitudo: aut clausura, scilicet oculorum: vel lignum eorum. Nomen civitatis, *Iosuæ* 19. 3.

Asemona, עֶצְמוֹנָה os nunc ab osse: sive fortitudo nostra, vel clausura nostra, sive lignum vel consilium numerantis vel præparantis. Urbs tribus Judæ. *Ios.* 15. 4.

Asena, אַסְנָה periculum, sive infortunium, vel rubus. Nomen viri. *Nehem.* 2. 50.

Asena, אַשְׁנָה mutatio vel duplicitas, aut dormitatio, sive ignis nunc. Nomen urbis in tribu Juda. *Ios.* 15. 33.

Asenaphar, אֲסְנַפַּר periculum sive infortunium tauri, aut periculi incrementum. Nomen viri, *Neh.* 4. 10.

Aseneth, אָסְנַת periculum sive infortunium. Filia Phuthipharis uxor Joseph, *Gen.* 44. 44. & 46. 20.

Aser, אָסִיר vinctus, sive incarceratus: aut Syriacè, prohibitus. Hebr. Assir. Filius Caath, filii Levi, 1 *Par.* 6. 22. sive filius Core, filii Isaar, filii Caath. *Exod.* 6. 24.

Aser, אָשֵׁר beatitudo sive fœlicitas. Octavus filius Jacob ex Zelpha ancilla Liæ uxoris suæ, *Gen.* 30. 13. nomen item loci, *Ios.* 17. 11. 1 *Reg.* 4. 14.

Aseroth, אֲשֵׁרוֹת nemora, sive luci, aut beatitudines, vel insidiæ, sive gressus. Nomen idoli, *Iud.* 3. 7.

Ashur, אַשְׁחוּר denigratus, sive ignis libertatis, vel albedinis, aut foraminis. Filius Esron filii Phares, ex Abia uxore, 1 *Par.* 2. 24. Pater item Thecuæ, 1 *Par.* 4. 5.

Asia, Ἀσία limosa, vel cœnosa. Ab ἄσις limus, cœnum. Est minor pars Asiæ, quæ tertia pars orbis

orbis censetur: ista continet provincias, Phrygiam, Pamphiliam, Ciliciam, Lycaoniam, Galatiam, Coriam, & alias: Ephesum quoque specialiter: hæc præter orientalem partem, qua ad Cappadociam, Syriamque tendit, undique mari est circumflua. Hanc suspicantur hodie Turciam dici. Author Hieronymus. Hujus multa fit mentio in Actis Apost. & Epist. Pauli. Ut *Actor.* 2. 9. 1 *Cor.* 16. 19.

Asiani, ἀσιανοὶ limosi, vel cœnosi. G. *Act.* 20. 4.

Asiel, עַשְׂיאֵל fecit Deus, sive factura Dei. Filius Saraiæ filii Josabiæ, 1 *Par.* 4. 35.

Asima, אַשִּׁימָא delictum, sive positio, aut ignis maris. Nomen idóli virorum Emath. 1 *Reg.* 17. 30.

Asion gáber, עֶצְיֹן גֶּבֶר lignum viri vel robusti, aut consilium viri vel robusti. Nomen loci est in quo castrametati sunt filii Israel egressi de Hebrona, *Num.* 33. 35. Nomen item civitatis regni Edom ad mare rubrum. *Deut.* 2. 8. 1 *Reg.* 9. 26. 2 *Par.* 8. 17.

Assir, אַסִּיר vinctus, sive incarceratus: aut Syriacè. prohibitus. Filius Jechoniæ filii Joacim filii Josiæ 1 *Par.* 3. 17. filius item Core, 1 *Par.* 6. 22.

Asmodæus, ἀσμοδαῖος destructor, vel dissipator, aut delicti abundantia, vel peccatum abundans, sive ignem mensurans. D. nomen dæmonii, *Tob.* 3. 8.

Asnaa, הַסְנָאָה rubus: Syriacè, inimicus. Nomen viri, *Neh.* 3. 3.

Asphar, ἀσφάρ plasmatio onagri, aut festinatio tauri. D. nomen loci, 1 *Mach.* 9. 33.

Asphenez, אַשְׁפְּנַז pharetra aspersionis vel distillationis, sive magus aspersus. præpositus eunuchorum

chorum regis Nabuchodonoſor, *Dan.* 1. 3.

Aſom, אוֹצֶם ſeſtinatio eorum, ſive jejunans. Sextus filius Iſai, 1 *Par.* 2. 15. filius item Jeraméel primogeniti Eſron. 1 *Paral.* 2. 26.

Aſom, עֶצֶם Os ab oſſe, vel fortitudo ſive clauſura, ſcilicet oculorum: aut lignum eorum. Nomen civitatis. 1 *Par.* 4. 29.

Aſorhaddan, אַסַּרְחַדּוֹן ligans acumen vel lætitiam: aut Syriacè prohibens unitatem vel novitatem. Rex Aſſur, *Neh.* 4. 2.

Aſoth, עֲשָׂוָה Faciens, vel factura, aut tineæ. ſ. veſtimentorum. Filius Jephlat filii Heber, 1 *Par.* 7. 33.

Aſraël, אַשַׂרְאֵל Beatitudo Dei, vel intuitus fortis, aut greſſus Dei. Filius Jaleleel, 1 *Par.* 4. 16.

Aſriël, אַשְׂרִיאֵל Idem. Filius Galaad filii Machir filii Manaſſe, *Num.* 26. 31. *Ioſ.* 17. 2.

Aſrielitæ, הָאַשַׂרְאֵלִי Idem. p. n. *Num.* 26. 31.

Aſſem, הָשֵׁם Nomen, vel nominatus, ſive poſitio vel poſitus. Nomen viri, 1 *Par.* 11. 34.

Aſſedim, הַצָּרִים Venationes, aut inſidiæ, vel latera: aut Syriacè, deſtructiones. Civit. in tribu Nephthali, *Ioſ.* 19. 35.

Aſſidæi ἀσιδαῖοι Milvi, vel herodii, aut venantes, vel inſidiantes. D. Genus hominum inter Judæos, 1 *Mach.* 7. 13. 2 *Mach.* 14. 6.

Aſſon, ἄσσον Appropinquatio vel approximatio. G. complures ſunt hujus nominis urbes. Una Lyciæ civitas maritima in edito ſita promontorio, adeo ut parum tutum ſit accedere. Unde jocus Nicoſtrati citharœdi: Aſſon eas ut citius ad exitij terminos pervenias. Altera in Æolide. Tertia in Myſia. Quarta in Lydiâ. Quinta in Epiro minore, Cleantis philoſophi patria, quæ eadem & Apollonia

nia sit dicta, suffragante & Plinio in 5. cap. 30. hanc postremam Paulus adnavigavit, *Actor.* 20. 13. & 27. 13.

Assuerus, אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ Princeps & caput. Pater Darii regis Medorum. *Dan.* 9. 1. *Esdr.* 4. 5. Hebr. Ahassuerus. Hic à Metasthene Persa Artaxerxes Assuerus vocatur.

Assur, אשור Insidians, sive beatus, aut aspiciens, vel gradiens Filius Sem, *Gen.* 10. 21. de terra Sennaar egressus. *Gen.* 10. 11.

Assuri, אֲשׁוּרִי Beatitudo aut intuitus, vel gressus. Civitas in tribu Aser, 2 *Sam.* 2. 8.

Assurim, אשורים Insidiantes, sive beati: aut aspicientes vel gradientes: Filius Dedan, filii Lecsan, *Gen.* 25. 3.

Assyrii, Idem. Heb. Assurim. Assyrii post Euphratem loca tenent, amne tantum à Babyloniis divisi. Herodotus eosdem populos cum Syris esse dicit, sed à Græcis Syros, à Barbaris Assyrios vocari. In Assyria autem fuerunt XVIII. regna, tam ampla & potens regio fuit. Lege Raphaelem Volater. lib. 11. Geograph. Strabonem, lib. 16. Geographiæ.

Assyrius, אשור Idem, s. n.

Astaroth, עַשְׁתָּרוֹת Greges, sive divitiæ: aut faciens explorationem, seu tinea legis. Urbs in campestribus Moab in dimidia tribu Manasse, Og regis Basan regia. *Deut.* 1. 3. *Ios.* 9. 10. & 12. 4. & 13. 12. gigantum terra quos Chodorlahomor interfecit, *Genesis* 14. 5. in supercilio Sodomorum sita. postremo Levitis concessa, 1 *Par.* 6. 71. fuit & Deus Palæstinorum. Josephus libro sexto, cap. 14. Judaic. antiquit. testis. quem sustulerunt Judæi Samuelis jussu, 1 *Sam.* 7. 3. Est & alius quem adoravit Salomon, 1 *Reg.* 11. 5. Ubi Astoret legitur: à Græcis astarti dictum. Vide Astarte.

Astaro-

Aſtarothites, עַשְׁתְּרָתִי Greges, ſive divitiæ, aut faciens explorationem, ſive tinea legis. 1 *Par.* 11. 44.

Aſtárte, עַשְׁתֹּרֶת Idem. Nomen deæ Sidoniorum, quam colebat Salomon, 1 *Reg.* 11. 5. De qua & 1 *Reg.* 23. 13. fit mentio, quo in loco Aſtarte legendum eſſet pro Aſtaroth.

Aſtyages, ἀσυάγης Civitatis ductor, vel dux. G. Rex Perſarum *Dan.* 13. 64.

Aſyncritus, ἀσύγκριτος Incomparabilis. G. Viri nomen, *Rom.* 16. 14.

¶ Atad, אָטָד Rhamnus, ſive ſpinetum. Locus trans Jordanem, ubi exequias atque planctus peregerunt filii Iſrael ſuper morte Jacob, tertio à Iericho lapide, duobus miliaribus à Jordane, qui locus dictus eſt poſtea Planctus Ægypti, *Gen.* 50. 10. Nunc Beth-hagla, quod verticur locus gyri, eo quòd ibi more plangentium circuierunt in funere Iacob. Hieronymus in locis Hebraicis.

Ataroth, עֲטָרוֹת Coronæ ſive calamus inebriationis: vel ſaturitatis: aut ex Syro & Hebræo, conſilium inebriationis vel ſaturitatis. Civitas in tribu Gad, *Num.* 32. 3. 34. Eſt & altera Ataroth-ſophan. Vide Roth.

Ataroth-addar, עֲטָרוֹת-אַדָּר Coronæ ſive calamus inebriationis vel ſaturitatis pallii ſive potentiæ aut magnitudinis. Civitas in tribu Ephráim. *Joſ.* 16. 5. & 18. 11.

Atara, עֲטָרָה Corona. Altera uxor Jerameel primogeniti Eſron filii Phares filii Judæ, 1 *Paral.* 2. 26.

Ater, אָטֵר Siniſter, vel clauſus. Nomen viri. *Eſd.* 2. 16.

Athach, אָתָךְ Hora tua, ſive tempus tuum. Nomen civitatis, 1 *Sam.* 30. 30.

Athach,

Athach, חַתָּךְ Percutiens, vel humilians, aut subjiciens. Nomen eunuchi. *Esth.* 4. 5.

Athaias, עֲתָיָה Hora vel tempus domini. Nomen viri, *Nehem.* 11. 4.

Athalai, עֲתַי Hora mea, sive tempus meum vel mihi. Nomen viri, *Esd.* 10. 28.

Athalia, עֲתַלְיָהוּ Hora vel tempus domino. Mater Ochoziæ filii Joram regis Judæ, filia Amii regis Israel. 2 *Reg.* 8. 26.

Athanai, אֲתָנַי Fortis sive Asininus, aut donans. Filius Zara filii Adaia, 1 *Paral.* 6. 41.

Athar, עֲתַר Oratio, aut deprecatio. Nomen civitatis. *Ios.* 19. 7.

Athenæ, Ἀθῆναι sine cumulo: vel ab Athena, id est Minerva, Minervales. G. Civitas Achaiæ, philosophiæ dicata studiis & idolorum cultui, ubi Paulus etiam Christum prædicavit. *Act.* 17. 16. hujus urbis Pirçus portus (cujus Terentius in Eunucho meminit) septemplici muro quondam communitus fuisse scribitur. Athenæ hodie sub Turcę imperio sunt, à Barbaris corrupto vocabulo Sethniæ vocantur, Raphaele Volater. lib. 38. Paralipomenon authore.

Athenienses, ἀθηναῖοι Idem. G. *Act.* 17. 21.

Athenobius, ἀθηνόβιος Minervæ arcus. G. Nomen viri, 1 *Mach.* 15. 32.

Atharsatha, הַתִּרְשָׁתָא dissolvens fundamentum, vel contemplans fundamentum vel potum: sive turturis fundamentum: aut ex Hebræo & Syro, contemplans annum vel tempus. Filius Achelai. *Neh.* 10. 1. de quo & *Esd.* 2. 61. & 8. 10.

Atmatha, חַכְמָתָא Lacerta, vel stellio. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15. 35. Hebr. Humta.

Attalia, ἀτταλεία Augens, vel nutriens. G. Civitas Pamphyliç maritima à Ptolomęo Philadelpho ædifica-

ædificata, juxta Raphaelem Volater. lib. 10. Geograph. quam Paulus & Barnabas pertranſierunt, *Act.* 14. 45.

Attalus, ἄτταλος Auctus ſive nutritus. G. Nomen viri, 1 *Mach.* 15. 22.

¶ Ava, עִוָּה Iniquitas. Nomen idoli, 2 *Reg.* 18. 34. & 19. 13. *Iſa.* 37, 13.

Auguſtus, αὔγουστος latinum eſt, vel ab augurio dictus, vel (ut alii volunt) ab augendo. Romanorum Imperator ſecundus patre Octavio ſenatore genitus, Cæſaris nepos, imperavit annos 56. Hic cùm quadrageſimo ſecundo anno imperii ſui firmiſſimam veriſſimamque pacem compoſuiſſet, Chriſtus Dominus in Bethlehem natus eſt: cujus adventui pax iſta famulata eſt, quemadmodum ſcribit Eutropius rerum Romanarum lib. 7. cap. 2. Et Lucas Euangeliſta cap. 2. 1. refert ab hoc edictum exiiſſe, ut cenſeretur orbis univerſus.

Avim, עִוִּים Iniqui, ſive perverſi, Nomen civitatis, *Ioſ.* 18. 23.

Avith, עִוִּית Iniqua, ſive perverſa, aut temporalis. Nomen civitatis, in qua regnavit Adad quartus rex in Edom, *Gen.* 36. 35.

Aulon, ſive vallis campeſtris עֵמֶק הַשִּׁדִּים authore Hieronymo in Heb. locis, non Græcum ut quidam putant, ſed Hebræum vocabulum eſt. Appellatur autem vallis grandis atque campeſtris in immenſam longitudinem ſe extendens, quæ circumdatur ex utraque parte montibus ſibi invicem ſuccedentibus & cohæreutibus, qui incipientes à Libano & ultra, uſque ad deſertum Pharan perveniunt. Suntque in ipſo Aulone, id eſt valle campeſtri urbes nobiles, Scytopolis, Tyberias, ſtagnumque prope eam: ſed & Iericho, mare mortuum, & regiones in circuitu, per quas medius Iordanis fluit *Gen.* 14. 3.

Auran,

Auran, חוּרָן Foramen, sive libertas, aut albedo. Oppidum Damasci in solitudine, *Ezech.* 47. 17. Hebr. Hauran.

Ausitis, הַעוּץ Hebraicè dicitur Hus, & vertitur consilium aut lignum: aut Syriacè, affixus aut affixio. Nomen loci, *Ier.* 25. 20.

¶ Axa, עַכְסָה Composita vel adornata, aut lasciviens: sive confractio vel diruptio velaminis. Filia Caleb, *Ios.* 15. 16. *Iud.* 1. 12. quæ, 1 *Par.* 2. 49. Achsa scribitur.

Axaph, אֵקְשָׁף Veneficus, sive utique conterens. Nomen civitatis, *Ios.* 19. 25.

¶ Aza, עֻזָּא Fortitudo, aut capra. Nomen viri, *Esd.* 2. 47.

Azanias, אֲזַנְיָא Auris Domini, sive auscultatio Domini, vel arma Domini. Nomen viri, *Neh.* 10. 9.

Azanoth-thabor, אֲזַנוֹת־תָּבוֹר Aures electionis sive puritatis, aut ex Hebræo & Syro, aures contritionis aut confractionis. Civitas tribus Nephthali, *Ios.* 19. 34.

Azareel, עֲזַרְאֵל Adiutorium Dei, sive Atrium Dei, Nomen viri, 1 *Paral.* 12. 6. & 25. 8.

Azarias, עֲזַרְיָה Auxilium Domini, sive Atrium Domini. Filius Amasiæ regis Juda 2 *Reg.* 14. 21. qui 2 *Par.* 26. 1. Ozias dicitur. Est & nomen sacerdotis, 2 *Par.* 26. 17. Filius Johannan. 2 *Par.* 28. 12. Filius item Ethan filii Zaræ, filii Iuda, 1 *Par.* 2. 8. Vide & 1 *Par.* 6. 9. 13.

Azaricam, sive Azricam, עַזְרִיקָם Auxilium resurgentis vel vindicantis aut fortitudo vacua. Nomen viri *Nehem.* 11. 14.

Azau, חֲזִי Videns aut prophetans. Filius Nachor ex Melcha, *Genes.* 22. 22. Hebr. Hazo.

Azaz, עַזּ Fortis. Pater Bala. 1 *Par.* 5. 8.

Azazias, עֲזַרְיָהוּ, Fortitudo Domini. Nomen viri. 2 *Par.* 31. 13.

Azbai, אַזְבַּי Hyssopus mea. Nomen viri, 1 *Par.* 11. 37.

Azboc, עַזְבּוּק Hircus vel fortitudo vacuitatis, aut fortis dissipatio. Nomen viri, *Nehem.* 3. 16.

Azeca, עֲזֵקָה Fortitudo, sive murata vel septa: aut Syriacè, annulus. Civitas Amorrhæorum, quæ sorte cessit tribui Juda, *Ios.* 15 35. *Nehem.* 11. 30. Hieronymo inter Eleutheropolim & Æliam sita: quo loci Deus grandine & lapidibus gentes perdidit, *Ios.* 10. 11. Philisthijm illic castra contra Israel habuêrunt, 1 *Sam.* 17. 1. Hanc reparavit Roboam rex Juda. 2 *Paral.* 11. 9. & rex Babylonis eandem debellavit *Jer.* 34. 7.

Azer, עֵזֶר Adiutorium sive atrium. Nomen viri. *Nehem.* 3. 19.

Azgad, עַזְגָּד Fortis exercitus, aut fortitudo felicitatis, vel ex Hebræo & Syro, fortis scissura: Viri nomen. *Esd.* 2. 1. & 8. 12.

Azaia, עֲזִיָּה Fortitudo domini, sive hircus domini. Nomen viri. *Nehem.* 11. 3.

Aziza, עֲזִיזָא Fortitudo, aut fortis. Nomen viri, *Esd.* 10. 27.

Azmaveth, עַזְמָוֶת Fortis mors, sive hircus, aut fortitudo mortis. Nomen viri cujusdam 2 *Sam.* 23. 30. qui 1 *Par* 11. 33. dicitur Azmoth, iisdem consonantibus & punctis, *Esd.* 2. 22.

Azmoch, עַזְמָוֶת Idem. Filius Joada filii Achaz, 1 *Par.* 8. 36. & 12. 3. & 27. 24. Filius item Jore. 1 *Par.* 9. 42. Nomen præterea cujusdam alterius, 1 *Par.* 11. 33. qui 2 *Sam.* 23. 30. dicitur Azmáveth, iisdem consonantibus & punctis.

Azor, ἄζωρ Adiutor, vel accinctus: aut Syriacè converius, D. Filius Eliacim filii Abiud. *Matth.* 1. 14.

Azotidæ,

Azotidæ, אַשְׁדּוֹדִיוֹת Hebraicè dicitur Asdodioth, & vertitur deprædatrices sive ignis dilectionum, *Neh.* 13. 23.

Azotii, אַשְׁדּוֹדִים In Hebræo dicitur Asdodim, id est deprædantes, sive ignis dilectorum vel patruorum. Genus populi in terra Chanaan contra aquilonem, *Ios.* 13. 3.

Azotus, אַשְׁדּוֹד Hebraicè dicitur Asdod, id est deprædatio, sive ignis dilecti, aut ignis patrui. Insignis Palesthinæ urbs inter Ascalonem & Joppen, in qua gigantes habitarunt, capta á Josua duce. *Ios.* 11. 22. Sorte cessit tribui Judæ, *Ios.* 15. 46. Hæc una è quinque civitatibus Allophylorum templo Dagon idoli nobilitata, 1 *Sam.* 6. 17. Quam ut ait Stephanus, condidit quidam è mari rubro profugus, ex nomine uxoris suæ Azes. Volater. lib. 11. Geogra. cujus in scripturis multa est mentio, *Ier.* 25. 20. *Amos* 1. 8. *Soph.* 2. 4. *Zach.* 9. 6. *Isa.* 20. 1. 2 *Par.* 26. 6. In hac Philippus prædicavit Christum, *Actor.* 8. 40.

Azriel, עַזְרִיאֵל Adiutorium Dei, sive atrium Dei: nomen viri, 1 *Paral.* 12. 6.

Azuba, עֲזוּבָה Derelicta, sive deserta, aut fortitudo ejus in ea. Mater Josophat filia Salai. 1 *Reg.* 22. 43. Uxor item Caleb filii Juda, 1 *Par.* 2. 18. 2 *Par.* 20. 31.

Azur, עַזּוּר Adiutus, sive adiutor. Pater Ananiæ prophetæ, *Ier.* 28. 1. Pater item Jezoniæ *Ezech.* 11. 1.

Azzi, עָזִּי Fortitudo mea, sive hircus meus. Nomen viri, *Nehem.* 11. 22.

Litera B.

¶ Baal, בַּעַל Idólum, aut dominans, vel subiiciens aut possidens. Nomen idóli in Samaria, & Moabitarum. Græci Martem putant, *Num.* 22. 40.

quod destruxit Gideon, *Iudic.* 6. 25. Est & nomen loci. 1 *Par.* 5. 23. Filius item Joel, 1 *Par.* 5. 20. Filius Abigabaon, 1 *Par.* 8. 29. Postremo filius Jahiel. 1 *Par.* 9. 35.

Baal, אַרְבְּאֵל *Osee.* 10. 15. legitur, Vindicavit Baal: cum legendum sit, Vindicavit Arbel: & vertitur Pugnavit Deus, sive vindicavit Deus, aut ultus est pro Deo.

Baala, בַּעֲלָה Idolum ejus, aut dominans ei, vel subjecta, aut possessa, sive in ascensione, vel in elevatione. Nomen civitatis in tribu Juda, *Jos.* 15. 9. quæ & Cariath-jarim & Cariath-baal dicitur.

Baalath, בַּעֲלַת Subjecta, sive possessa: aut in exaltatione, vel ascensione. Nomen civitatis in tribu Dan, *Jos.* 19. 8. 44. Civitas à Salomone condita, 1 *Reg.* 9. 18.

Baal-berith, בַּעַל בְּרִית Idolum fœderis vel pacti, aut subjiciens vel possidens fœdus vel pactum. Nomen idoli, *Iudic.* 9. 4.

Baal-gad, בַּעַל-גָּד Idolum fortunæ vel fœlicitatis, seu exercitus: aut subiiciens sive possidens felicitatem vel exercitum: aut ex Hebræo & Syro, Idolum sciffuræ. Urbs in terra Chanáan sub monte Hermon, *Ios.* 11. 17. & 13. 5.

Baal-hasor, בַּעַל-חָצוֹר Idoli atrium vel fœnum, aut possessor gratiæ vel doni. Locus est infra Ephraim urbem Benjamin, 2 *Sam.* 13. 23.

Baal-hermon, בַּעַל-חֶרְמוֹן Idolum aut author sive possessor destructionis sive anathematis, vel retis, sive retiaculi, aut dedicati vel consecrati Deo scilicet. Mons circa Libanum, in Palæsthinæ finibus, *Iud.* 3. 3.

Baali, בַּעְלִי Idolum meum, sive dominans mihi, aut subjiciens vel possidens me. *Osee.* 2. 17.

Baalia, בְּעָלְיָה Idoli Dominus, id est Deus idoli, vel

vel subjiciens aut possidens dominus, sive in ascensu vel in cœnaculo. Nomen viri, 1 *Par.* 12. 5.

Baal-jada, בַּעַל-יָדַע idolum apertum vel manifestatum, sive possessor scientiæ. Filius David, 1 *Par.* 14. 9.

Baalim, בְּעָלִים idola, sive dominantes: aut subiicientes vel possidentes, Nomen idoli, 1 *Sam.* 7. 4. 2 *Par.* 28. 2. *Jerem.* 2. 23. Rex item filiorum Ammon, *Jerem.* 40. 41.

Baal-meon, בַּעַל-מְעוֹן Idolum habitaculi, vel idolum ex peccato, aut subiiciens sive possidens habitaculum, sive dominium ex peccato. Civitas Amorrhæorum, quæ sorte obtigit filiis Ruben, *Num.* 32. 38. *Jos.* 13. 17.

Baal-pharasim, בַּעַל-פְּרָצִים Idolum divisionum, aut subjiciens sive possidens divisiones. Nomen loci in terra Chanáan. 2 *Sam.* 5. 20. 1 *Par.* 14. 11.

Baal-thamar, בַּעַל-תָּמָר idolum palmæ, aut subjiciens, vel possidens palmam arborem, aut idolum commutationis, sive subiciens aut possidens commutationem. Vicus juxta Gabaa, in tribu Benjamin. *Jud.* 20. 33.

Baana, בַּעֲנָה In responsione, sive in afflictione, aut in cantico: vel Syriacè, deprecatio. Filius Remmon Berothitæ, 2 *Sam.* 4. 2. Pater item Eled, 2 *Sam.* 23. 29. Filius item Ahilud, 1 *Reg.* 4. 12.

Baasa, בַּעְשָׁא in factura, sive in tinea, aut in compressione, vel scrutationem tollens. Nomen regis Israël, 1 *Reg.* 15. 17. 2 *Par.* 16. 1. Filius Ahia, 2 *Reg.* 9. 9.

Babel, בָּבֶל Confusio sive commistio. Nomen civitatis, *Gen.* 11. 9. quæ Stephano Seleucia quoque dicta est.

Babylonem esse duplicem, Cosmographorum consensus est: Una in Assyria, sive Chaldæa in campo

Senaar, caput regni Chaldæorum, regia Nemrod, sita ad Orientem terræ Juda, quæ à confusis labiis nomen habet, testes Moses, *Gen.* 10. 10. & 11. 9. Josephus lib. 1. cap. 9. antiq. Iudaic. Augustinus lib. 16. cap. 4. de civitate Dei. Plura de hac Babylone lege apud Plinium in 6. naturalis hist. cap. 26. Strabonem lib. 15. & 16. Pompon. Melam lib. 1. Ptole. lib. 5. cap. 20. & 6. cap. 26. Ab hac & regio circumposita Babylonia vocatur. In hac populus Judæorum LXX. annos captivus retentus fuit, juxta prophetiam *Jer.* cap. 25. 12. per Nabuchodonosor regem Babyloniorum transmigrare coactus, 2 *Reg.* 25. 11. & 2 *Par.* 36. 10. Nunc Seleucia vocata Strabonis lib. 16. Geogra. & Stephano de urbibus. Ipsa Babylonia Mesopotamiæ conjuncta est inter Euphratis ipsius conversiones: australior est: Syriam tamen Ptolemæo, Plinioque non excedit. Author Raphael Volater. lib. 11. Geograph. Plin. lib. 6. cap. 26. natur. histo. Strabo in 16. refert eam Tigri & Euphate irrigari. Altera in Ægypto sita, vel Ægypto proxima in finibus Arabiæ juxta Heliopolin & Arphrosiopolin: Arabum lingua Chayrum illam vocant, nunc. Alcayr dicitur, Soltani sedes. Ex hac urbe divus Petrus priorem suam scripsit epistolam, ad Christi fideles sparsos per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, & Bythiniam. Hęc à Ptolemæo tabula 3. Aphricæ. cap. 5. Babylis appellatur. De hac Raphael Volater. lib. 12. Et Josephus lib. 2. cap. 13. antiquit. Judaic.

Babylonia, idem.

Babylonii, בבלי confusi, sive commisti. *Neh.* 4. 9.

Bacchenor, Ebrius, vel vinosus. G.

Bacchides, Βακχίδης idem. G. Nomen viri. 1 *Mach.* 7. 8.

Bacenor, Βακήνωρ Putatur idem esse nomen cum

cum Bacchenor, & istud esse corruptum. Nomen viri, 2 *Mach.* 12. 35.

Bacbacar, בַּקְבַּקַּר Vacua, vel inanis visitatio, aut matutinatio vel vapulatio, aut inanis vacca. Viri nomen, 1 *Par.* 9. 15.

Badacer, בַּדֶּקֶר in compunctione, sive in transfixione, aut in confusione, sive vectis frigiditatis. Vel sola frigiditas. Nomen ducis exercitus Jehu. 2 *Reg.* 9. 25.

Badad, בְּדַד Solitarius, sive in mamilla, vel in dilectione, Pater Adad regis quarti in Edom, *Gen.* 36. 35.

Badaias, בְּדָיָה Solus Dominus, vel vectis Domini. Nomen viri, *Esd.* 10. 31.

Badan, בְּדָן Vectis, vel solus, aut in judicio. Nomen viri, 1 *Sam.* 12. 11. Filius Ulam filii Sares, 1 *Par.* 7. 17.

Bagatha, בִּגְתָא In torculari. Nomen Eunuchi, *Esth.* 1. 10.

Bagathan, בִּגְתָן In torculari, aut cibum tribuens, Nomen eunuchi, *Esth.* 2. 21.

Bahalis, בַּעֲלִיס in lætitia, sive in arrogantia, Rex filiorum Amnon. *Ier.* 40. 14.

Bahem, *βαὶν* in eis, vel cum eis. D. 1 *Mach.* 13. 37.

Bahurim, בַּחֻרִים Electi, sive juvenes, aut in foraminibus sive in libertatibus. Nomen civitatis in tribu Benjamin. 2 *Sam.* 3. 16.

Bala, בָּלָה vel בִּלְהָה Inveterata sive turbata, aut defluens. Nomen civitatis in tribu Simeon, *Ios.* 19. 3. 1 *Par.* 4. 29. Ancilla item Rachel uxoris Jacob, *Gen.* 29. 29. Uxor item Nephthali, 1 *Par.* 7. 14.

Bala, בָּלַע Deglutiens, sive destruens. Nomen urbis, quæ Segor, item Salissa, sive Vitula conternans in sacris literis dicitur, *Gen.* 14. 9. Est & filius

filius Azaz filii Semma filii Ioel, 1 *Par.* 5. 7.

Balaam, בִּלְעָם Vetustas populi, vel absque populo, sive devoratio aut destructio eorum. Filius Beor ariolus, *Num.* 22. 5. *Ios.* 13. 22. Est & nomen civitatis, 1 *Par.* 6. 70.

Balaan, בִּלְהָן Inveteratus sive turbatus. Filius Eser filii Seir Horræi, *Gen.* 36. 27.

Balac, בָּלָק Involvens, aut destruens, vel cum lambente: aut Syriacè, cum percutiente. Filius Sephor. *Num.* 22. 1.

Baladan, בִּלְאֲדָן Absque imperio, vel absque judicio, aut vetustas imperantis, vel judicii. Nomen viri, 2 *Reg.* 20. 12. *Isa.* 39. 1.

Balan, בִּלְהָן Inveteratus, sive turbatus. Filius Jadihel filii Benjamin. 1 *Par.* 7. 11.

Bálanan, בַּעַל-חָנָן Idoli gratia vel donum, aut possessor gratiæ vel doni. Filius Achobor, septimus rex Edom, *Gen.* 36. 39. 1 *Par.* 27. 27. Hebr. Baalhanan.

Baldad, בִּלְדַּד Vetusta dilectio vel mamilla, sive inveteratus motus, aut absque motu, sive absque dilectione vel mamilla. Nomen viri. *Iob* 8. 1.

Baloth, בָּעֲלוֹת Subjectæ sive possessæ, aut in ascensione. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15. 24.

Bal-salisa, בַּעַל-שָׁלִישָׁה idólum tertium, aut idolum ducis vel principis, sive possessor trium, aut possessor ducatus vel principatus. Nomen loci, 2 *Reg.* 4. 42.

Balsasar, בֶּלְשַׁאצַּר Non portans angustiam, vel non thesaurizans: aut ex Syro & Hebræo, scrutator thesauri. Filius Nabuchodonosor, *Dan.* 5. 1. & 22. 30. & 7. 1. & 8. 1. Secundùm Josephum filius fuit Evilmerodach:

Baltassar, בַּלְטְשַׁאצַּר Absconditè thesaurizans, sive in

ve in malleatore thesauri zans, vel occultè portans anguſtiam. Nomen prophetæ, qui & Daniel dicebatur, *Dan.* 1. 7. & 5. 12.

Bamaal, בְּמַהַל In, circumcisione, aut in mistione. Filius Josaphat filii Heber filii Bariæ, 1 *Par.* 7. 34.

Bamoth, בָּמוֹת Altaria vel excelsa, sive in morte. Nomen vallis, *Num.* 21. 19.

Bamoth-báal, בָּמוֹת-בַּעַל Altaria sive excelsa idóli, aut in morte idóli. Nomen civitatis in Dan, *Ios.* 13. 17.

Banaa, בְּנָעָא In motu. Filius Mosa filii Zamri, 1 *Par.* 8. 36. & 9. 43.

Banaia, sive Banaias, בְּנָיָהוּ Filius domini, aut intelligentia domini, sive ædificatio domini. Nomen viri, 2 *Sam.* 23. 20. Nomen principis cujusdam, 1 *Par.* 4. 36. & 15. 20. 2 *Par.* 31. 13. Pater item Pheltiæ, *Ezech.* 11. 1. Filius Jojadæ, 2 *Sam.* 8. 18.

Bane, בְּנֵי filii, aut ædificantes, sive intelligentes. Nomen civitatis in tribu Dan, *Ios.* 19. 45. Quamvis putem legendum Bani-barac, ut unius civitatis nomen sit, non duarum, quum Hebræis jungantur.

Banea, sive Baneas, בְּנָיָה Filius domini, aut intelligentia vel ædificatio domini. Nomen viri, *Esdr.* 10. 25.

Bani, בָּנִי Filius meus, aut ædificatio vel intelligentia mea. Nomen viri, *Esd.* 10. 33. *Nehem.* 9. 4.

Banni, Idem. Nomen viri, 2 *Sam.* 23. 36. Filius Somer filii Moholi, 1 *Par.* 6. 44.

Baninu, בְּנִינוּ Filii nostri, aut ædificatores nostri, sive intelligentes nos. Nomen viri, *Nehem.* 10. 13.

Bara, בְּעֵרָה Incendium, sive expurgatio, aut pa-

ſtus, vel jumentum, ſive inſipientia, vel in vigilia. Nomen alterius uxoris Saharáim, 1 *Par.* 8. 8.

Bara, בְּעָא In malo, ſive in ſocio, aut in clamore vel in paſtu, ſive in conſtructione. Rex Sodomæ, *Gen.* 14. 2.

Baria, בְּרִיעָה In ſocietate, ſive in malitia, aut in ululatione, vel in paſtu. Nomen viri, 1 *Par.* 8: 13.

Barabbas, βαραββᾶς Filius patris vel magiſtri, aut filius confuſionis vel ignominiæ. D. Nomen inſignis cujuſdam latronis, *Matth.* 27. 16.

Barac, בָּרָק Fulgur, ſive in vanum, vel in vacuum. Nomen civitatis in tribu Dan, *Joſ.* 19. 45. Vide Bane, Filius Abinoem, *Iud.* 4. 6.

Baracha, בְּרָכָה benedictio, aut genuflexio. Nomen viri, 1 *Par.* 12. 3.

Barachel, בְּרַכְאֵל Benedicens Deum, aut genuflectens Deo. Nomen viri, *Iob* 32. 2.

Barachia, ſive Barachias, בְּרַכְיָה Benedicens Dominum, aut genuflectens domino: Pater Zachariæ prophetæ, *Zach.* 1. 1. Filius Moſollamoth, 2 *Par.* 28. 12. Filius Zerobabel filii Phadaiæ, 1 *Par.* 3. 20.

Barad, בָּרָד Grando, ſive in deſcenſu, aut in imperio. Nomen loci in deſerto Sur, *Gen.* 16. 14.

Baraia, בְּרָאיָה Creatura domini, ſive impinguatio, aut electio domini, ſive in viſione. Filius Semi, 1 *Par.* 8. 20.

Baraſa, βόσορρα in egeſtate, aut filii plaſmatio, ſive in curſu, vel in beneplacito. D. Nomen civitatis, 1 *Mach.* 5. 26.

Bared, בָּרֶד grando, ſive in deſcenſu, aut in imperio. Filius Suthalę filii Ephraim, 1 *Par.* 7. 21.

Baria, בָּרִיחַ Sera, vel vectis, ſive fugitivus, aut in odore. Filius Semiæ filii Sechenię, 1 *Par.* 3. 22.

Baria,

Baria, בְּרִיעָה In malo, sive in clamore, aut in ululatione, vel in pastu. Filius Aser filii Jacob. 1 *Par.* 7. 30. & 8. 13. & 23. 10. qui Beria, *Gen.* 46. 17. dicitur, iisdem consonantibus & punctis.

Barieu, βαρϊησοῦς Maleficus, vel magus, sive in nequitia, D. Cognomen pseudoprophetæ, *Actor.* 13. 6.

Bar-jona, βαριωνᾶς Filius columbæ, ex Syro & Hebræo. D. *Matth.* 16. 17.

Barnabas, βαρνάβας Filius prophetæ, vel filius consolationis, D. Nomen viri, *Actor.* 4. 36.

Barsabas, βαρσαβᾶς filius reversionis, vel conversionis, aut filius quietis, vel filius juramenti. D. Nomen viri, *Actor.* 1. 23.

Barthimæus, βαρτίμαιος. Beatus Hieronymus dicit quod corrupte legitur, scribi autem debere Barsemæus: quod Syriace vertitur filius cæcus, vel filius cæcitatis. D. Nomen cæci cujusdam à nativitate, quem Jesus sanavit, *Marc.* 10. 46.

Bartholomæus, βαρθολομαῖος. filius suspendentis aquas. D. Nomen apostoli. *Matth.* 10. 3. *Luc.* 6. 14.

Baruch, בָּרוּךְ Benedictus, vel genuflexus. Filius Neriæ, *Ier.* 32. 10.

Barzaith, בַּרְזִית Filius anguli, aut puritas anguli, sive frumentum anguli. Filius Melchiel filii Aser filii Jacob, 1 *Paral.* 7. 31.

Basaia, בַּעֲשֵׂיָה In factura domini. Filius Melchiæ filii Athanai, 1 *Par.* 6. 40.

Basan, בָּשָׁן In dente, sive in ebore, aut in mutatione, vel in somno, seu in dormitatione: aut confusio vel ignominia. Regio Og regis, quæ pascuis ac nemoribus abundans, cecidit in sortem dimidiæ tribus Manasse, *Isa.* 2. 13. *Num.* 21. 32. quæ & Havoth-jair, *Deut.* 3. 14. dicitur & terra Raphaim.

Bascath,

Baſcath, בַּצְקַת Maſſa, ſive inflatio, aut in anguſtia, vel in effuſione. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ioſ.* 15. 39.

Baſchama, *βασκαμὰ* Confuſio, vel erubeſcentia iræ vel caloris. D. Nomen loci, 1 *Mach.* 13. 23.

Báſemath, בָּשְׂמַת Aromata, vel confuſio mortis, aut in deſolatione, ſive in poſitione, aut in nominibus. Altera uxor Eſau, *Gen.* 26. 33. Filia item Salomonis, 1 *Reg.* 4. 13.

Bathuel, בְּתוּאֵל Filiatio Dei, aut menſura Dei, vel deſertum Dei. Filius Nachor ex Melcha, *Gen.* 22. 22. Nomen civitatis, 1 *Par.* 4. 30.

Bavai, בַּוַּי in væ, id eſt in luctu, vel in miſeria. Syrum eſt, Nomen viri, *Nehem.* 3. 18.

Bauramites, בַּחֻרִמִי Eligens aquas, aut eligens quis? 1 *Par.* 11. 33. qui 2 *Sam.* 23. 30. dicitur Beromi, Hebr. Baharumi.

Bazata, בְּזָתָא Contemptus, vel deſpectus, ſive deprædatio, aut in oliva. Nomen eunuchi cujuſdam, *Eſth.* 1. 10.

Baziothia, בִּזְיוֹתְיָא Contemptus vel deſpectiones ejus ſive prædę ejus: aut in oliva Domini. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ioſ.* 15. 27.

¶ Bebai, בֵּבַי pupilla, ſive concavus aut vacuus. Nomen viri, *Eſd.* 2. 11.

Becbecia, בַּקְבֻקְיָה evacuatio vel diſſipatio Domini, ſive lagunculæ Domini. *Neh.* 11. 17.

Bechuc, בַּקְבּוּק Vacuitas, aut evacuatio vel diſſipatio, ſive lagunculæ. Nomen viri, *Eſd.* 2. 49.

Becher, בֶּכֶר Primogenitus, aut primitiæ, ſive in ariete. Filius Ephraim, *Num.* 26. 35.

Becheritæ, בַּכְרִי Idem plurale, *Num.* 26. 35.

Bechor, Idem quod Becher, iiſdem conſonantibus & vocalibus ſcriptum. Filius Benjamin, *Gen.* 46. 21.

Bechorath,

Bechorath, בְּכוֹרַת Primogenitura, vel primitiæ, Filius Aphia, 1 *Sam.* 9. 1.

Bedan, בְּדָן Vectis, vel solus, sive in judicio, Vide dictionem Badan.

Beel-phegor, בַּעַל-פְּעוֹר idólum hiatus vel aperturæ. Nomen idóli Moabitarum, *Osee.* 9. 10. *Num.* 25. 3. *Deut.* 4. 3.

Beel-phegor, פְּעוֹר Apertura sive hiatus. Nomen idóli, *Ios.* 22. 17. Hebr. Phegor.

Beel-meon, sive Baal-meon, בַּעַל-מְעוֹן Idóli habitaculum, vel idólum de peccato, aut possessio habitaculi, vel possessio ex peccato. Nomen civitatis, *Ezech.* 25. 9. 1 *Par.* 5. 8.

Beel-sephon, בַּעַל-צְפוֹן Idólum aquilonis, vel idolum occultum, aut idolum speculæ, vel possessor aquilonis, vel speculationis aut secreti. Nomen loci sive urbis in Ægypto, *Exod.* 14. 2. *Num.* 33. 7. Josephus. lib. 2. cap. 13.

Béel-teem, בַּעַל-טְעַם Idólum, sive possessor saporis vel gustus, aut rationis vel eloquii. Nomen viri, *Esd.* 4. 8.

Beel-zebub, בַּעַל-זְבוּב Idólum muscæ, vel possessor muscæ. Nomen idoli Accaronitarum, 2 *Reg.* 1. 2. *Luc.* 11. 15. Alias Beel-phegor appellabatur: à gentibus Priapus.

Beera, בְּאֵרָה Puteus, sive explanatio vel declaratio: aut in luce ejus. Filius Joel, 1 *Par.* 5. 6.

Beeri, בְּאֵרִי Puteus, sive explanans aut declarans, vel in luce, sive in leone. Pater Iudith uxoris Esau, *Gen.* 16. 33. Pater item Osee prophetæ, *Osee.* 1. 1.

Beer-ramath, בְּאֵר-רָאמַת Puteus, vel declaratio celsitudinis, aut jaculationis, sive in luce excelsa; Urbs tribus Simeon, *Ios.* 19. 8.

Begoai, בִּגְוַי In corpore meo, sive in gente: aut Syriacè, intrinsecus, *Nehem.* 7. 7. Beguai,

Beguai, Idem. Nomen viri, *Esd.* 2. 2.

Begui, Idem. Nomen viri, *Esd.* 8. 14.

Behemoth, בְּהֵמוֹת multitudinem animalium terrestrium significat, unde plerumque pro Satanæ potentia accipitur, *Iob.* 40. 10.

Bel, בֵּל Vetustus, aut nihil, sive defluens. Nomen idóli Babyloniorum, *Isa.* 46. 1.

Bela, בֶּלַע Deglutiens, sive destruens. Filius Benjamin, *Gen.* 46. 21. 1 *Par* 7. 7. & 8. 1. *Num.* 26. 38. Nomen item urbis, quæ aliàs Segor, *Gen.* 14. 2. dicitur, & Soar, & Salissa, teste Hieronymo. Filius item Beor, rex Edom, *Gen.* 36. 33.

Belaitæ, בַּלְעִי Idem, *Num.* 26. 38.

Belga, בִּלְגָה Refrigerium, vel confortatio, aut vetustas vultus. Nomen viri. 1 *Par.* 24. 13. *Neh.* 12. 4.

Belgai, בִּלְגַי Refrigerium, sive confortatio, aut vetus vallis. Nomen viri, *Nehem.* 10. 8.

Belial, בְּלִיַּעַל Perversus, vel absque jugo, sive non ascendens, vel sine profectu. *Iud.* 19. 22. 1 *Sam.* 10. 27. *Nahum* 1. 14. 2 *Cor.* 6. 15. pro diabolo sumitur.

Belma, βελμᾶ Nihilum, aut vetustas nimia. D. Nomen loci. *Iudith* 7. 3.

Belsan, בִּלְשָׁן In lingua, aut in detractione, sive vetustas dentis, aut vetus ebur: aut Syriacè, scrutans. Nomen viri, *Esd.* 2. 2.

Ben, בֵּן Filius, vel ædificans, aut intelligens, 1 *Par.* 15. 18.

Ben-abinadab, בֶּן־אֲבִינָדָב Filius patris spontanei, aut filius patris voventis vel principis. Unus præfectorum annonæ Salomonis. 1 *Reg.* 4. 11.

Ben-adad, בֶּן־הֲדַד Filius sonitus vel clamoris, aut filius dilecti, aut patrui, sive mammillæ, rex Syriæ, 1 *Reg.* 15. 8. *Ier.* 49. 27. Filius Tabrémon. 2 *Par.* 16. 4.

Ben-decar, בֶּן־דֶּקֶר Filius compunctionis, vel trans-

transfixionis, præfectus annonæ domus Salomonis in Macces, 1 *Reg.* 4. 8.

Bene-jaacan, בְּנֵי־יַעֲקָן filii tribulationis vel laboris, aut ædificatores tribulationis vel laboris, aut intelligentes laborem vel tribulationem. Nomen loci in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Moseroth. *Num* 33. 31.

Ben-ennon, בֶּן־הִנֹּם Filius divitiarum suarum; aut filius decipientis vel contristantis eos. Nomen vallis in tribu Benjamin quæ aliàs Tophet dicitur, 2 *Paralip.* 28. 3. & 33. 6.

Ben-gaber, בֶּן־גֶּבֶר Filius viri, aut filius robusti, vel potentis. Nomen præfecti annonæ Salomonis in Ramoth-Galaad, 1 *Reg.* 4. 11.

Ben-háil, בֶּן חַיִל Filius fortitudinis vel exercitus, aut filius divitiarum, vel antemuralis sive doloris. Nomen viri, 2 *Par.* 17. 6.

Ben-hesed, בֶּן־חֶסֶד Filius misericordiæ, vel opprobrii. Nomen præfecti annonæ Salomonis in Aruboth. 1 *Reg.* 4. 10.

Ben-hur, בֶּן־חוּר Filius libertatis vel foraminis, aut albedinis. Præfectus annonæ regis Salomonis in monte Ephráim, 1 *Reg.* 4. 8.

Beni, בְּנִי Filius meus, aut intelligentia, sive ædificatio mea. vide Bani.

Benni, idem. Nomen viri, *Neh.* 3. 17.

Benjamin, בִּנְיָמִין filius dexteræ. Filius duodecimus Jacob ex Rachel uxore, ab ipsa matre Benoni vocatus. *Gen.* 35. 18. Est & nomen loci, 1 *Reg.* 4. 18.

Ben-jamin, בִּנְיָמִן 2 *Par.* 31. 15. ubi dicitur Eden & Benjamin: legendum ex Hebræo Miniamin, & vertitur de dextera, sive præparatio dexteræ. Nomen viri.

Bennoi, בַּנּוּי Ædificatio, aut filiatio, sive in habitaculo meo, aut in pulchritudine. Nomen viri. *Esd.* 8. 33.

Benno,

Benno, בְּנוֹ filius ejus, aut ædificatio, vel intelligentia ejus. Nomen viri, 1 *Par.* 24. 26.

Ben-oni, בֶּן־אוֹנִי Filius doloris mei. Filius duodecimus Jacob ex Rachel, qui & Benjamin. *Gen.* 35. 18. dicitur.

Benoth, בְּנוֹת filiæ, sive intelligentiæ, vel ædificationes. Nomen idoli Babyloniorum, 2 *Reg.* 17. 30.

Bennui, בִּנּוּי Ædificatio, sive filiatio: sive in habitaculo meo, aut in pulchritudine. Nomen viri, *Esd.* 10. 30.

Ben-zoheth, בֶּן־זוֹחֵת Filius separationis, aut filius istius formidinis vel contritionis, Filius Jesi, 1 *Par.* 4. 20.

Beon, בְּעֹן In afflictione, vel in responsione, aut in cantico, vel scrutatio earum: aut Syriacè, deprecatio. Civitas Amorrhæorum ultrà Jordanem, *Num.* 32. 3.

Beor, בְּעוֹר incendium, vel expurgatio, aut insipiens, sive jumentum, vel pastus. Pater Bela, regis Edom, *Gen.* 36. 32. Pater item Balaam arioli, *Num.* 22. 4.

Bera, בְּאֵרָה Puteus, sive explanatio, vel declaratio, aut in luce ejus. Nomen loci, *Iud.* 9. 21. Filius Supha filii Helem, 1 *Par.* 7. 38.

Bercos, בַּרְקוֹס Filius concisionis vel separationis. Nomen viri, *Esd.* 2. 53.

Berea, *βεροία* Puteus ejus, vel filia ejus, aut declaratio ejus. D. Nomen urbis, 1 *Mach.* 9. 4.

Beri, בִּרִי filius meus, sive purus, vel electus, aut frumentum meum. Filius Supha filii Helem. 1 *Par.* 7. 37.

Beria, בְּרִיעָה in malo, sive in clamore, aut in ululatione, vel in pastu. Filius Aser filii Jacob, *Gen.* 46. 17. qui 1 *Par.* 7. 31. Baria dicitur. Filius item Ephraim, 1 *Par.* 7. 24.

Berith,

Berith, בְּרִית pactum, sive fœdus. Nomen idoli Sichimorum, *Jud.* 9. 46.

Bernice, Βερνίκη Gravis victoria, vel pondus victoriæ, G. Nomen viri, *Act.* 25. 13.

Berodach, בְּרוֹאדַךְ creans contritionem, vel electio interitus aut filius interitus, vel vaporis tui, sive frumentum, vel puritas nubis vel vaporis tui. Rex Babyloniorum, 2 *Reg.* 10. 12. qui *Isa.* 39. 1. dicitur Merodách.

Beromi, בְּרֻחֻמִי Filius caloris vel indignationis, aut puritas sive frumentum indignationis, vel fugiens aquam. Nomen civitatis, 2 *Sam.* 23. 31. quæ 1 *Par.* 11. 33. dicitur Baúramites.

Beroth, sive Beeroth, בְּאֵרוֹת Putei, sive explanationes vel declarationes, aut in luminibus. Civitas Heveorum *Jos.* 9. 17. non longè ab Hai, spatio trium dierum in tribu Benjamin, *Josuæ* 18. 22. 2 *Sam.* 4. 2. Inde Beerothites, 2 *Sam.* 23. 37.

Beroth, בְּרוֹתַי Putei, sive pacta, vel puritas, aut cupressus. Nomen urbis, 2 *Sam.* 8. 8. Hebr. Berothai.

Berotha, בְּרוֹתָה Idem, s. n. Terminus terræ Israëliticæ, *Ezech.* 47. 16.

Berothitæ, בְּאֵרוֹתִים Putei, sive explanationes, vel declarationes, aut in luminibus, 2 *Sam.* 4. 3.

Berothites, בְּאֵרוֹתִי Idem, s. n. 2 *Sam.* 4. 3.

Berothites, בְּרוֹתִי 1 *Par.* 11. 40. puteus sive pactum, vel puritas, aut cupressus.

Berrhœa; Βέροια Gravis vel ponderosa. G. Civitas Macedoniæ ad Citorum montem, *Act.* 17. 10.

Berrhœensis, Βεροιαῖος gravis vel ponderosus. G. *Act.* 20. 4.

Bersa: בְּרֶשַׁע In malo, vel in iniquitate, sive in condemnatione, aut filius respiciens. Rex Gomorrhæ, *Gen.* 14. 2.

Ber-ſabee, בְּאֵר-שֶׁבַע Puteus fonsve juramenti, ſive puteus ſaturitatis aut puteus ſeptimus. Locus tribus Iudæ in terra Idumęorum, quæ eſt Paleſthina, *Ioſ.* 15. 28. Ioſephus lib. 8. cap. 13. Iudaic. antiquit. Finis atque terminus terræ Iſraëlis ab Auſtro, 1 *Sam.* 3. 20. & 8. 2. 2 *Sam.* 24. 2. & 1 *Reg.* 19. 3. 2 *Reg.* 23. 8. Hæc & in ſortem filiorum Simeonis cecidit, *Ioſ.* 19. 2. 1 *Par.* 4. 28. A juramento & percuſſo fœdere Abrahæ cum Abimelech rege Gerar, *Gen.* 21. 29. ſimiliter Iſaac cum eodem Abimelech, *Gen.* 26. 32. nomen habens. Beer enim fontem ſignificat, Saba juſjurandum, vel ſeptem, quod ſeptem agnas Abimelech de manu Abrahæ acceperit, *Gen.* 21. 13. 29. Illic judicabant Joël & Abia filii Samuelis ſiniſtrè, 1 *Sam.* 8. 2. Hanc nunc Barbari Gibelinam nominant, authore Volaterrano, lib. 11. Eodem loci habitavit aliquamdiu Iſaac, *Gen.* 28. 10. Hanc Ptolemæus Berſanam appellat. Vide Hieronymum in locis Heb. Eſt in finibus Judææ & Ægypti *Amos* 5. 5. *Neh.* 11. 26.

Berzellai, בַּרְזִלַּי Ferreus: aut ex Syro & Hebræo, filius contemptus, vel deſpectus, Nomen viri, 2 *Sam* 17. 27. qui regem David traduxit Jordanem, 2 *Sam.* 19. 31. Pater item Hadrielis generi Saul ſic vocabatur, 2 *Sam.* 21: 9.

Beſai, בֶּסַי Conculcatio, ſive contemptio, vel deſpectus. Nomen viri, *Neh.* 7. 14.

Beſai, בֵּצַי Ova, ſive cœnoſus, vel humidus, aut in navi. Nomen viri, *Eſd.* 2. 17. *Neh.* 7. 23.

Beſecath, בֶּצֶקֶת Maſſa, ſive inflatio, aut in anguſtia, vel in effuſione. Nomen loci, 2 *Reg.* 22. 1.

Beſee, בְּסַי Conculcatio, ſive contemptio, vel deſpectus. Nomen viri, *Eſd.* 2. 49.

Beſelam, בִּשְׁלָם In pace, vel in retributione, ſive decoctio eorum, nomen viri, *Eſd.* 4. 7.

Beſeleel בְּצַלְאֵל in umbra Dei. Filius Uri filii

Hur

Hur filii Caleb ex Ephrata uxore *Exod.* 31. 2. 1 *Par.* 2. 20.

Besluth, בִּצְלוּת In umbra, aut in assatione: vel Syriacè, in oratione. Nomen viri, *Esd.* 2. 52.

Besodia, בְּסוֹדְיָה in secreto Domini, sive in consilio Domini. Nomen viri, *Neh.* 3. 6.

Besor, בְּשׂוֹר euangelizatio, sive incarnatio, aut in bove, vel in muro, Nomen torrentis in regione Palæsthinorum. 1 *Sam.* 30. 9.

Bete, בֶּטַח fiducia, vel confidentia, aut in limitione, Civitatis nomen, 2 *Sam.* 8. 8.

Beten, בֶּטֶן Venter, sive terebinthus. Nomen civitatis in tribu Aser, *Ios.* 19. 25.

Beth-abara, βηθαβαρὰ Domus transitus, aut iræ: vel Syriacè, frumenti: D. Nomen loci trans Jordanem, *Iohan.* 1. 33.

Beth-acharem, בֵּית-הַכֶּרֶם domus vineæ, sive domus cognitionis eorum. Nomen vici, *Ier.* 6. 1. *Neh.* 3. 14.

Beth-hagla, בֵּית-חַגְלָה Domus festivitatis, vel revolutionis ejus. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15. 6. & in tribu Benjamin *Ios.* 18. 19.

Beth-anath, בֵּית-עֲנָת Domus cantici, vel responsionis, aut domus afflictionis. Nomen civitatis in tribu Nephtali, *Ios.* 19. 38. *Iud.* 1. 33.

Beth-ania, βηθανία Domus obedientiæ vel afflictionis, aut domus cantici, sive domus gratiæ Domini. D. Villa in latere montis Oliveti, *Matth.* 21. 17. *Luc.* 19. 29. Ubi Salvator noster Lazarum suscitavit, distans Jerosolymis stadiis quasi quindecim, *Ioh.* 11. 18.

Beth-anitæ, בֵּית-עֲנָת domus cantici, vel responsionis aut domus afflictionis. Dicebantur populi qui habitabant in Beth-anath, *Iud.* 1. 33.

Beth-anoth, בֵּית-עֲנוֹת idem. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15. 59.

Beth-tphaphua, בֵּית-הַפּוּחַ Domus pomi, vel domus inflationis. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ioſ.* 15. 53.

Beth-araba, בֵּית הָעֲרָבָה Domus planitiei, ſive domus ſuavitatis aut domus fide juſſionis, vel domus veſpertina, aut domus ſalicis. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ioſ.* 15. 6. 60. Eſt & nomen civitatis in tribu Ben-jamin, *Ioſ.* 18. 22.

Beth-aram, בֵּית הָרָם Domus celſitudinis, aut domus prægnantium, vel montium eorum. Civitas in tribu Gad *Ioſ.* 13. 27.

Beth-aran, בֵּית-הָרָן Domus montis vel prægnantis, ſive domus cantantis, vel præconizantis. Nomen urbis quam ædificaverunt filii Gad, *Num.* 32. 36. Antea civitas Amorrhæorum.

Beth-aven, בֵּית-אָוֶן Domus vanitatis vel doloris, aut domus fortitudinis vel iniquitatis. Urbs Chananææ terræ in tribu Ephraim, item in tribu Benjamin, *Oſee.* 4. 15. 1 *Sam.* 13. 5.

Beth-azmoth, בֵּית-עַזְמָוֶת Domus fortitudinis mortis. Nomen civitatis. *Nehem.* 7. 27.

Beth-bera, בֵּיתְבָרָה Domus filii ejus, ſive domus electa, aut domus puritatis, vel frumenti ejus. Nomen civitatis à Gedeone expugnatæ, *Iud.* 7. 24.

Beth-berai, בֵּית-בַּרְאִי Domus creatoris mei, aut domus ſanitatis, vel pinguedinis, vel electionis meæ. Nomen civitatis, 1 *Par.* 4. 31. quam inhabitaverunt poſteri Simeonis.

Beth-beſſe, *Βαιθβεσσὶ* Domus confuſionis, vel domus erubeſcentiæ. D. Nomen urbis, 1 *Mach.* 9. 42.

Beth-char, בֵּית-כַּר domus agni, ſive domus cognitionis, aut domus fodiens. Urbs juxta quam filii Iſraël percuſſerunt Philiſthæos. 1 *Sam.* 7. 11.

Beth-dagon, בֵּית-דָּגוֹן Domus frumenti, vel domus piſcis. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ioſuæ.* 15. 41. & 19. 27. 1 *Mach.* 10. 83.

Beth-el,

Beth-el, בֵּית-אֵל Domus Dei, Nomen urbis in tribu Benjamin, sic primum cognominatæ à Jacob, *Gen.* 12. 8. & 28. 19. 1 *Par.* 7. 29. *Iud.* 4. 5. Eadem & Luza dicta *Iud.* 1. 23. Est & nomen montis, 1 *Sam.* 13. 2.

Beth-émec, בֵּית-עֵמֶק Domus vallis, vel profunditatis. Nomen civitatis in tribu Aser, *Ios.* 19. 27.

Bether. בֶּתֶר Divisio, sive in turture, aut in exploratione, vel contemplatione: aut Syriacè, posterior. Nomen montis, *Cantic.* 2. 16.

Beth-esda, βηθεσδὰ Domus effusionis, id est, locus ad quem aquæ pluviales confluebant. D. *Ioh.* 5. 2.

Beth-gader, בֵּית-גָּדֵר domus muri, vel maceriæ. Nomen loci, 1 *Par.* 2. 52.

Beth-gamul, בֵּית-גָּמוּל domus retributionis, sive domus ablactationis, aut domus cameli. Nomen civitatis in terra Moab, *Ierem.* 48. 23.

Beth-hagla, בֵּיתחַגְלָה domus festivitatis, vel revolutionis ejus. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15. 6. & in tribu Benjamin *Ios.* 18. 19.

Beth-hanan, בֵּית-חָנָן Domus gratiæ, sive misericordiæ, vel doni. Nomen civitatis, 1 *Reg.* 4. 9.

Beth-horon, בֵּית-חוֹרוֹן Domus iræ, sive domus libertatis, aut foraminis, vel albedinis. Civitas est terræ Chanaan quæ ducta sorte, tribui Ephraim obtigit, sicuti legitur, *Ios.* 16. 3. 1 *Par.* 7. 25. Hæc Levitis concessa est, *Iosue* 21. 22. A Sara filia Ephraim ædificata, 1 *Par.* 7. 25. Ipsam Salomon reparavit 1 *Reg.* 9. 17. 2 *Par.* 8. 5. Est superioris simul & inferioris Bethoron passim in scripturis mentio. *Ios.* 16. 5. & 18. 13. & aliàs non raro.

Bethia, בִּתְיָה Filia Domini, vel mensura Domini. Filia Pharaonis uxor Mered, 1 *Paralip.* 4. 18.

Beth-jesimoth, בֵּית-הַיְשִׁמוֹת domus desolationum,

aut domus repositionum, vel nominationum. Urbs in campestribus Moabitarum, quæ sorte cessit filiis Ruben, *Iosue* 13. 20. *Ezech.* 25. 9.

Beth-lebaoth, בֵּית-לְבָאוֹת Domus leænarum, aut domus cordis, literæ vel signi, sive domus venientibus. Nomen civitatis in tribu Simeonis, *Ios.* 19. 6.

Beth-lehem, בֵּית-לֶחֶם βηθλεεμ Domus panis, sive domus belli. Beth-lehem duæ sunt: una in tribu filiorum Zabulon, de qua *Ios.* 19. 15. Ex hac erat Abessan judex populi Israëlitici, *Iudic.* 12. 8. Alia est in tribu Juda, civitas David, è qua fuit Levita, cujus uxorem illicito concubitu necarunt Gabaonitæ. *Iudic.* 19. 1. ubi rex David habitavit. 1 *Sam.* 16. 18. Hæc fuit patria Jesu Christi, *Mich.* 5. 2. *Matth.* 2. 6. Olim dicta Ephrata, *Gen.* 35. 19. & 48. 2. hanc Roboam ædificiis munivit. 2 *Par.* 11. 6. Vide multa de hac apud Hieronymum locis Hebr. *Nehem.* 2. 2. vocatur & civitas David, *Luc.* 2. 4. *Ioh.* 7. 42.

Beth-lehemites, בֵּית-הַלַּחְמִי Idem. 1 *Sam.* 16. 1.

Beth-maacha, בֵּית-מַעֲכָה Domus compressa vel contrita, aut domus fixa. Civitas est Chananææ regionis, ad quam usque persecutus est Joab perduellem Seba. 2 *Sam.* 20. 14.

Beth-maon, בֵּית-מָעוֹן Domus habitaculi, vel domus ex peccato. Nomen civitatis in terra Moab, *Jer.* 48. 23.

Beth-marchaboth, בֵּית-מַרְכָּבוֹת Domus quadrigarum sive domus amaritudinis extinctæ. Nomen civitatis in tribu Simeonis, *Ios.* 19. 3. 1 *Par.* 4. 31.

Beth-nemra, בֵּית-נִמְרָה Domus pardi, sive domus rebellionis, vel amaritudinis, aut domus commutationis: Nomen civitatis quam ædificaverunt filii Gad, *Num.* 32. 36. quæ aliàs fuerat Amorrhæorum.

Bethoron,

Bethoron, בֵּית חוֹרוֹן Diviſio ſive in exploratione ipſius, aut filia cantici: vel Syriacè, poſterius. Nomen civitatis, 2 *Sam.* 2. 29.

Beth-phage, βηθφαγὴ Domus oris vallium, vel domus buccæ vallis, ſive domus ficuum, ſcilicet præcoquarum. D. Villula in monte Oliveti, ad quam venit Jeſus ſalvator noſter, *Luc.* 19. 29.

Bet-phalet, ſive Beth-pheleth, בֵּית-פֶּלֶט Domus liberationis ſive expulſionis: aut ex Hebræo & Syro, domus vomitus. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ioſ.* 15. 26. *Nehem.* 11. 26.

Beth-pheſes, בֵּיתפֶּצֵץ Domus diviſionis vel confractionis, Nomen civitatis in tribu Iſſaſchar, *Ioſ.* 19. 21.

Beth-phogor, בֵּית-פְּעוֹר Domus hiatus, ſive domus aperturę. Civitatis nomen in tribu Ruben, *Ioſ.* 13. 20.

Beth-rapha, בֵּית-רָפָא Domus ſanitatis, vel medicinæ, aut domus laxationis. Filius Eſthon, 1 *Par.* 4. 12.

Beth-ſabee, בַּת-שֶׁבַע filia juramenti, vel ſaturitatis, aut filia ſeptima. Filia Eliam, uxor Uriæ 2 *Sam.* 11. 3. & 12. 24. quæ & mater Salomonis, 1 *Reg.* 1. 11. & 2. 13. *Pſal.* 51. 2. in titulo.

Beth-ſaida, βηθσαϊδὰ Domus frugum, vel cibariorum, aut domus venatorum, vel inſidiantium. D. Civitas Galilææ ex qua Petrus & Andreas, & Philippus apoſtoli *Ioan.* 1. 44. *Matth.* 11. 21.

Beth-ſames, ſive Beth-ſemes, בֵּית-שֶׁמֶשׁ Domus ſolis: vel ex Heb. & Syro, Domus ſervitii, vel miniſterii. Antè Abel dicta, Hieronymo teſte in quæſt. Hebr. 2 *Par.* 28. 18. Joſephus lib. 6. cap. 1. Urbs ad tribum Juda, *Ioſ.* 15. 10. pertinens: quæ poſtea filiis Aaronis, Levitis ſcilicet, eſt aſſignata, *Ioſ.* 21. 16. 1 *Sam.* 6. 9. 1 *Par.* 6. 59. 2 *Reg.* 14. 11. Eſt alia in

tribu Nephthali; *Ios.* 19. 38. è qua priſtinos habitatores non potuit expellere tribus Nephtali, *Iud.* 1. 33. Numeratur præterea & alia Bethſemes in ſorte filiorum Iſſachar, *Ios.* 19. 22.

Beth-ſamitæ, בֵּית־הַשִּׁמְשִׁי Idem, 1 *Sam.* 6. 14.

Beth-ſamites, Idem.

Beth-ſan, בֵּית־שָׁן vel בֵּית־שְׁאָן Domus dentis vel eboris, aut domus mutationis vel dormitionis: vel Bethſean, id eſt, domus tumultus, aut domus opulentiæ. Urbs tribus Manaſſe in Iſſaſchar & Aſer, *Ios.* 17. 11. *Iud.* 1. 27. cujus ſitum habes, 1 *Reg.* 4. 12. & 1 *Par.* 8. 30. quæ Stephano & Joſepho lib. 5. cap. 14. antiq. Scytopolis appellatur. In hac corpus Saulis ſuſpenderunt Philiſthini, 1 *Sam.* 31. 12. Hieronymus in quæſt. Heb. duas Beth-ſan fuiſſe ſcribit. 2 *Sam.* 21. 12.

Beth-ſeta, בֵּית־הַשִּׁטָּה Domus devitationis, aut domus extenſionis, ſive domus ſpinæ, Locus Paleſthinæ. *Iud.* 7. 22.

Beth-ſemes, vide Bethſames.

Beth-ſemitæ, Idem, *Iud.* 1. 33.

Beth-ſimoth, בֵּית־הַיְשִׁימוֹת domus deſolationum, ſive domus repoſitionum, vel nominationum. Nomen civitatis, *Ioſ.* 12: 3. *Num.* 33. 49.

Beth-ſor, בֵּית־צוּר Domus rupis vel fortitudinis ſive domus plaſmationis, aut domus obſidionis vel vinculi. Vide Bethſur.

Beth-ſua, בַּת־שׁוּעַ Filia ſalvationis, vel exclamationis, Mater Salomonis, 1 *Par.* 3. 5. quæ 1 *Reg.* 1. 31. dicitur Beth-ſabee ſive corrupte Berſabee.

Beth-ſur, בֵּית־צוּר Idem quod Bethſor. Nomen civitatis in montanis locis ſitæ in tribu Juda, *Ioſ.* 15. 57. conſtructæ à Roboam. 2 *Par.* 11. 7.

Beth-ſura, Βαιθσὺρα Idem. D. nomen civitatis, 1 *Mach.* 4. 61.

Bethul,

Bethul, בְּתוּל Virgo, Civitatis nomen in tribu Simeonis, *Ios.* 19.4.

Bethulia, βεθυλιὰ Virgo domini aut domus parturiens dominum. D. Nomen urbis *Iudith* 6. 7.

Beth-zachara, βαιθζαχαρία Domus memoriæ vel recordationis. D. Nomen civitatis, 1 *Mach.* 6. 33.

Beth-zecha, βηζεθ Domus tribulationis, sive domus compedum, aut domus conflationis: vel ex Hebræo & Syro, domus ictus. D. 1 *Mach.* 7. 19.

Betonim, בְּטֹנִים Ventres, vel terebinthi. Civitas in tribu Gad. *Ios.* 13. 26.

Bezec, בֶּזֶק Fulgur, sive in compedibus. Chananæ urbs regia, *Iud.* 1. 4.

¶ Bithinya, βιθυνία Violenta properatio. G. Provincia Asiæ minoris, quæ & quondam Bebrycia Solino, & deinde Mygdonia dicta est, & major Phrygia, Jera flumine à Galatia disterminata: habet civitatem ejusdem nominis. Hæc ab Heraclea Ponti usque ad os protenditur, quo ex occidentis parte terminatur, ex oriente Sangario flumine, ab austro Epicteto, Ponto verò ab aquilone. Hęc Raphael Volater. lib. 10. Geograph. Vide Plinium lib. 5. cap. 32. Ptolemæum lib. 5. cap. 1. Strabonem lib. 12. Hujus mentio est. 1 *Petr.* 1. 1.

¶ Blastus, βλάστος Germinans vel producens, G. Nomen viri, *Act.* 12. 20.

¶ Boanerges βοανεργές. Beatus Hieronymus docet debere scribi Banereem, quod vertitur filii tonitrui. Sic à Christo cognominati fuerunt Jacobus & Johannes filii Zebedæi, *Marc.* 3. 17.

Bocci, בֹּקִי Vacuus, aut dissipatio, sive in vomitu. Filius Iogli princeps tribus filiorum Dan, *Num.* 34. 22. Filius Abisue filii Phinees, 1 *Par.* 6. 5.

Bocciau, בָּקְבֻּקְיָה Evacuatio vel dissipatio domini, Nomen viri, 1 *Par.* 25. 4.

Bochri, בְּכֹרִי Primogenitus, vel primitiæ, sive in ariete, Pater Sebe, 2 *Sam.* 20. 2.

Bochru, בּוֹכְרוּ idem. Filius Asel filii Elasa, 1 *Par.* 8. 37. & 9. 44.

Boen, בֹּהֶן Pollex, sive, in eis. Lapis in tribu Juda à filio Ruben sic appellatus, *Ios.* 15. 6. & 18. 17. Hebræis dicitur abenboen. h. e. lapis Boen. Terminus est tribus Judæ.

Boni, בָּנִי Filius meus, aut ædificans, sive intelligens. Filius Somer, 1 *Par.* 6. 49.

Boni portus, p. n. καλοὶ λιμένες. Civitas, opinor, Cretensium, cui nomen (Kali Acti) id est pulchrum littus: cujus meminit B. Lucas. *Act.* 27. 8.

Bonni, בָּנִי Ædificans mè, sive adoptans aut intelligens me. Pater Omrai. 1 *Par.* 9. 4. *Neh.* 9. 4.

Booz, בֹּעַז In fortitudine, aut in hirco. Filius Salmon, filii Nahasson, consanguineus Elimélech Beth-lehemitæ, *Ruth.* 2. 2. & 4. 13. 1 *Par.* 2. 11. Nomen item secundæ columnæ in porticu Salomonis, 1 *Reg.* 7. 21. 2 *Par.* 3. 17.

Borith, בּוֹרִית Herba in qua est acrimonia saporis, *Ier.* 2. 22.

Boses, בּוֹצֵץ Cœnum, aut in ipso flos, sive in ipso respiciens, nomen scopuli, 1 *Sam.* 14. 4.

Bosphorus, סְפָרַד Hebraicè dicitur Sepharad & vertitur liber sive codex descendens vel imperans: aut finis vel consummatio descensionis vel imperii, *Abdiæ* 1. 20.

Bosor, בָּצֹר Munitio, vel vindemia, sive ablatio vel prohibitio: aut in angustia, vel tribulatione. Filius Supha filii Helem. 1 *Par.* 7. 38. Nomen item civitatis Moabitarum trans Jordanem orientem versus, ad solitudinem nonnihil vergentis. 1 *Mach.* 5. 26. *Deut.* 4. 43. *Ios.* 20. 8. 1 *Paral.* 6. 78. de tribu Ruben Levitis data.

Bosra,

Bosra, בָּצְרָה Idem, Civitas in Edom, *Gen.* 36. 33. *Isa.* 34. 6.

Bosra, בְּעִשְׁתָּרָה In grege ejus, aut in divitiis, sive in tinea legis vel in tinea explorationis. Hebr. Beesthera. Civitas de media tribu Manasse data Levitis. *Ios.* 21. 27.

¶ Brie, בְּרִיעָה In malitia, vel in societate, aut in clamore, sive inululatione, vel in pastu. Filii Aser filius Jacob, *Num.* 26. 44.

Brieitæ, הַבְּרִיעִי Idem. p. n. *Num.* 26. 44.

¶ Bugæus, βυγαῖος Jactator. G. *Esth.* 12. 26.

Bul, בּוּל Germen, sive vetustas, aut defluens. Nomen mensis octavi, nostro Octobri respondentis. 1 *Reg.* 6. 37.

Buna, בּוּנָה Ædificans, sive intelligens, aut adoptans. Filius Jerameel primogeniti Efron filii Phares. 1 *Par.* 2. 25.

Buz, בּוּז contemptus, sive deprædatu. Nomen loci in terra Cedar, *Ier.* 25. 23. Filius item Nachor ex Melcha, *Gen.* 22. 21. Pater Jeddo, 1 *Par.* 5. 14.

Buzi, בּוּזִי Idem. Pater Ezechielis Prophetæ, *Ezech.* 1. 3.

Buzytes, הַבּוּזִי Idem, *Job.* 32. 2.

Litera C.

¶ Caath, קְהָת Congregatio, sive ruga, aut obtusio. Filius Levi filii Jacob, *Genes.* 46. 11. 1 *Par.* 6. 1.

Caathitæ, קְהָתִי Congregationes, sive rugæ, aut obtusiones, *Num.* 26. 57.

Cabseel, קַבְצְאֵל Congregatio Dei. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15. 21. 2 *Sam.* 23. 20. 1 *Par.* 11. 22.

Cabul, כָּבוּל compeditus, vel quasi germen, aut

aut quasi defluens, vel quasi veterascens. Regio Galilææ est, quæ Josepho Lib. 8. cap. 5. antiqui, Iud. lingua Phœnicum à displicendo, aliis à terra tenaci, ob copiam argillæ qua figuli utuntur, nomen accepit. Hanc Salomon Hiram regi Tyri dedit, 1 *Reg.* 9. 13. Est quoque civitas tribus Aser, *Ios.* 29. 17.

Cademoth, קַדְמוֹת Antiquiores vel priores: sive orientales: aut incendium, vel incurvatio mortis. Nomen solitudinis, *Deut.* 2. 26. sive nomen oppidi in possessione tribus Ruben, quod *Ios.* 13. 18. Cedimothdicitur.

Cades, קֶדֶשׁ sanctitas. Civitas regionis Moabitarum, vicina terræ sive tribui Juda versus austrum, hoc est, meridiem, ad montem Amorrhæorum limes terræ, quæ aliàs Fons Misphat, id est, judicii dicitur, *Gen.* 14. 7. nomen item solitudinis, *Gen.* 20. 1. quæ *Num.* 13. 27. desertum Pharan dicitur: & *Num.* 33. 36. Desertum Sin per zade dicitur. Quod legitur *Deut.* 1. 46. *Sedistis ergo in Cadesbarne*, & legendum tantum in Cades.

Cadesbarne, קֶדֶשׁ־בַּרְנֵעַ Sanctitas filii instabilis, aut sanctitas frumenti, vel puritatis commotæ vel instabilis. Terminus est tribus Judæ ad meridionalem plagam, *Deut.* 1. 2.

Cadumim, קַדְמוֹנִים Antiqui, vel priores, sive orientales: aut antiquum, sive orientale mare: aut incendium vel humiliatio aquarum. Nomen torrentis, *Iud.* 5. 21.

Cæsar, Καίσαρ à cæso matris utero dictus est: vel á cæsarie, id est, coma vel cappillatura, cum qua prtuse st: vel quod cæsios, id est, glaucos habuerit oculos, ut quidam volunt. Latinum est. *Matth.* 22. 17.

Cæsarea, καισάρεια Idem. Maritima urbs Palæsthinæ in litore magni maris sita, quam Herodes Ascalonita pater Herodis tetrarchæ Traconitidis instauravit in honorem Augusti Cęsaris quæ prius πύρ-

γος

sive turris Stratonis vocabatur: de qua Josephus Lib. 1. bel. Iud. cap. 3. & cap. 16. Plin. Lib. 1. cap. 13. Egesippus lib. 1. cap. 18. de excidio Jerosolymorum, & lib. 3. cap. 19. Similiter lib. 15. cap. 10. antiq. Judaic. Hujus fit mentio, *Act.* 9. 30. & 10. 1. quod in ea Cornelius Centurio baptizatus sit: & *Act.* 21. 6. quòd Philippus Euangelista domum in ea habuerit. In hac Cæsarea Herodes etiam templum albo marmore extruxit Augusto Cæsari, author Josephus, lib. 15. cap. 12. antiq. in qua nepos ejus Herodes Agrippa ab angelo percussus est. *Act.* 12. 23. de hac Raph. Vola. lib. 11. Geographiæ. Alia Cæsarea, civitas est ad radices Libani sita, juxta Jordanis fontem, à Philippo tetrarcha Itureæ & Traconitidis, *Luc.* 3. 1. filio Herodis majoris, & fratre tetrarchæ, qui Johannem decollavit, ampliata, & in Tyberii Cæsaris honorem Cæsarea appellata: quæ mutato nomine deinceps Paneas dicta est in provincia Phœnices, ubi Jordanis è duobus oritur fontibus, Jor, & Dan. author Hieronymus. Quam magis postea exornans Agrippa in honorem Neronis, Neroniam appellavit, velut scribit idem Iosephus lib. 18. cap. 3. antiquit. Iudaic. & lib. 20. cap. 16. antiquit. Hujus fit mentio *Matth.* 16. 13. *Marc.* 8. 27. Raphael Volat. lib. 12. hanc primum Leser, deinde Dan, postremo Cæsaream, nunc Belinam vocitatam scribit. Est etiam tertia Cæsarea Cappadociæ metropolis, cujus similiter in *Actor. Apost.* cap. 18. 22. fit mentio. Profectus ab Epheso, & descendens Cæsaream, ascendit & salutavit Ecclesiam. Hebraicè dicitur דאר Dor. Vide Dor.

Caiphas, Καϊαφας Investigator, vel sagax, seu vomens ore, aut vomitus oris. D. Princeps quidam sacerdotum inter Judæos, qui fuit tempore Christi. *Matth.* 26. 57. *Joh.* 11. 49.

Cáin, קין Possessio, vel Possessus, Filius Adam, *Gen.* 4. 1.

Cainan,

Cainan, קֵינָן Καϊνὰν Possessor, vel emptor, aut lamentator, vel nidus. Filius Enos, *Gen.* 5. 9. *Luc.* 3. 37.

Cajus, γαΐος. Lingua Latina prisca vertitur Dominus. Latinum est, Nomen viri Macedonensis, *Actor.* 19. 29. hospes Pauli, *Rom.* 16. 23.

Calano, בַּלְנֹה Consummatio ejus, vel totus ipse. Civitas Babyloniæ, *Isa.* 10. 8.

Caleb, כָּלֵב Quasi cor, aut canis, sive canistrum. Filius Iephone. *Num.* 13. 6. *Ios.* 14. 13. 1 *Sam.* 25. 3. qui 1 *Par.* 2. 9. dicitur Calubai Esron filii Phares filii Juda,

Calphi, χαλφὶ Vox oris, vel consummatum aut perfectum os. D. nomen viri, 1 *Mach.* 11. 72.

Calisthénes, Καλλισθένης Pulchrum robur, sive pulchra potentia. G. 2 *Mach.* 8. 33.

Calita, קְלִיטָה refugium, sive contractio, aut vox declinans. Nomen viri, *Esd.* 10. 23.

Calubai, כְּלוּבַי Caninus, aut canistrum meum. Sive totus ipse in me. Filius Esron filii Phares, 1 *Par.* 2. 9. qui ibidem versu 47. dicitur Caleb, ut & in aliis locis.

Camon, קָמוֹן refurrectio, sive confirmatio ejus. Nomen civitatis. *Iud* 10. 5.

Camuel, קְמוּאֵל Surrexit Deus, vel suscitavit, aut confirmavit eum Deus. Filius Nachor ex Melcha. Pater Syrorum. *Gen.* 22. 21. 1 *Par.* 27. 17. Filius item Sephtan, *Num.* 34: 24.

Cana, קָנָה Κανᾶ zelus, vel æmulatio, sive possessio aut lamentatio, vel nidus ejus: aut canna, id est, arundo. Nomen civitatis in tribu Manasse, in Galilæa. *Ios.* 19: 28. *Ioh.* 2: 1. & 4: 46.

Cananæus, Κανανίτης, sic vocabatur Simon qui fuit unus ex duodecim Apostolis, & transfertur Zelotes, aut æmulator, ut habetur *Matth.* 10: 4. Non enim

enim erat ex Chanáan, sed ex Canovico Galilææ, quæ in Zelum, vel æmulationem convertitur. D.

Canath, קְנָת Emptio, sive possessio, aut lamentatio. Nomen urbis in tribu Manasse, quæ & Nobe dicitur, *Num.* 32: 42.

Candace, *κανδάκη* possidens contritionem, aut ex Hebræo & Syro, possessio munda vel purissima. D. nomen commune omnibus reginis Æthiopum, *Act.* 8: 27.

Caphara, כְּפִירָה Leuncula, aut propitiatio, sive linitio, villa aut oppidum, sive glacies, aut Syriacè, negatio. Nomen civitatis in tribu Benjamin, *Ios.* 18: 26.

Capharnaum, *καπερναούμ* Ager pœnitentiæ, vel villa consolationis, aut propitiatio pœnitentis. D. Juxta stagnum Genezareth usque hodie oppidum in Galilæa gentium situm in finibus Zabulon & Nephthali, *Matth.* 4: 13. *Luc.* 4: 23. in quo Christus Centurionis filium sanum fecit, *Matth.* 8: 3. In hac Christus versatus est multùm, & plurima miracula edidit. Unde & sua civitas appellata est, *Matth.* 9: 1. & 11. 23. Egesippo in 3. cap. 26. est fons in regione Genezaris Capharnaum nomine.

Capharsalama, *Καφαρσαλαμὰ* Ager, vel villa pacis vel retributionis, D. nomen urbis quæ Antipatrida, 1 *Mach.* 7. 31.

Caphetetha, *καφσναθὰ* Manus doni: aut Syriacè, vinculum vel colligatio. D. nomen muri, 1 *Mach.* 12. 37.

Caphira, כְּפִירָה Leuncula, aut propitiatio, sive linitio, vel villa aut oppidum, sive glacies: aut Syriacè, negatio. Nomen civitatis, *Ios.* 9. 17.

Caphtorim, כַּפְתֹרִים Sphærulæ vel poma, aut vola, vel palma turturum vel exploratorum. Nomen populi, qui Cappadoces dicuntur. *Gen.* 10. 14.

Cappa-

Cappadoces, כַּפְתֹרִים in Hebræo eſt Caphtorim, & vertitur ſphærulæ, ſive poma, aut vola vel palma turturum vel exploratorum, *Deut.* 2. 24.

Cappadocia, כַּפְתּוֹר καππαδοκία Idem. ſ. n. Aſiæ regio Pontica eſt, Armeniæ confinis, quam ab oriente claudit, à ſeptentrione longo litore in Euxinum expanditur, ſicut anguſto excurſu à meridie Ciliciam attingit, ab occaſu Galatia & Paphlagonia reliqua terminata, ut Ptol. lib. 5. cap. 6. Nomen habet à Cappadoce amne: ejus populi Cappadoces antea Leucoſyri dicti, author Plinius lib. 6. cap. 3. Strabo lib. 12. à principio. Plura Pom. Mela lib. 1. *Deut.* 2: 23. *Act.* 2: 9. 1 *Petr.* 1: 1.

Carcaa, קַרְקַע Pavimentum, ſive frigiditatem diſſolvens. Urbs in tribu Juda, *Joſ.* 15: 3.

Caree, קָרַח Calvus, ſive glacies. Pater Johanan, 2 *Reg.* 25. 23.

Carehim, קָרְחִים Idem. p. n. nomen Loci, 1 *Par.* 12. 6.

Caria, καρία Capitalis. G. nomen loci, 1 *Mach.* 15: 25.

Cariath, קִרְיַת Civitas, vel vocatio: aut lectio, vel occurſus. Nomen civitatis, *Joſ.* 18: 28.

Cariathaim, קִרְיָתַיִם Civitates, aut vocationes, ſive lectiones, vel occurſus. Urbs in tribu Ruben. *Joſ.* 13: 19. etiam Moabitarum civitas. *Num.* 32: 37. *Ier.* 48. 1. *Ezech.* 25: 9. ubi olim Emim gygantes habitarunt. *Gen.* 14: 5. 1 *Par.* 6: 36. Inter urbes Nephthali Levitis conceſſa cenſetur. Hieronymus in ecloga ſcribit eam juxta Medabam urbem Arabiæ, & appellari Coraiatha.

Cariath-arbe, קִרְיַת־אַרְבַּע Civitas quatuor. Civitas in tribu Juda, ſic dicta ab Arbea conditore, non autem à quatuor patriarcharum Adam, Abraham Iſaac & Jacob, qui ibi ſepulti ſunt, ſepulchris, ut

quidam

quidam interpretantur. *Ioſ.* 15: 13. quæ & Hebron dicitur, *Ioſ.* 20: 7.

Cariath-arim, קִרְיַת־עָרִים Civitas civitatum vel oppidorum, aut civitas vigilantium: vel ex Hebræo & Syra, civitas inimicorum. Nomen viri. *Eſdr.* 2: 24.

Cariath-baal, קִרְיַת־בַּעַל Civitas idoli, vel imperantis aut poſſidentis. Nomen civitatis in tribu Juda, quæ & cariath-jarim dicitur. *Ioſ.* 15: 59. & 18. 14. *Ier.* 26: 20. Dicitur & Baala.

Cariath-jarim, קִרְיַת־יְעָרִים Civitas ſylvarum. Civitas Hevæorum in tribu Juda, *Ioſ.* 15: 9. quæ & Cariathbaal & Baala dicitur, *Ioſ.* 15: 59. & 18. 14. imo tantum miliario ab Ælia, qua pergimus Dioſpolim, diſtat.

Cariath-ſepher, קִרְיַת־סֵפֶר Civitas literarum. Nomen civitatis in tribu Juda, quæ & Dabir dicitur, *Ioſ.* 15: 15. & Cariath-ſenna, *Ioſ.* 15: 48.

Cariath-ſenna, קִרְיַת־סַנָּה Civitas rubi: vel ex Hebræo & Syro, civitas inimicitiæ. Nomen civitatis in tribu Juda, quæ & Dabir dicitur, *Ioſ.* 15: 48. Cariath-ſepher, *Ioſ.* 15: 15.

Carioth, קְרִיוֹת Civitates, aut vocationes, ſive lectiones, vel occurſus. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ioſ.* 15: 24. *Ier.* 48: 41.

Carith, כְּרִית Conciſio ſive confeſſio, aut exterminatio. Nomen torrentis qui eſt contra Jordanem, 1 *Reg.* 17: 3.

Carmel, כַּרְמֶל cognitio circumciſionis, vel agnus circumciſus, aut teneritudo, ſcil. illa quæ eſt ſegetum, vel coccinus. Civitas, vide Charmel.

Carmelites, Idem, 1 *Par.* 11: 37.

Carmelitis, כַּרְמְלִית Idem, fœ. g. 1 *Par.* 3. 1.

Carmelus, Idem. Carmeli duo ſunt montes: unus Tyriorum frugifer maximè vini, excelſus valde in

Galilea, haud ita procul à Jerusalem in tribu Aser, *Ios.* 19: 26. juxta Ptolemaidem civitatem & mare. In quo Elias Videns frequenter versabatur, 1 *Reg.* 18: 19. In hoc etiam Nabal habitavit, 1 *Sam.* 25: 2. Hujus plurima fit mentio sparsim in Prophetis, 1 *Sam.* 15: 12. *Isai.* 33: 9. *Ier.* 24: 26. *Amos* 1: 2. & 9. 3. *Mich.* 7: 14. *Nah.* 1: 4. *Cant.* 7: 5. Vide quoque Josephum lib. 3. cap. 2. de bello Judaico. Alius in Judæa qua itur Ægyptum ad meridionalem plagam, de quo *Isai.* 29: 27. & *Ios.* 15: 25. in quo civitas ejusdem nominis extructa videtur.

Carnàim, קַרְנַיִם *καρναὶμ* Cornua. Populi sunt civitatis Astaroth, *Gen.* 14: 5. Est & nomen civitatis. 1 *Mach.* 5: 26.

Carnion, *καρνίον* Cornu. Nomen præsidii. 1 *Mach.* 12: 21.

Carpus, *καρπὸς* Fructus, vel fructuosus. G. nomen viri. 2 *Tim.* 4: 13.

Cartha, קַרְתָּה civitas, sive vocatio aut lectio, vel occursus. Civitas Levitarum in Zabulonia tribu, *Ios.* 21: 34.

Carthaginenses, תַּרְשִׁישׁ. In Hebræo est Tharsis: & vertitur contemplatio gaudii, vel exploratio marmoris, aut turtur gaudii, sive chrysolithus lapis, s. pretiosus, aut mare, *Ezech.* 27. 25.

Carthan, קַרְתָּן Civitas, vel vocatio, aut lectio, vel occursus sive frigiditatem dans. Civitas refugii atque sacerdotum in tribu Nephthali. *Ios.* 21: 32.

Casaloth, כְּסָלוֹת Temeritates, sive fiduciæ, aut ilia. Nomen civitatis, *Ios.* 19: 12.

Casbon, *κασφὼν* Numeratio vel cogitatio, aut festinans filius. D. nomen civitatis, 1 *Mach.* 5: 36.

Cased, כָּשֶׂד Quasi dæmon: aut quasi depræ-dator, vel quasi mamillla, aut quasi ager. Filius Nachor ex Melcha, *Gen.* 22: 22. à quo Chasdim, id est, Chaldæi.

Casphin,

Caſphin, κάσπιν Argentaria, ſive cupiditas, aut Syriacè verecundia. D. nomen civitatis, 2 *Mach.* 12: 13.

Caſphor, κασκὼρ Argenteus, aut deſiderabilis mons. D. nomen civitatis, 1 *Mach.* 5: 26.

Caſaia, קְשָׁיָהוּ Duritia, aut gravitas ejus, ſive ſcandalum ipſius, Pater Ethan, 1 *Par.* 15: 17.

Caſſia, קְצִיעָה Species aromatica, Secunda filia Jobi. *Job* 42: 14.

Caſis, קְצִיץ conciſio, aut finis. Nomen civitatis. *Joſ.* 18: 21.

Caſleu, כִּסְלֵו Spes aut temeritas ejus, ſive thronus vel calix illius, aut ilia ejus. Decimus menſis noſtro Decembri quandoque reſpondens, *Zach.* 7: 1.

Cateth, קְטַת Tædium, ſive contentio, Terminus Zabuloniæ tribus, *Joſ.* 19: 15.

¶ Cedar, קֵדָר Nigredo, aut triſtitia, filius Iſmahelis, *Gen.* 25: 13. Arabiæ item regio eſt Hieronymo in Agarenorum, id eſt, Saracenorum ſolitudine, à Cedar filio Iſmahelis 1 *Par.* 1: 29. *Gen.* 25: 13. ita cognominata. Ferunt quidam Cedar eſſe civitatem, quæ Joſepho Camala vocatur. Meminit *Iſai.* cap. 60: 7. *Ezech.* 27: 21. *Pſal.* 120: 5. *Ier.* 2: 10.

Cedem, קֶדֶם Oriens. Filius Iſmaelis, frater Cedar. *Ier.* 49: 26.

Cedes, קֶדֶשׁ Sanctitas, Urbs in tribu Iudæ, velut *Joſ.* 15: 23. indicat. Alia urbs Galilææ in montanis Nephthali, *Joſ.* 10: 41. deputata fugitivis, qui neſcii homicidium perpetraverant *Joſ.* 20: 22. & Levitis quoque attributa, *Joſ.* 21: 32. 1 *Par.* 6: 72.

Cedimoth, קַדְמוֹת Antiquiores vel priores aut orientales, ſive incendium, vel incurvatio mortis. Nomen oppidi in poſſeſſione tribus Ruben, *Joſ.* 13: 18. quod ſolitudo Cademoth in *Deut.* 2: 26. dicitur.

Cedmá, קַדְמָה antiquus, vel prior, aut orientalis. Filius Ismahelis. *Gen.* 25: 15.

Cedmiel, קַדְמִיאֵל Antiquitatis vel prioritatis Deus, aut orientis Deus. Nomen viri. *Esd.* 3. 9.

Cedmonæi, קַדְמֹנִי Antiquiores, vel priores, aut orientales, nomen populi, *Gen.* 15: 16.

Cedron, קִדְרוֹן Κεδρὼν Denigratus, aut tristis. Nomen vallis & fluvii in eadem valle, quæ inter Jerosolymam & montem olivarum est. 2 *Reg.* 23. 4. Sive torrentis nomen. 2 *Sam.* 15: 23. *Joh.* 18: 1.

Ceelátha, קְהֵלָתָה Cœtus, vel congregatio, sive ecclesia. Nomen loci ad quem venerunt filii Israël profecti de Rassanum. *Num.* 33: 22.

Ceila, קְעִילָה Dissolvens eam, sive dividens, aut scindens eam, vel fixio ejus. Nomen civitatis in tribu Juda, *Jos.* 15: 44. 1 *Sam.* 23: 1. 1 *Par.* 4: 19. *Nehem.* 3: 17.

Celaia, קְלָיָה Vox Domini, aut alleviatio Domini: sive torrefactio. Nomen viri, *Esd.* 10: 23.

Celai, קְלַי Levis sive torrefactus, aut vox mea. Nomen viri, *Nehem.* 12: 19.

Celita, קְלִיטָא Refugium vel contractio, aut vocis declinatio: nomen viri, *Nehem.* 8. 7.

Cenchreæ, κεγχρεία Milium, legumen. G. Portus Corinthiorum ab urbe stadia ad LXX. longinquus, Strabo libro. 8. *Rom.* 16: 1.

Cendebeus, Κενδεβαῖος Zelus, vel possessio doloris, aut zeli emanatio. D. nomen ducis, 1 *Mach.* 15: 38.

Cenereth, כִּנֶּרֶת Cithara, vel quasi lucerna. Ad Orientem Judææ mare in tribu Nephthali, *Num.* 34: 11. *Deut.* 3: 17. *Jos.* 13: 27. Alias mare Tiberiadis: & lacus Genezarethicus, seu Galilææ dicitur, XL. stadiis in latitudine diffunditur, centumque in longitudine extenditur, teste Josepho lib. 3. belli Iud. cap. 18.

18. per hunc medium Jordanis Judææ amnis profluit. Porrò Ptolomæus cur ex hoc duos faciat, non video.

Ceneroth, כִּנְרוֹת Idem pl. n. Urbs in tribu Nephthali, *Josuæ* 12: 3. juxta lacum Genezareth, quam Herodes magnificis ornavit ædificiis, atque in honorem Tiberii Cæsaris, Tiberiadem nominavit: à qua & lacus & regio circumjacens nomen invenerunt. Hæc Josephus lib. 18. cap. 4. antiquitatum, Ben-adad Syrię rex hanc cepit, 1 *Reg.* 15. 20. At *Ios.* 11: 2. Ceneroth plurale, est lacus, non nomen urbis.

Cenez, קְנַז Nidus iste, aut lamentatio hæc: sive possessio vel emptio hęc. Filius Eliphaz, filii Esau ex Ada uxore, *Gen.* 36: 11. Civitas principum Idumæorum, *Gen.* 36: 42.

Cenezæi, קְנִזִּי Idem, pl. n. nomen populi, *Gen.* 15: 18.

Cenezęus, Idem. *Num.* 32: 12.

Ceni, קֵנִי possessio, vel emptio, sive nidus, aut lamentatio. Regio Philistinorum, 1 *Sam.* 27: 10.

Cephas, κηφᾶς Petrus à petra. Syrum est. Sic dictus fuit Simon Petrus frater Andreæ, *Joh.* 1: 42. 1 *Cor.* 15: 5.

Cephira, כְּפִירָה Leuncula, aut propitiatio, sive linitio: aut villa vel oppidum, sive glacies: aut Syriacè, negatio. Nomen viri, *Esd.* 2: 28. Est & nomen urbis. *Neh.* 7: 29.

Cerethi, כְּרֵתִי Concisio, sive transfossio, vel exterminatio. Populi qui & Philisthiim, ut Lira ait in libro differentiarum: sive nomen legionum aut bellatorum David, 1 *Sam.* 30: 14. 2 *Sam.* 8: 18. & 15. 18. & 20. 23. 1 *Par.* 18: 17.

Cerethi, כְּרִי 2 *Reg.* 11: 19. Milites, sive cursores, aut arietes. Heb. Cari.

Ceros, קֵרוֹס Uncinus aut incurvatio. Nomen viri, *Esd.* 2: 43.

Cesil, כְּסִיל Arcturus, nomen stellæ: sive stultitia, aut ilia. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15: 30.

Cesion, קְשִׂיֹן Duritia, sive stipula, aut cucumerarium, Civitas Levitarum in tribu Issachar, *Ios.* 19: 19.

Cethim, כִּתִּים Conterentes, sive contritio maris, aut diadema, sive aurum, vel tinctura: aut ex Syro & Hebræo, coacervatio maris. Filius Javan, *Gen.* 10: 4. Ab hoc, Berosus dicit Italos esse appellatos. Interpres noster, *Daniel* 11: 31. transtulit Romanos. Vide Italia, & Romani. Sunt & Græcorum Insulani, Macedones, *Isa.* 23: 1. Cyprus quæ & Citium dicitur.

Cethlis, כִּתְלִישׁ Paries est: aut ex Syro & Hebræo caterva leænæ: vel Syriacè, quasi evulsus. Nomen civitatis, *Ios.* 15-40.

Cetura, קְטוּרָה Aromatizans, vel fumigans, sive ligata. Altera uxor Abrahæ, *Gen.* 25: 1.

¶ Chabri, χαβρὶν Socius, aut particeps, sive incantator, aut livor. D. nomen civitatis, *Iudith.* 8: 9.

Chabul, כָּבוּל Compeditus, vel quasi germinans: aut quasi defluens, vel quasi veterascens. Nomen civitatum earum, quas Salomon dedit Hiram regi Tyri in terra Galilææ, 1 *Reg.* 9; 13.

Chæreas, χαιρέας gaudens, vel lætus. G. nomen viri, 2 *Mach.* 10: 32.

Chalal, כָּלָל Consummatio, vel totalitas aut quasi nox: vel Syriacè, corona. Nomen viri, *Esdr.* 10: 30.

Chalanne, כַּלָּנֵה omnes nos, sive omnia hæc, aut consummatio nostra, vel sicut manens, aut quasi murmurans. Civitas in qua regnavit Nemrod, *Gen.* 10: 10. quæ nunc Seleucia à Seleuco Rege. sive Ctesiphon dicitur, *Amos.* 6. 2.

Chalan-

Chalannus, Idem.

Chalcol, כַּלְכֹּל nutriens, sive consummans omnia. aut sustinens omnia. Filius Maol, 1 *Reg.* 4: 31. Filius item Zaræ filii Iudæ. 1 *Par.* 2: 6.

Chaldæa, כַּשְׂדִּים quasi dæmones, aut quasi deprædatores, vel quasi mamillæ, aut quasi agri, Regio ad Orientem Judææ inter Babyloniam & Arabiam, Tygrim & Euphraten, de qua Plin. lib. 6. cap. 28. Strabo lib. 16. Volater. lib. 11. Geograph. *Ier.* 50: 8. & 51. 24. Heb. Chasdim.

Chaldæi, Idem. Populi, *Isa.* 13: 19. Heb. Chasdim.

Chaldæus, Idem. s. n.

Chaldæi, 2 *Par.* 36. 6. Vide quid significet Babel.

Chale, כָּלַח Opportunitas; vel quasi viriditas, vel quasi humiditas, aut quasi tabula. Civitas quam ædificavit Assur, *Gen.* 10: 12.

Chali, חֵלִי infirmitas, sive deprecatio, aut expectatio, vel principium, aut gemma, vel monile. Civitas quę terminus Aser est, *Ios.* 19: 25.

Cham, חָם Calidus, vel calor, aut niger. Filius Noe, *Gen.* 5. 32. Ab hoc sæpe in sacris literis Ægyptus terra Cham dicitur, ut *Psal.* 105: 23. testis est Hieronymus in quæstionibus Hebraicis.

Chamaam, כִּמְהָם sicut illi, aut similes eis, vel quasi turbatio. Nomen urbis juxta Beth-lehem. *Ier.* 41: 17. Proprium item nomen viri, 2 *Sam.* 19: 37.

Chamos, כְּמוֹשׁ Quasi palpans, aut quasi recedens, vel quasi auferens. Nomen idoli Moabitarum, *Num.* 21: 28. 1 *Reg.* 11: 7. 2 *Reg.* 23: 13. *Ier.* 48: 46.

Chanáan, כְּנַעַן Mercator, vel negotiator, sive contritus, vel confractus, aut rectè respondens, vel rectè affligens. Filius Cham. *Gen.* 10: 6. In libro *Iudic.* 10: 12. legitur Amalec & Chanáan: cum legendum sit, Amalec & Maon, quod significat habitaculum, sive delictum: aut expeccato. Chananæa verò, seu

terræ ſanctæ limites ſunt. Ad orientem eſt Jordanis fluvius & magnus Euphrates. Ad occidentem eſt Ægyptus, & mare magnum, quod mediterraneum dicitur. Ad Auſtrum, hoc eſt, meridiem, jacet deſertum Arabiæ. Ad aquilonem ſive ſeptentrionem mons Libanus eminet.

Chanáana, כְּנַעֲנָה Mercatrix, vel negotiatrix, ſive contrita, vel confracta, aut rectè reſpondens, vel rectè affligens. Pater Sedeciæ prophetæ, 1 *Reg.* 22: 24. Filius Balan filii Jadihel filii Benjamin. 1 *Par.* 7: 11.

Chananæa, χαναναῖα Idem. *Matth.* 15. 22.

Chananæi, כְּנַעֲנִים Mercatores, ſive negotiatores aut contriti vel confracti, ſive rectè reſpondentes, vel rectè affligentes. nomen populi. *Gen.* 15: 28.

Chananæus. Idem, ſ. n. *Num.* 21: 1.

Chananitis, כְּנַעֲנִית Idem. f. g. *Gen.* 46: 10.

Chanani, כְּנָנִי Præparatio, vel baſis mea. Nomen viri, *Neh.* 9: 4.

Characa, χάραξ Involutio, aut indumentum, ſive pallium. D. nomen loci. 2 *Mach.* 12: 17.

Charan, חָרָן Quaſi cantans, aut quaſi clamans, ſive agnus, vel cognitio eorum. Filius Diſan filii Seir Horrei, *Gen.* 36. 26.

Charan, χαρράν Ira, ſive iraſcens: vel Syriacè libertas. Meſopotamiæ civitas ad quam Abraham conceſſit, ubi & Thare pater ejus mortuus eſt, *Gen.* 11: 31. *Actor.* 7: 2. Charra Syriæ fluvio nomen invenit Stephano. Ibi romanus cæſus eſt exercitus, & Craſſus dux captus. Lucanus: Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carras. Eadem eſt Carre & Haram.

Charçamis, כַּרְכְּמִישׁ Agnus quaſi ablatus, aut agnus quaſi palpans: vel ex Syro & Hebræo civitas ablata. Nomen civitatis juxta fluvium Euphraten *Iſa.* 10: 9.

Charchas,

Charchas, כַּרְכַּס agni cooperimentum, aut agni thronus, vel calix, vel quasi tortuosum, scilicet non planum. Nomen eunuchi, *Esth.* 1: 10.

Charmel, כַּרְמֶל Cognitio circumcisionis, vel agnus circumcisus. aut teneritudo, scilicet illa quæ est segetum, vel coccinus. Nomen civitatis in tribu Juda, *Jos.* 15: 54. *Isa.* 29: 17.

Charmi, כַּרְמִי Vinea, sive cognitio aquarum, vel agnus aquarum, aut quasi celsitudo. Filius Ruben, *Gen.* 46: 9. 1 *Par.* 5: 3. Filius item Juda. 1 *Par.* 4: 1. qui *Gen.* 46: 12. dicitur Her. Filius præterea Zabdi, filii Zaræ, filii Juda, pater Achar sive Achan, *Jos.* 7: 1.

Charmitæ, Idem. *Num.* 26: 6.

Charsena, כַּרְשְׁנָא Agnus anniculus, sive agnus dormiens vel mutatus. Nomen viri, *Esth.* 1. 14.

Chaselon, כְּסִלוֹן Fiducia, vel temeritas ejus, sive ilia ejus, aut thronus mansionis, vel calix sive tegumentum mansionis, Pater Elidad principis tribus Benjamin, *Num.* 34: 21.

Chasluim, כַּסְלֻחִים Tegumentum tabularum, vel sedes tabularum, aut spes vel temeritas vitæ. Filius Mesraim, *Gen.* 10: 14. Heb. Casluim. Populi nomen qui & Philisthiim sive corruptè Palesthini.

Chaspia, כַּסְפְּיָא Argentaria sive cupiditas: aut Syriacè, verecundia. Nomen regionis, quæ à Chaspio mari vocabulum sumpsit, ut quidam putant. Nicolaus Lyra in Babylonis regione locum esse putat, ubi plures Levitarum post captivitatem manserint, *Esd.* 8: 17.

Chebbon, כִּבּוֹן Extinguens vel extinctus, aut quasi intelligens, vel quasi ædificans. Civitas in tribu Juda, *Jos.* 15: 40.

Chebron, χεβρὼν Societas, sive participatio, aut adhæsio, sive incantatio, vel livor. D. 1 *Mach.* 5: 65,

Chellon, χελλὼν Consummatio, vel perfectio, aut allevians dolorem, vel tristitiam. D. nomen terræ, *Iudith* 2: 13.

Cheleab, כְּלָאָב Totus, vel omnis pater, sive consummatio vel prohibitio patris. Secundus filius David de Abigail uxore Nabal Carmeli. 2 *Sam.* 3: 3.

Cheliáu, כְּלוּהִי Omnis vel totus ipse, aut consummatio ejus, sive prohibens eum. Nomen viri, *Esd.* 10: 34.

Chelion, כִּלְיוֹן consummatus, sive perfectus, aut totus columbinus. Filius Elimelech Beth-lehemitę, *Ruth* 1: 2.

Chelmad, כַּלְמַד Quasi docens, aut totus mensurans, sive omne indumentum, consummatio vel cessatio mensuræ vel indumenti. Nomen urbis. *Ezech.* 27: 23.

Chelmon, χυάμων Exercitus præparatio vel numeratio, aut somnium ejus. D. nomen loci. *Iudith* 7-3.

Chelub, כֶּלוּב caniſtrum, vel caninus. Nomen viri, 1 *Par.* 27: 26.

Chenne, כַּנֶּה Basis, aut rectitudo, sive præparatio. Nomen regionis, *Ezech.* 27: 23.

Cherub, כְּרוּב quasi magister, vel quasi multiplicans, aut quasi pugnans, vel cognitionis aut scientiæ multitudo. Nomen viri, *Esd.* 2: 57. In 2 *Sam.* 22: 11. debet legi Cherub, non Cherubim.

Cherubim, כְּרֻבִים Idem. pl. n. *Gen.* 3. 24.

Chesseleth, כְּסָלוֹת Temeritates, sive fiduciæ, aut ilia. Nomen civitatis in tribu Issachar, *Ios.* 19: 12.

Chessón, כְּסָלוֹן Fiducia, aut temeritas ejus, sive ilia ejus, aut thronus mansionis, vel calix, seu tegumentum mansionis. Nomen villæ in Jerosolymæ finibus. *Ios.* 15: 10.

Chetæa,

Chetæa, חִתִּית Confracta, sive formidolosa: aut Syriacè descendens, *Ezech.* 16: 2.

Chetææ, חִתִּיוֹת Idem, p. n. 1 *Reg.* 11: 1.

Chidon, כִּידֹן Jaculum, vel infortunium, sive quasi judicans. nomen loci, 1 *Par.* 13: 9.

Chium, χίος Aperta, vel apertura, G. Insula inter Cycladas atque Bythiniam: cujus nomen Syra lingua masticem designat, eo quod ibi mastix gignatur. Hanc aliqui Chiam appellavere à Chione Nympha Coos. *Actor.* 20: 15.

Chloe, χλόη. Familiæ Corinthiorum nomen, 1 *Cor.* 1: 11.

Chobar, כְּבָר Fortitudo vel potentia, aut quasi filius sive quasi puritas, vel quasi frumentum, aut jam, id est, quod jam præteriit. Flumen est in terra Chaldæorum, apud quod Ezechiel visionem vidit, *Ezech.* 1: 3. Hoc quidam Euphraten interpretantur: alii Aborram putant. de quo Ptolomæus & Strabo.

Chodchod, בַּרְכֹּד Jaspis, aut hydria hydriæ, *Ezech.* 27: 16.

Chodorlahomor, כְּדָרְלָעֹמֶר Quasi generatio servitutis, aut quasi habitatio servitutis sive sphærula vel rotunditas manipuli. Rex Ælamitarum, *Gen.* 14: 4.

Cholhoza, כָּל-חֹזֶה Omnis propheta, sive omnis videns, aut omne pectus. Nomen viri, Pater Sellon, *Neh.* 3: 15. & 11: 5.

Chonenias, כּוֹנַנְיָהוּ Præparatio, aut firmitas, vel rectitudo domini. Frater Semei, 2 *Par.* 31: 13.

Chorræi, חוֹרִי Furores, aut libertates, seu foramina. Populi Gigantes, expulsi à filiis Edom ex monte Seir. *Gen.* 14: 6. qui & Horræi, *Deut.* 2: 12. dicuntur.

Christus χριστὸς Unctus, G. Passim in N. T. ejus fit mentio.

Chub,

Chub, כוּב Extinguens. nomen gentis, *Ezech.* 30: 5.

Chun, כּוּן Præparatio, sive placenta: aut Syriace, fenestra. nomen urbis. 1 *Par.* 8: 8.

Chus, כּוּשׁ Æthiops, aut niger. Filius Cham, *Gen.* 10: 6. 8. à quo descenderunt Æthiopes.

Chusan-rasathaim, כּוּשַׁן־רִשְׁעָתַיִם Æthiops vel nigredo iniquitatum. Nomen regis Mesopotamiæ, *Iudic.* 3: 8.

Chusai, חוּשַׁי Sensus, aut festinans, vel silens. Amicus David, 2 *Sam.* 15. 32. 37. & 17. 5. 15. & 1 *Par.* 27: 33.

Chusi, כּוּשִׁי Æthiops, aut niger. Pater Selemiæ patris Nathaniæ patris Judi, filius Jemini, 2 *Sam.* 18: 21. *Ier.* 36: 14. Legitur *Ps.* 7: 1. in titulo Chusi, cum legendum sit Chus.

Chusa, χωζᾶς videns, aut prophetans, vel visio, *Luc.* 8: 3. D.

¶ Cibsaim, קִבְצַיִם Congregationes. Civitas ex tribu Ephraim data Levitis, *Ios.* 21: 22.

Cilicia, κιλικία Volvens, vel revoluta, G. Regio maritima Asiæ in sinu Issico, ubi porticus in Tharso celebris ad septentrionem Judææ, de qua multa Strabo lib. 14. Mela in 1. Plin. lib. 5. cap. 27. Ptolem. in 5. cap. 8. quam Cydnus amnis intersecat, & mons Amanus (ita Hierony.) à Syria cœle separat. Vide Volater. lib. 11. Geograph. Ex hac Paulus Apostolus fuit oriundus, *Act.* 23: 34. & Christum in ea prædicavit. *Gal.* 1: 21.

Cin, קִן possessio, vel emptio, sive nidus, aut lamentatio. Nomen viri, à quo Cinæi, *Num.* 24: 22.

Cina, קִינָה Idem. Nomen civitatis in tribu Judæ, *Iosuæ* 15: 22.

Cinæi,

Cinæi, קִינִי Idem. p.n. nomen populi *Gen.* 15:18.

Cinæus, Idem, s. n. *Num.* 24:20. 1 *Sam.* 15:6.

Cinoth, קִינוֹת Lamentationes, quæ & Græcè threni dicuntur.

Cis, קִישׁ Durus, aut stipula, vel cucumerarium. Filius Abiel, Pater Saul regis, 1 *Sam.* 9:1. 1 *Par.* 23:21. Filius item Abigabaon, 1 *Par.* 8:29. & vocatur filius Abdai Levitæ. 2 *Par.* 29:11.

Cison, קִישׁוֹן Idem. Torrens Galilææ juxta montem Tabor. Hic à monte Tabirio in mare cadit, *Iudic.* 4:7. 1 *Reg.* 18:29. *Psal.* 83:10.

Citron, קִטְרוֹן Aromatizans, vel fumigans, aut colligatio, vel vinculum: aut Syriacè, nodus. Civitas in tribu Zabulon, *Iud.* 1:30.

Cisterna sira, בּוֹר הַסִּירָה Nomen loci 2 *Sam.* 3:26.

¶ Clauda, κλαύδη Vox fracta, vox flebilis. G. Insula spectans Cretam inter meridiem & occidentem *Act.* 27:16.

Claudia, κλαυδία Latinum est, 2 *Tim.* 4:21.

Claudius, κλαύδιος Idem. Nomen Imperatoris Romanorum. *Actor.* 11:28. & 18:2.

Clemens, κλήμης Latinum est, significatque mitem, vel modestum, *Philip.* 4:3.

Cleophas, κλεόπας, in Græco est Cleopas, & vertitur gloria omnis, vel omnimoda gloria. G. nomen alterius viri, qui proficiscens in Emmaunta, Christum alloquebatur in itinere, *Luc.* 24:18. *Ioan.* 19:20.

Cleopatra, κλεοπάτρα Gloria patriæ vel patris. G. Filia Ptolomæi, uxor Alexandri, 1 *Mach.* 10:57.

¶ Cnidus, κνίδος Atriplex, genus herbæ purgativę vel laxativæ. Insula opposita Asiæ, 1 *Mach.* 15.23. *Actor.* 27:7.

¶ Coa,

¶ Coa, קוֹא vel קְוֹה Spes vel congregatio: sive linea, aut regula. Nomen insulæ. 1 *Reg.* 10:28. 2 *Par.* 1:15. Fortasse ea est quæ Cos, sive Coos dicitur, *Act.* 21:1.

Cœlesyria, κοιλησυρία sive Cœles syria, Curva, sive depressa Syria. G. 2 *Mach.* 3:5. & 10:69.

Coheleth, קֹהֶלֶת Ecclesiastes, vel concionator.

Colaia, קוֹלָיָה Vox Domini, aut alleviatio Domini, sive torrefactio. Nomen viri, *Neh.* 11:6.

Colia, Idem, Pater Achab, *Ier.* 29:21.

Colonia, κολωνία Latinum est à colendo, id est, habitando dicta. *Act.* 16:12.

Colossenses, κολασσαεῖς Puniti, vel supplicio affecti. G.

Colossæ, κολασσαὶ Punitio vel supplicium. G. Civitas Phrygiæ quæ est in Asia minore, *Col.* 1. 2.

Coo, κῶς Vertex, vel summitas. Nomen insulæ, 1 *Mach.* 15:23. Eam puto Hebraicè dici Co. Dicitur & Græcè Con, & Ceos quondam, unde & Plinius admonet dictam fuisse Ceam & Coon.

Corban, sive corbana, κορβᾶν D. Donum, vel oblatio *Marc.* 7:11.

Core, קֹרַח Calvus, vel calvitium, sive glacies vel gelu, Filius Isaar filii Caath, filii Levi, *Exod.* 6:21. 1 *Par.* 6:37. & vers. 22. dicitur filius Caath. Filius item Hebron sic vocabatur, 1 *Par.* 2:43. Sic & filius Esau ex Oolibama uxore. *Gen.* 36:5.

Core, קוֹרֵא 1 *Par.* 9:19. Ubi dicitur, *Sellum verò filius Core*, & 26.1. & 2 *Par.* 31:14. transfertur vocans vel legens, aut perdix. Filius Jemna.

Coritæ, קָרְחִים Calvi. Idem significat quod קוֹרַח. p. n. 1 *Par.* 9:19. Hebr. Corchim.

Corites, קוֹרִי Idem, s. n. 1 *Par.* 9:19.

Corinthus, κόρινθος Saturitas, vel satietas, aut ornamentum. G. Civitas Achaiæ maritima, quæ & Ephyra dicebatur, *Act.* 18:1. Corinthii,

Corinthii, κορεσθεῖσι saturati, vel satiati, aut ornati. *Act.* 18: 8.

Cornelius, Κορνήλιος Latinum est, à cornu. Nomen viri, *Act.* 10: 1.

Corozaim, χοραζὶν Hoc secretum, vel hic est mysterium. D. Galilææ oppidum est, nunc desertum inquit Hieronymus in ecloga, in secundo lapide à Capharnao, *Luc.* 10: 13. *Matth.* 11: 21.

Cos, קוֹץ spina. aut æstas, sive tædium, vel vigilia, aut finis. Pater Anob & Soboba, 1 *Par.* 4: 8.

Cosam, Κωσαμὶ Divinans. D. Pater Addi, patris Melchi, *Luc* 3: 28.

Cozbi, כָּזְבִּי Mendax, aut cessans, sive quasi fluens, aut quasi fluxus. Filia Suri, illa quæ cum Zamri occisa est, Madianitis. *Num.* 25: 18.

¶ Crescens Κρήσκης Latinum est, à crescendo. Nomen viri, 2 *Tim.* 4: 10.

Creta, Κρήτη Carnea, vel carnalis. G. Græciæ insula inter Cyrenæam & Græciam: à septentrione, Ægeo perfunditur pelago, simul & Cretico: ab austro autem, Aphricano alluitur, Ægyptium attingente pelagus. Hæc dicta est hecatompolis, id est, centum urbibus instructa: hodie Candia vocatur. Ditionis Venetorum est. De hac lege Strabonem lib. 10. Ptolom. lib. 3. cap. 19. Plinium in 4. cap. 12. Virg. 3. Æneid. Pom. Melam lib. 2. Meminit Lucas, *Act.* 2: 11. Paulus ad *Tit.* 1: 5. Hieronymus refert hanc famigeratam divitiis, maxime æris, quod prima illic ejus metalli inventio & utilitas fuerit, 1 *Mach.* 10: 67. *Actor.* 27: 7.

Cretenses, κρῆτες Idem. p. n. G. *Tit.* 1: 12.

Cretes, κρῆτες Idem. G. Populi, *Act.* 2: 11.

Crispus, κρίσπος Latinum est, Princeps synagogæ Judæorum, *Act.* 18: 8. 1 *Cor.* 1: 14.

Cusi,

Cusi, קוּשׁ Durus, sive stipula, aut cucumerarium. Filius Abdi filii Maloch, 1 *Par.* 6:28.

Cutha, כּוּת Combustio, sive contusio. Regio est Persidis, à flumine Cutha, sicut Josephus lib. 9. cap. 15. antiq. Jud. scriptum reliquit, vocata. Inde Cuthæi, de quibus idem lib. 11. cap. 2. antiq. in hunc modum scribit. Salmanasar etenim transmigrans Israëlitas, in eorum regione constituit Cuthæorum gentem, quæ prius in interiore parte Persidis & Mediæ morabatur, 2 *Reg.* 17:30.

¶ Cypriarches, κυπριάρχης Princeps Cypri, vel princeps pulchritudinis. G. 2 *Mach.* 12:2.

Cyprii, Κύπριοι Pulchri. G. *Act.* 11:20.

Cyprius κύπριος Idem, s. n. G. *Act.* 4:36.

Cyprus, κύπρος pulchra, vel pulchritudo. G. nomen insulæ, 1 *Mach.* 15:23. *Act.* 11:19. & 27:4.

Cyprus, כֹּפֶר *Cant.* 1:14. & 4.13. Camphora interpretantur nonnulli, aroma quoddam sic vocatum. Hebr. Copher.

Cyrinus, κυρήνιος. In Græco Cyrinius, quod vertitur dominans. Præses Syriæ, *Luc.* 2:2.

Cyrus, כּוֹרֶשׁ Κύρος Quasi miser, vel quasi hæres, aut venter. Rex Persarum, *Esd.* 1:1. *Aster.* 13:1.

Cyrene, קִיר Κυρήνη Paries, sive trabes, aut frigiditas, vel occursus. Nomen civitatis Aphricæ, 2 *Reg.* 16:9. quæ & Pentapolis dicitur à quinque urbibus quibus fulget: hæ sunt, Hesperia, aliàs Berinice dicta, Plinio authore, lib. 5. cap. 5. Apollonia. Ptolemais antiquo nomine Barce appellata. Arsinoe aliquando Teuchira vocitata: atque unde terris nomen est, ipsa Cyrene omnium harum clarissima. Vide plura in Pom. Mela. lib. 1. Plinio lib. 5. cap. 5. Strabone in 17. Ammiano Marcellino lib. 22. Hujus mentio fit, *Act.* 2:10.

Cyrenæi.

Cyrenæi. Idem. p. n.

Cyrenenſes, Κυρηναῖοι Idem, *Act.* 6: 9. è ſynagoga Judæorum privatæ ſectæ homines.

Cyrenenſis, Κυρηναῖος Idem, ſ. n. *Act.* 13: 1.

Cyrenæus, Idem, 2 *Mach.* 2: 24. *Matth.* 27: 32.

Litera D.

¶ Dabereth, דָּבֶרֶת Verbum, ſive res, aut apes, vel ſubjectio, aut Syriacè ductrix. Civitas quæ de tribu Iſſachar data fuit Levitis, *Ioſ.* 19: 12. & 21. 28. Civitas item refugii. 1 *Par.* 6: 72.

Dabir, דְּבִיר Oratorium, ſive verbum, aut res, vel ſubjectio aut Syriacè ductor. Rex Eglon, *Ioſ.* 10: 3. nomen urbis in tribu Juda & Simeonis, *Ioſ.* 11: 21. & 21. 15. Eſt & altera in tribu Gad, quæ & Cariath-ſepher dicitur, *Ioſ.* 15: 15. & Cariath-ſenna, *Ioſ.* 15: 49. *Iudic.* 1: 11. in quam confugiebant qui homicidium perpetrarant, 1 *Par.* 6: 58.

Dabri, דִּבְרִי Oratorium, ſive verbum meum: aut res vel apes, ſive ſubjectio mea: aut Syriacè, ductor meus.

Dadan, דְּדָן Mamilla, vel dilectio, aut patruus, vel judicans, Filius Regma. *Gen.* 10: 7. Filius Jecſan, *Gen.* 25: 2. Gens Æthiopiæ in occidente.

Dagon, דָּגוֹן Δαγὼν frumentum, vel piſcis, nomen idoli Philiſthinorum. *Iudic.* 16: 23. 1 *Mach.* 10: 84.

Dalaia ſive Dalaias, דְּלָיָה Pauper Domini ſive exhauſtio, aut ramus Domini, vel macilentus. Filius Elioenai filii Naariæ, 1 *Par.* 3: 24. Filius Semeiæ, *Ier.* 36: 12.

Dalila, דְּלִילָה Paupertas vel ſitula ejus, aut ramus ejus, ſive exhauriens, aut macilenta. Nomen mulieris quam amavit Samſon, *Iudic.* 16: 4.

Dalmanutha, Δαλμανουθὰ Situla præparata, vel

exhauſtio numerata, ſive macies vel ramus præparatus vel numeratus. D. Nomen regionis, *Marc.* 8: 10.

Dalmatia, δαλματία Lampas fruſtratoria, aut fulgur vanitatis. G. Pannoniæ ad Hadriaticum mare regio. De qua plura Plin. lib. 3. natur. hiſt. cap. 22. & 25. in quam Titus ad prædicandum Euangelium profectus eſt. 2 *Tim.* 4: 10.

Damaris, δάμαρις Uxorcula, id eſt, parva uxor. G. mulier quæ ad prædicationem Pauli, Chriſto credidit. *Act.* 17: 34.

Dam ſceni, ſanguinis ſacci, vel ſanguinis pocula, aut ſanguis fœmorum vel incendiorum vel procuratoris. Dicuntur à Damaſcene, quæ eſt regio Syriæ inter Libanum & Antilibanum montes ad Septentrionem Judææ. Unde deſcribitur terra à Dan uſque Berſabee. 1 *Sam.* 3: 20. 2 *Sam.* 24: 2. in hac eſt Damaſcus: à qua tota regio appellationem ſumpſit. De hac Mela lib. 1. Plin. in. 5. cap. 12.

Damaſcus, דַּמֶּשֶׂק δαμασκὸς Idem. Filius procuratoris domus Abraham *Gen.* 15: 2. Eſt & Damaſcus potens & inſignis Phœnices civitas, quæ quondam in omni Syria tenuit principatum: terminus Judææ ad ſeptentrionem, *Ezec.* 47: 16. *Iſa.* 7: 8. & 10. 9. 2 *Sam.* 8: 6. 1 *Reg.* 11: 24. quæ Stephano à conditore Damaſco Mercurii & Alimedes filio: Juſtino lib. 36. à Damaſco rege: Hieron. in Heb. quæſt. verò à Damaſec Eliezer, cujus in lib. 1. Moſis fit mentio, nomen accepit, *Gen.* 15: 2. de hac *Ezech.* 27: 18. *Amos* 1: 5. *Cant.* 7: 4. *Ier.* 49: 24. nunc Saracenorum metropolis. Tertul. lib. 3. adverſus Marcionem, Damaſcum civitatem Syrophœnices ſcribit, quæ quondam Arabiæ deputabatur inter Libanum & Anti-libanum ſita, è qua Paulus per murum demiſſus fuit, *Act.* 9: 25.

Damaſcus, דַּמֶּשֶׂק 2 *Reg.* 16: 10. Similitudo incendii, aut oſculi vel poculi, ſive ſacci, aut ſimilis fœmori,

fœmori, vel tacitum oſculum, aut poculum, Heb. Dumésec. Licet exemplaria quędam Hebraica legant Daméſec.

Damna, דַּמְנָה Sterquilinium, aut cruentatio, vel taciturnitas, aut ſimilitudo noſtra. Civitas in terra Zabulon data Levitis, *Ioſ.* 21. 25.

Dan, דָּן Judicans, ſive judicium. Nomen loci *Gen.* 14: 15. Filius item quintus Jacob ex Bala ancilla Rachel uxoris ſuæ, *Gen.* 30: 6. Eſt & civitas Phœnices ad fontes Jordanis ſita, in qua tribus Dan habitavit, & nomen impoſuit: ante hæc Leſem appellata *Ioſ.* 19: 47. & Lais, *Iud.* 18: 29. ſive Laiſa, *Iſa.* 10: 30. Ipſe fuit terminus terræ Iſraël ab Aquilone, 1 *Sam.* 3: 20. *Ezech.* 27: 19. In qua Jeroboam Rex Iſraël vitulum adorandum erexit. 1 *Reg.* 12: 29. *Amos* 8: 14. Hieronymus in Heb. traditionibus Paneas vocatam putat, quæ aliàs Cæſarea Philippi.

Daniel, דָּנִיֵּאל Judicium Dei. Nomen Prophetæ, quem præpoſitus Eunuchorum Nabuchodonoſor, vocavit Baltaſſar, *Daniel.* 1. 6. Filius item ſecundus David ex Abigail Carmelitide. 1 *Par.* 3: 1.

Danna, דַּנָּה Judicium, vel judicans: aut Syriacè, iſta. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ioſ.* 15: 49.

Daphca, דָּפְקָה Pulſatio, ſive impulſio. Nomen loci in quem venerunt filii Iſraël à deſerto Sin. *Num.* 33: 12.

Daphne, *Δάφνη* Laurus. G. 2 *Macc.* 4: 33.

Daphnin, *Num.* 34: 11. ubi dicitur, fontem Daphnin: non eſt in Hebræo.

Dara, דָּרַע Generatio ſive habitatio paſtoris aut ſocietatis ſive iniquitatis: vel Syriacè, brachium. Filius Zarę, filii Judæ, 1 *Par.* 2: 6.

Darcon, דַּרְקוֹן Generationis, vel habitationis poſſeſſio vel emptio: aut Syriacè, draco. Nomen viri, *Eſd.* 2: 54.

Darius, דָּרְיָוֶשׁ Requirens, aut inquirens. Rex Medorum. *Daniel* 5:31. *Ejd.* 4:5.

Dârmascus, דַּרְמֶשֶׂק Generationis aut habitationis procuratio, aut generatio, vel habitatio incendii vel procuratoris. Vide Damascus. 1 *Par.* 18:6. 2 *Par.* 16:2. & 24.23. & 28.5.

Dathan, דָּתָן Ritus, aut lex. Filius Eliab, *Num.* 16:1. *Deut* 11:6.

Datheman, διαθεμὰ Legis præparatio, vel legis munus. D. nomen urbis, 1 *Mach.* 5:9.

David, דָּוִד dilectus. Filius Isai 1 *Sam.* 17:12. 1 *Par* 9:15.

¶ Debbaseth, דַּבֶּשֶׁת Melliflua, aut infamiam apponens. Nomen civitatis, terminus Zabuloniæ tribus, *Jos* 19:11.

Debelaim, דִּבְלַיִם Palatæ, id est, massæ ex ficibus compactæ, massæ ficuum siccarum, caricæ. *Osee.* 1:2.

Debera, דְּבִרָה Oratorium, sive verbum, aut res, vel apes, aut subjectio: vel Syriacè, ductrix. Nomen loci, *Jos.* 15:7.

Deblatha, דִּבְלָתָה Palata, id est massa ficuum siccarum, aut massa de ficubus compacta. Civitas est apud *Ezech* 6:14. quæ videtur nonnullis esse reblatha: nam similitudo literarum Res & Daleth sæpenumero multis imponit, propterea quòd hæ parvo admodum apice inter se distent.

Deblathaim, דִּבְלָתַיִם Idem. pl. n. nomen civitatis in terra Moab. *Ier.* 48:22.

Debora, דְּבוֹרָה Apes, vel verbum, aut res, sive subjectio: vel Syriacè ductrix, Nutrix Rebeccæ. *Gen.* 35:8. Uxor item Lapidoth prophetæ, *Judic.* 4:4.

Decapolis, δεκάπολις Decem civitatum, subint. regio. Regio est decem urbium ultra Jordanem ad orientem Judææ sita, cujus fit mentio *Mat.* 4:25. *Marc.*

Marc. 5: 20. & 7. 31. de qua Plin. lib. 5. cap. 18. nat. hist. & Hieronymus in Ecloga.

Decla, דְּקְלָא Comminutio ejus, vel Syriacè palma, illa scilicet quæ est arbor. Filius Jectan, *Gen.* 10. 25.

Dedan, דְּדָן Mamilla, vel dilectio earum: aut patruus, vel judicans. Nomen urbis, *Jerem.* 25: 23.

Dedanim, דְּדָנִים Idem, pl. n. Filii Dedan, *Isa.* 21. 13.

Delean, דְּלָעָן Pauper, afflictus, sive pauperis responsio, vel canticum, aut exhausta sive macilenta afflictio, vel responsio: vel ex Hebræo & Syro. Pauper ovis. Nomen civitatis in tribu Juda, *Jos.* 15: 38.

Delphon, דִּלְפוֹן Stillicidium, aut pauperem respiciens, sive exhaustum, vel macilentum respiciens. Filius Aman, filii Amadatha, *Esth.* 9: 7.

Delos, δῆλος manifestata, vel ostensa. G. nomen insulæ. 1 *Mach.* 15: 23.

Demas, δημᾶς popularis, vel plebejus; aut pinguis. G. nomen viri. *Col.* 4: 14. 2 *Tim.* 4. 10.

Demetrius, δημήτριος Cerealis à Cerere, quam Gentiles Deam frumenti putabant, Seleuci filius, 1 *Mach.* 7: 1. Nomen etiam argentarii cujusdam, *Act.* 19: 24.

Demophon, δεμοφῶν Populi interfector, aut populi cædes. G. nomen viri, 2 *Mach.* 12: 2.

Denaba, דִּינְהָבָה Judicium ejus in ea, aut judicium præbens, urbs est in Edom, in qua regnavit Bela, *Gen.* 36: 32.

Derben, δέρβη Circumsepta, vel vallata. G. nomen civitatis Licaoniæ, sive Isauriæ, ut Strabo ait lib. 12. *Act.* 14: 6.

Derbeus, δερβαῖος Circumseptus, vel vallatus. G. *Act.* 20: 4.

Dessau, δεσσαὺ Pinguedo, aut cinis. D. nomen castelli, 2 *Mach.* 14: 16.

¶ Diabolus, διάβολος criminator sive calumniator, aut accusator. G. 1 *Mach.* 1: 38. *Luc.* 8. 12. *Joh.* 6: 70.

Diabolus, רֶשֶׁף *Hab.* 3: 5. in Hebræo est Reseph, & transfertur volucris, sive flamma, vel lampas vel sagitta.

Diana, (Ἄρτεμις) Latinum est: & dicta est à die, eo quod habeat lucem æmulam diei. Nam luna hoc nomine appellatur. Nomen deæ quam colebant ephesii, *Act.* 19: 24. 35.

Dibon, דִּיבוֹן Abundans filius, aut abundantia intelligentiæ, vel ædificationis: aut Syriacè, fluxus. Nomen excelsi Moabitarum, ubi colebantur idola, *Isa.* 15: 2. *Num.* 21: 29. *Ier.* 48: 18. Est & urbs Moabitarum primo, & postea Sehon regis Amorrhæorum, in tribu Ruben ultra Jordanem ad orientem posita, *Ios.* 13: 17.

Dibon, דִּימוֹן *Isa.* 15: 9. ubi legitur, Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine. Ponam enim super Dibon, &c. in Hebræo habetur Dimon, & vertitur sanguinolenta, sive sterquilinium. Civitas in tribu Gad sita.

Dibon-gad, דִּיבוֹן־גָּד Abundantia filii felicis, aut abundantia intellectus vel ædificationis fœlicis, sive abundantia filii accincti, nomen loci, in quo filii Israël fixere tentoria, profecti de Oboth, *Num.* 33: 45.

Dibre-hajamim, דִּבְרֵי־הַיָּמִים Verba dierum, Græcè autem vocatur hic liber paralipomenon, h. e. relictorum, quod in eo libro ea maximè tractentur, quæ in libris Regum relicta sunt.

Didymus, Δίδυμος Geminus, vel gemellus, ille scilicet qui cum alio, uno, & eodem partu nascitur. G. Sic dicebatur Thomas apostolus, *Ioh.* 11: 16. & 20. 24.

Dievi, דִּהֲוֵא De generatione, aut existentes, Syrum est. *Esdr.* 4: 9.

Dilaiau,

Dilaiau, דִּלָיְהוּ Pauper Domini, sive exhaustio, vel ramus Domini aut macilentus. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 17.

Dimona, דִּמוֹנָה Sterquilinium, sive coacervatio, abundans numerus vel munus. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15: 22.

Dina, דִּינָה Iudicium, vel judicans: aut Syriacè, ista. Filia Jacob ex Lia uxore, *Gen.* 30: 21.

Dinæi, דִּינָיֵא Iudices, sive judicia, nomen populi, *Esdr.* 4: 9.

Dionysius, Διονήσιος Divinitus, stimulatus vel compunctus. G. Vir Athenienſis, prædicante Paulo ad fidem Christi conversus, *Actor.* 17: 34.

Dioscorus, Διόσκορος Divina saturitas, vel divinum ornamentum. G. nomen mensis, 2 *Mach.* 11: 21.

Diotrephes, Διοτρεφὴς à Iove nutritus. G. Vir pessimus, ut testatur Johannes in tertia sua epistola vers. 9.

Disan, דִּישָׁן Trituratio, sive pinguedo, vel cinis, aut abundans dens vel ebur. Filius Seir Horræi, *Gen.* 36: 21.

Dison, דִּישׁוֹן Trituratio, sive pinguedo, vel cinis. Filius Seir Horræi, *Gen.* 36. 21. Filius item Anæ filii Sebeon, ibid.

Dithalassum, Δίθαλασσον Duo maria, sive bimaris, qui utrinque mari alluitur, quod in navigatione vix sine periculo evenire solet, G. *Actor.* 27: 45.

¶ Doch, Δὼκ Commotus, sive impulsus, aut comminutus. D. Munitiunculæ nomen. 1 *Mach.* 16: 15.

Dodau, דּוֹדָוָהוּ Dilectio, aut mamilla ejus, vel patruus ejus. Nomen viri. 2 *Par.* 20: 37.

Dodanim, דּוֹדָנִים Dilecti vel patruelis somnus,

aut mamilla dormientis, Filius Javan, *Gen.* 10: 4. à quo Rhodii.

Dodanim, דֹּדָנִים 1 *Par.* 1. 7. Imperantes, sive descendentes: aut imperantis vel descendentis somnus. Heb. Rodanim. Filius Iavan, qui *Gen.* 10: 4. dicitur Dodanim.

Doeg, דֹּאֵג Solicitus, sive anxius, aut piscator. Unus ex pastoribus Saûlis, 1 *Sam.* 21: 7.

Dommim, דֹּמִּים Sanguinei, aut silentes: vel similes: vel Syriacè, pecuniæ, Nomen regionis. 1 *Sam.* 17: 1.

Dor, דּוֹר vel דּאֹר Generatio, vel habitatio. Nomen provinciæ, *Ios.* 11: 2. vel *Iudic.* 1: 27. Est & nomen civitatis in tribu Manasse, *Ios.* 17: 11. 1 *Par.* 7: 38. Maritima civitas, quæ deinceps ab Herode instaurata, Cæsarea, in honorem Cæsaris appellata est.

Dor, δώρ Generatio, vel habitatio. D. nomen loci. 1 *Mach.* 15: 25.

Dorcas, δορκὰς Caprea, vel damula. G. nomen mulieris quæ & Tabitha Syriacè dicebatur, *Act.* 9: 39.

Dorda, דַּרְדַּע habitaculum scientiæ vel generatio scientiæ. Filius Maol, 1 *Reg.* 4: 31.

Dorominus, δορυμένης Generatio, vel habitatio dexteræ. D. 1 *Mach.* 3: 38.

Dorix, δώρυξ Rapidus, aut velox. D. *Ecclesiast.* 24: 41.

Dositheus, δοσίθεος Deodatus, G. nomen ducis. 2 *Mach.* 12: 19.

Dothain, sive Dothan. דֹּתָן Ritus aut lex. Locus est, ubi Joseph reperit fratres suos pecora pascentes, *Gen.* 37: 16. qui etiam temporibus Hieronymi supererat in duodecimo à Sebaste miliario contra aquilonis plagam, 2 *Reg.* 6: 13.

¶ Dru-

¶ Druſilla, Δρουσίλλα Rore conſperſa. G. Uxor Fœlicis præſidis Judææ. *Act.* 24: 25.

¶ Dudia, דוֹדִי Dilectus, aut patruus meus. Nomen viri. 1 *Par.* 27: 4.

Duel, דְּוֵאֵל Cognoſcite Deum, aut ſcientia Dei. Pater Eliaſaph principis tribus Gad, *Num.* 1: 14.

Duma, דּוּמָה Silentium vel ſimilitudo. Nomen civitatis in tribu Juda, *Iſai.* 21: 11. Filius Iſmahelis, *Gen.* 25: 14.

Dura, דּוּרָא Generatio, vel habitatio, aut pyra ſcilicet ignis. Vallis provinciæ Babylonis, *Dan.* 3: 1.

Litera E.

¶ Ebal, עֵיבָל Acervus vetuſtatis, aut acervus defluens. Filius Sobal filii Seir, *Gen.* 36: 23. Eſt & mons ultra Jordanem in terra Chanaan, non longè ab Hierichunte, in quò altari conſtructo poſuit Moſe maledictiones. *Deut.* 11. & 27. *Ioſ.* 8. Joſephus lib. 4. cap. 6. antiq. Jud.

¶ Eccetan, חַקָּטָן Parvus, ſive minimus. Nomen viri. *Eſd.* 8: 12.

Eccleſiaſtes, ἐκκλησιαστὴς Concionator, vel congregans, Hebraicè coheleth, id eſt, concionator, *Eccleſ.* 1: 1.

Ecbathana, ἐκβάτανα Frater mortis. D. nomen regionis. 2 *Mach.* 9: 3.

Ecbathanis, אַחְמְתָא Idem. Heb. Achmetha. Metropolis majoris Mediæ, à Seleuco, ut inquit Volater. lib. XII. ſeu, ut authori hiſtoriæ *Iudith* 1: 3. placet, ab Arphaxato Medo condita, ubi reges eo quòd frigida ſit, æſtivare ſolent. Hæc Ptolemæo lib. 6. dicitur Achbathanæ: Stephano verò interdum Agbatana, interdum Echbatana dicitur, *Eſd.* 6: 2.

Echaja, אֲחָיָה Frater domini. Nomen viri, *Neh.* 10: 26.

Echi, אֶחִי Frater meus. Filius Benjamin, *Gen.* 46:21. qui 1 *Par.* 8:2. Rapha dicitur.

¶ Eddo, אִדּוֹ Vapor, aut nubes, vel interitus ejus. Nomen viri, *Esd.* 8:17.

Edema, אַדְמָה Terra, aut rufa, sive sanguinea. Civitas in tribu Nephthali, *Ios.* 19:36.

Eden, עֵדֶן Voluptas, sive deliciæ: aut Syriacè, tempus. Orientalis regio. *Isa.* 37:12. 2 *Reg.* 19:12. Est & nomen proprium viri. 2 *Par.* 29:11.

Eder, עֵדֶר Grex, sive defectio, vel privatio. Filius Musi, filii Merari. 1 *Par.* 23:23 Urbs item in tribu Juda, *Ios.* 15:21. Est quoque turris nomen, ubi filii Jacob tabernaculum fixerunt, *Gen.* 35:21. ubi legitur, *Fixit tabernaculum trans turrem gregis.* Hebraicè, turrem Eder. Item *Michææ* 4. 8. *Et tu turris gregis.* Hebraicè, Et tu turris Eder.

Ediſſa, הֲדַסָּה Myrtus, aut Syriacè, lætitia. Nomen mulieris, quæ & Eſther vocatur, *Eſth.* 2:7.

Edna, ſive Ednas, עֶדְנָא Voluptas: aut Syriacè, tempus. Nomen viri, *Eſd.* 10:30.

Edna, עֶדְנָה 1 *Par.* 12:20. Æterna requies, ſive teſtimonium quietis. Princeps militum in Manaſſe.

Edom, אֱדוֹם Rufus, ſive terrenus, aut ſanguineus. Sic cognominatus fuit Eſau, *Gen.* 25:30. Nomen regionis, quæ & Idumæa. 1 *Reg.* 11:14. *Iſa.* 34:6. Hæc in Syria ad meridiem Judææ ſita, habet Arabiam ab Auſtro, Phœniciam à Borea. Aliàs porro Gabalene, item & Amalechitis ab Amalech vocitatur: velut Joſeph. lib. 2. cap. 1. indicat. Veruntamen idem Joſephus lib. 5. cap. 3. antiq. duplicem Idumęam ponit, Superiorem & Inferiorem. Superiorem elegit tribus Judæ, quę in longum quidem extenditur uſque ad Hieroſolymam: latitudine verò uſque ad paludem Sodomæ conſtituta eſt. In hac autem

tem forte civitates erant Ascalon & Gaza : istam, Palæsthinam aliàs dicunt. Inferior Idumæa forte cessit Simeonis tribui. Hæc circa Ægyptum est, & Arabiæ montem. Hęc ille. Edomitæ noluerunt filiis Israël transitum permittere per terram ipsorum, *Num.* 20: 18. Saul istos expugnavit, 1 *Sam.* 14: 47. David ipsos sibi servire fecit, 2 *Sam.* 8: 14. 1 *Par.* 19: - 19.

Edom, אֱדֹם *Ios.* 3: 16. Homo, sive rufus, aut terrenus, vel sanguineus. Heb. Adam, & est nomen urbis.

Edrai, אֶדְרֶעִי fortitudinis vel magnitudinis acervus: aut nubes, sive interitus iniqui aut socii vel pastoris, sive confractionis. In regione Amorrhęorum urbs regis Og ubi ipse contra Israël pugnavit & cæsus est, *Deut.* 1: 3. *Num.* 21: 23. *Ios.* 12: 12. Est & alia in tribu Nephthali *Ios.* 19: 37.

¶ Egeus, הֶגֶא Meditatio, sive loquela, vel gemitus, aut ablactatio. Eunuchus Persarum regis, *Esth.* 2: 3.

Egla, עֶגְלָה vitula, aut currus, sive rotunda. Uxor David. 2 *Sam.* 3: 5. 1 *Par.* 3: 3.

Eglon, עֶגְלוֹן Vitulus, aut currus, sive rotundus. Nomen urbis, cujus rex fuit Dabir, *Ios.* 10: 3. & 15: 39. Nomen regis Moab, *Iud.* 3. 12.

¶ Ela, אֵלָא vel אֵלָה Ilex, vel quercus, sive fortitudo: aut maledictio, vel juramentum, scilicet imprecationis: aut Syriacè, Deus. Civitas Idumæorum. *Gen.* 36: 41. Pater Osee Prophetæ, 1 *Reg.* 15: 30. Filius Caleb filii Jephone, 1 *Par.* 4: 15. Pater Semi præfecti in Benjamin, 1 *Reg.* 4: 18. Filius Ozi, 1 *Par.* 9: 8. Filius Baasa regis Israël, 1 *Reg.* 16: 6. 8.

Elad, אֶלְעָד Dei æternitas: vel Dei testimonium, aut Dei præda. Filius Suthalæ filii Zabad, 1 *Par.* 7: 22.

Elada,

Elada, אֶלְעָדָה Dei cœtus vel congregatio, aut Dei æternitas sive testimonium, vel Dei præda. Filius Tahath, filii Bared filii Suthalæ filii Ephraim, 1 *Par.* 7: 21.

Elai, ἐλαί Fortis, vel Deus meus. D. *Iud.* 8: 1.

Elasa, אֶלְעָשָׂה Dei factura. Filius Helles, filii Azariæ, filii Jehu. 1 *Par.* 2: 39. Filius Rapha filii Banaa, 1 *Par.* 8: 36. Filius Saphan, *Ier.* 29: 1. *Esd.* 10: 22.

Elath, אֵילַת Cerva, sive fortitudo: aut ilex vel quercus. Nomen civitatis regni Edom ad mare rubrum, unde ex Ægypto Indiam versus, & inde ad Ægyptum navigatur, *Deut.* 2: 8. Hęc dicitur Aila in 2 *Reg.* 14: 22. & 16. 6. eamque ædificavit Azarias.

Elcana, אֶלְקָנָה Deus Zelotes, aut Dei possessio, vel Dei calamus, sive Deus nidus ejus. Filius Core filii Isaar, filii Caath, *Exod.* 6: 24. Filius item Jeroboam, 1 *Sam.* 1: 4. 1 *Par.* 12: 6. Filius Asir, 1 *Par.* 6: 24. & 2 *Par.* 28: 7.

Elcesæus, אֶלְקֹשִׁי Dei durities, vel serotinus, Viculi nomen in Galilęa, unde Nahum propheta, *Nah.* 1: 1.

Eldaa, אֶלְדָּעָה Dei scientia, aut Dei congnitio. Filius Madian, filii Abrahæ, *Gen.* 25: 4.

Eldad, אֶלְדָּד Dei dilectio aut dilectus. Nomen viri, super quem requievit spiritus Domini in castris, *Num.* 11: 26.

Eleale, אֶלְעָלֵה Dei ascensio, sive Dei holocaustum. Civitas Amorrhæorum in Galaaditide regione, tribui Judæ adscripta, *Isa.* 15: 4. quam ædificaverunt filii Ruben. *Num.* 32: 37.

Eleazar, אֶלְעָזָר Dei adiutorium, sive Dei atrium. Filius Aaron filii Amram, filii Caath, filii Levi, *Exod.* 6: 22. 1 *Par.* 6: 3.

Elea-

Eleazarus, ἐλεάζαρ Idem. Filius Mathathiæ, filii Johannis, 1 *Mach* 2: 5. Pater item Phinees, filius Mosollamiæ 1 *Par.* 9: 20.

Electa, ἐκλεκτὴ Latinum est, & Græcé idem significat. Mulier ad quam scribit Johannes, 2 *Iohan.* 1-1.

Elehanan, אֶלְחָנָן Dei gratia, sive Dei misericordia, aut Dei donum. Nomen viri. 2 *Sam.* 23: 24. 1 *Par.* 11: 26.

Eleph, אֶלֶף Mille, sive doctrina, aut bos, vel dux. Urbs in tribu Beniamin, *Ios.* 18: 28.

Eleutherus, ἐλεύθερος Liber, vel ingenuus. G. nomen fluvii. 1 *Mach.* 11: 7.

Eli, אֵלִי Deus meus. *Matth.* 27: 46.

Elia, אֵלִיָּה Deus dominus, aut fortis dominus. Filius Jeroam. 1 *Par.* 8: 26. *Esd.* 10: 21.

Eliab, אֱלִיאָב Deus meus Pater: sive Deus Patris. Filius Phallu filii Ruben, *Num.* 26: 8. Primogenitus filiorum Isai patris David. 1 *Sam.* 16: 6. 1 *Par.* 2: 13. Filius etiam Helon, princeps tribus suæ Zabulon, *Num.* 1: 9

Eliacim, אֶלְיָקִים ἐλιακεὶμ Dei resurrectio aut affirmatio, sive Deus resurrectionis vel firmitatis: aut Deus vindicans. Filius Helciæ, *Isa.* 22: 20. 2 *Reg.* 18: 18. præpositus domus regis Ezechiæ. Filius item Josiæ regis, à Pharaone Nechao Joacim appellatus. 2 *Reg.* 23: 34. Pater Jona, *Luc.* 3: 30.

Eljada, אֶלְיָדָע Dei scientia, vel Dei cognitio. Pater Razon, 1 *Reg.* 11: 23. Filius David, 2 *Sam.* 5: 16. 1 *Par.* 3: 8.

Eliam, אֲלִיעָם Dei populus, aut Deus populi. Filius Achitophel. 2 *Sam.* 23: 34.

Elias, אֵלִיָּהוּ Deus dominus, aut fortis Dominus. Nomen prophetæ, 1 *Reg.* 16: 35.

Elisaph,

Elisaph, אֶלְיָסָף Deus augens, vel Deus augmentationis, aut Deus finiens. Filius Duel, princeps tribus suę Gad, *Num.* 1: 14.

Eljasib, אֶלְיָשִׁיב Deus conversionis, aut Dei sessio vel habitatio, sive Dei insufflatio. Filius Elioenai filii Naariæ, 1 *Par.* 3: 24. *Esd.* 10: 7.

Eliatha, אֶלְיָתָה Deus meus tu, aut Deus meus venit. Nomen viri. 1 *Par.* 25. 4.

Elica, אֶלִיקָא Dei Pelicanus, aut fortis vomitus. Nomen viri. 2 *Sam.* 23: 25.

Elici, ἔλικοι Nigri, aut circumvoluti, vel retorti. G. *Iudith.* 1: 6.

Elidad, אֶלִידָד Dei dilectus, vel Dei dilectio. Filius Chaselon princeps tribus Benjamin, *Num.* 34: 21.

Eliel, אֶלִיאֵל Deus meus Deus, vel Dei fortitudo, sive Dei potentia. Filius Thohu, 1 *Par.* 6: 34. & 8: 19. Mahumites, 1 *Par.* 11: 46. 2 *Par* 31: 13.

Eliézer, אֱלִיעֶזֶר Dei adjutorium, sive Dei atrium. Nomen filii procuratoris domus Abraham, *Gen.* 15: 2. Filius item Mosis, *Exod.* 18: 4. 1 *Par.* 23: 15. Filius etiam Bechor filii Benjamin filii Jacob, 1 *Par.* 7: 9. Filius Jorim, *Luc.* 3: 29.

Elihóreph, אֱלִיחֹרֶף Dei hyems, aut Deus juventutis, sive forte opprobrium: aut ex Hebræo & Syro, Deus acuminis. Filius Sisa princeps exercitus Salomonis, 1 *Reg.* 4: 4.

Elim, אֵלִים arietes aut fortes, vel cervi sive valles. Nomen civitatis Moabitarum non procul à limite: ad quam pervenerunt filii Israël profecti de Mara, *Exod.* 16: 1. *Num.* 33: 9. Est & nomen putei, *Isa.* 15: 8. aut nomen civitatis. ubi legendum Beerelim.

Elimélech, אֱלִימֶלֶךְ Deus meus rex, aut Dei consilium. Nomen Beth-lehemitę cujusdam, maritus Noemi, *Ruth.* 1: 2.

Eli-

Elionái, אֶלְיוֹעֵינַי Ad ipsum oculi mei, sive ad ipsum fontes mei, aut ad ipsum afflictio vel paupertas. Filius Naariæ filii Semeiæ filii Secheniæ, 1 *Par.* 3: 23. & 4: 36. Filius item Bechor filii Benjamin filii Jacob, 1 *Par.* 7: 9. & 8: 19.

Elioenái, אֶלְיְהוֹעֵינַי 1 *Par.* 26: 3. *Esd.* 8: 4. Ad Dominum oculi mei, aut Deus ipse oculorum meorum.

Eliphal, אֶלִיפָל Dei miraculum, vel Dei judicium. Filius Ur, 1 *Par.* 11: 36.

Eliphálet, אֶלִיפֶלֶט Deus liberationis, sive Deus expellens. Filius David, 2 *Sam.* 5: 16. qui 1 *Par.* 3: 6. & 14. 7. dicitur Eliphelet. Est & filius Esec, 1 *Par.* 8: 38.

Eliphalu, אֶלִיפַלְהוּ Deus mirabilis, sive Deus judicii. Nomen sacerdotis, 1 *Par.* 15: 18.

Eliphaz, אֱלִיפַז Dei nisus, vel conatus, aut Dei obrizum. Filius Esau ex Ada uxore, *Gen.* 39: 4.

Eliphelet, אֱלִיפֶלֶט Deus liberationis, sive Deus meus expellens. Filius Aasbai, 2 *Sam.* 23: 34. Filius item David, 1 *Par.* 3: 8. qui 2 *Sam.* 5: 16. dicitur Eliphálet.

Elisa, אֱלִישָׁה Deus est, aut Dei agnus, sive Deus commodans. Filius Javan, *Gen.* 10: 4. Ab hoc Æoles, sive insulæ Ionii maris. *Ezech.* 27: 7.

Elisábeth, ἐλισάβετ Deus juramenti, vel saturitatis, sive Dei septenarium. Uxor Aaron, filia Aminadab, *Exod.* 6: 23. Uxor item Zachariæ, mater Johannis Baptistæ, *Luc.* 1: 5.

Elisaphan, אֱלִיצָפָן Deus Aquilonis, sive Deus absconditus, aut Deus speculator. Filius Ofiel, filii Caath filii Levi, *Exod.* 6: 22. Filius item Pharnach, *Num.* 34: 25.

Elisaphat, אֱלִישָׁפָט Deus judicans. Filius Zechri, 2 *Par.* 23: 1.

Eli-

Elisama, אֱלִישָׁמָע Deus exauditionis, sive Dei exauditio. Filius Ammiud, princeps tribus suæ Ephraim, *Num.* 1: 10. 1 *Par.* 7: 27. Filius item David, 1 *Par.* 3: 6. & 14. 6. qui 2 *Reg.* 5: 16. dicitur Elisua. Pater Nathaniæ, 2 *Reg.* 25: 25. nominabatur filius Icania, filii Sellum filii Sisamoi, 1 *Par.* 2: 41.

Eliseus, אֱלִישָׁע ἐλισσαῖος Dei salus, vel Deus salvans. Nomen prophetæ filii Saphat, 1 *Reg.* 19: 16. 2 *Reg.* 3: 11. *Luc.* 4: 27.

Elisua, אֱלִישׁוּעַ Idem, Filius David, 2 *Sam.* 5: 15. qui elisama, 1 *Par.* 3: 6. dicitur.

Elisur, אֱלִיצוּר Dei fortitudo, sive Dei petra: aut Dei plasmatio, vel colligatio, Filius Sedeur, princeps tribus suæ Ruben. *Num.* 1: 5.

Eliu, אֱלִיהוּא Deus meus ipse, aut fortitudo ipsius. Filius Jeroham patris Elcana, 1 *Sam.* 1: 1. Nomen principis militiæ, 1 *Par.* 12: 20. & 26. 7. & 27: 18.

Eliud, ἐλιοὺδ Deus laudis, sive Deus confessionis, aut Dei laus, vel confessio. D. Filius Achim filii Sadoc. *Matth.* 1: 14.

Ellas, ἑλλὰς Græcia, G. hellas. 1 *Macch.* 8, 9.

Elle-haddebarim, אֵלֶּה הַדְּבָרִים Hæc sunt verba, sic incipit quintus liber Legis, qui Græcè δευτερονόμιον, id est, secundaria lex dicitur; etiam ab ipso Mose, *Deut.* 17: 18. Senè hattorah vocatur; non quod alia sit quam ea quæ in monte Sinai data est: sed quod denuo repetita sit novo pacto per ministerium Mosis coram iis qui priorem in monte Sinai non audierant.

Ellel, הֵלֵל Laudans, sive lucifer, aut stultitia; Pater Abdon judicis in Israël. *Iud.* 12: 12.

Elmadan, ἐλμωδὰμ Deus mensuræ eorum, vel Deus indumenti eorum. D. *Luc.* 3: 8.

Elmélech, אֶלְמֶלֶךְ Dei regnum, vel Dei consilium.

filium. Nomen civitatis in tribu Aſer, *Joſ.* 19: 26.

Elmodad, אֶלְמוֹדָד *Dei menſura*, aut atrium dilecti. Filius Jectan, *Gen.* 10: 24.

Elnaem, אֶלְנַעַם *Dei pulchritudo*, ſive *Deus monens eos*. Pater Joſaia & Jeribai. 1 *Par.* 11: 46.

Elnathan, אֶלְנָתָן *Deus dedit*, ſive *Dei donum*. Filius Achobor *Ier.* 26: 22. Pater Noeſta matris Joachin filii Ioacim. 2 *Reg.* 24: 8.

Elon, אֵילוֹן ilex, vel quercus, aut fortis. Filius Zabulon. *Gen.* 46: 14. Iudex Iſraëlitici populi, *Iudic.* 12: 11. nomen civitatis in tribu Nephthali. *Joſ.* 19: 33. 1 *Reg.* 4: 9. Tale fuit nomen patri Baſemath & Ada uxorum Eſau, *Gen.* 26: 34. & 36: 2.

Elonitæ, אֵלוֹנִי Idem, pl. n. *Num.* 26: 26.

Elpháal, אֶלְפַּעַל *Dei opus*, vel *Dei operatio*. Filius Mehuſim. 1 *Par.* 8: 11.

Elthece, אֶלְתֶּקֶה Ex Hebræo & Syro, *Dei theca*, vel capſa. Nomen civitatis in tribu Dan, *Joſ.* 19: 44. quæ *Joſ.* 21: 23. Eltheco dicitur.

Eltheco, Idem. Nomen civitatis *Joſ.* 21: 23. quæ *Joſ.* 19: 44. dicitur Elthece.

Elthecon, אֶלְתְּקוֹן *Dei correctio*, ſive *Dei præparatio*. Nomen civitatis in tribu Juda, *Joſ.* 15: 59.

Eltholad, אֶלְתּוֹלַד *Dei generatio*. Nomen civitatis in tribu Iuda, *Joſ.* 15: 30. in tribu Simeon. *Joſ.* 19: 3.

Elul, אֱלוּל Ululatus, ſive pernoctatio. Nomen ſextælunationis, partim Auguſto, partim Septembri reſpondentis, 1 *Mach.* 14: 27.

Eluzai, אֶלְעוּזַי *Dei fortitudo*. Nomen viri. 1 *Par.* 12: 5.

Elymais, ἐλυμαὶς Panicea, à panico, quod eſt genus ſeminis. G. nomen civitatis, 1 *Mach.* 6: 1.

Elymas, ἐλύμας Magus, ſive corruptor, vel pernicioſus. G. nomen magi, *Actor.* 13: 8.

Elzabad, אֶלְזָבָד Dei dotatio, nomen principis, 1 *Par.* 12: 12. & 26. 7.

¶ Emalchuel, Ἐμαλκηνὰλ Rex Deus, aut regnum Dei, vel nuntius Dei. D. nomen viri, 1 *Mach.* 11: 39.

Eman, הֵימָן *Multus*, aut tumultuans: vel Syriacè fidelis. filius Zaræ filii Iuda, 1 *Par.* 2: 6.

Emath, חֲמָת Ira, vel indignatio, aut calor, sive murus, aut uter, vel lagena. Urbs Syriæ Damasci, *Ier.* 49: 23. Ubi hostes Israëlis remanserunt, *Iud.* 3: 3. Hæc Eusebio Epiphania, aliis Antiochia dicitur. Civitas est munitissima tribus Nephtali, *Ios.* 13: 5. & 19. 35. Vide Hieronymum in locis Heb. Ipsa est terminus Chananæorum à Sidone. *Ios.* 13: 5. à qua urbe accepit nomen circumjacens regio, cujus mentionem habes, 2 *Reg.* 14: 28. & 25. 21. *Isa.* 10: 2. & 11. 11. *Zach.* 9: 2.

Emath, *Nehem.* 12: 37. vertitur, centum. Heb. Meah nomen turris.

Emer, אֵמֶר *Dicens*, vel loquens, sive exaltatio: aut Syriacè agnus. nomen loci. *Esd.* 2: 36. 37.

Emim, אֵמִים Timores, aut terribiles, vel populi: sive insula aquarum. Gigantes quos expulerunt Moabitæ à terra ipsorum. *Deut.* 2: 11. In *Gen.* 14: 5. non est proprium nomen sed vertendum, terribiles, vel horrendos, quod fecit Chaldaicus interpres: sic etiam transferendum esse dicit Hieronymus in quæstionibus suis Hebraicis in Genesin: licet LXX. Ὀμμαίους transtulerint. Puto tamen populos esse Raphaim, à Moabitis Emim dictos: ab Ammonitis verò Zomzommim, *Deut.* 2: 11. & 11. 20.

Emmanuel, עִמָּנוּאֵל ἐμμανουὴλ, nobiscum Deus, *Isa.* 7: 14. *Matth.* 1: 23.

Emmaus, ἐμμαοὺς Timens consilium, vel matris augentis consilium, seu populus abjectus. D. nomen

men castelli distantis ab Ierusalem stadiis 60, *Luc.* 24: 13.

Emmer, אֵמֶר Dicens, sive loquens, vel exaltatio: aut Syriacè, agnus. Pater Phashur sacerdotis, *Ier.* 20: 1. *Esd.* 2: 36. Pater item Mosollamith, 1 *Par.* 9: 12. & 24. 12.

¶ Enac, עֲנָק Gigas, aut torques, vel monile, sive oneratus. Gigantes, *Num.* 13: 22. quos expulerunt Chananæi, *Deut.* 2: 11.

En-agallim, עֵין־עֶגְלַיִם Fons, sive oculus vitulorum, vel curruum aut rotunditatum. Nomen vici in principio maris mortui, *Ezech.* 47: 10.

Enaim, עֵינַיִם Fons, vel oculus eorum. Locus in tribu Juda, *Ios.* 15: 24. Hodieque villa est Bethemin circa Terebinthum. Hieronymus in locis Hebraicis, Heb. Enam.

Enan, עֵינָן nubes, vel augurium, sive fons, aut oculus earum, nomen villæ, sive viculi. *Num* 34: 9. *Ezech.* 48. 1. Pater item Ahira principis tribus Nephthali, *Num.* 1: 15.

Encænia, ἐγκαίνια Renovatio, vel dedicatio, id est, festum pro renovatione vel dedicatione templi. G. *Joh.* 10: 22.

En-dor, עֵין דּוֹר fons, sive oculus generationis, vel habitationis. Urbs tribus Manasse in Iezrael juxta Naim urbem sita, *Ios.* 17: 11. 1 *Sam.* 28: 7. *Psal.* 83: 11.

En-gaddi, עֵין־גֶּדִי fons, sive oculus hœdi vel fœlicitatis: aut ex Hebræo & Syro, fons sive oculus incisionis, vel sciffuræ. Urbs in tribu Juda juxta mare mortuum contra occidentem. Dicitur & Hasasonthamar, 1 *Sam.* 24: 1. *Ezech.* 47: 10. *Cant.* 1: 14.

En-gannim, עֵין־גַּנִּים Fons hortorum sive oculus protectionum. Locus tribus Iudæ, *Ios.* 15: 34. Et Hieronymo in locis Heb. est vicus juxta Bethel.

Alia civitas ſacerdotum in tribu Iſſachar, *Ioſ.* 19: 21.

En-hadda, עֵין־חַדָּה oculus acutus vel lætus: aut fons acuminis, vel lætitiæ: ſive ex Syro & Hebræo, fons vel oculus unus ſive novus, nomen civitatis, *Ioſ.* 19: 21.

En-haſor, עֵין־חָצוֹר Fons, ſive oculus atrii vel veſtibuli aut fontis fœnum vel herba. Civitas tribus Nephthali, *Ioſ.* 19: 33.

Ennom, הִנֹּם Ecce illi, ſive divitiæ eorum: aut deſipiens vel contriſtans eos. nomen viri, *Jer.* 7: 31.

Enon, עֵינוֹן αἰνὼν nubes, vel obnubilatio, ſive fons aut oculus ejus, ſive augurium. Terminus Damaſci, *Ezech.* 47: 17. Eſt & Enon juxta Salim oppidum haud longè à Jordane, ubi baptizabat Johannes, ſicut *Joh.* 3: 23. ſcriptum eſt. Hieronymus in locis Hebraicis ad ſuam ætatem locum in octavo lapide Scythopoleos ad meridiem juxta Salim & Jordanem eſſe memorat.

Enos, אֱנוֹשׁ ἐνὼς Homo, vel vir, ſive oblitus aut deſperatus. Filius Seth, *Gen.* 4: 27. *Luc.* 3: 38.

En-ſémes, עֵין־שֶׁמֶשׁ fons, ſive oculus ſolis: aut ex Hebræo & Syro, fons ſive oculus miniſterii vel famulatus. Nomen loci, *Joſ.* 18. 17.

¶ Epaphras, ἐπαφρᾶς Spumans. G. Viri fidelis nomen, *Col.* 4: 12.

Epaphroditus, ἐπαφρόδιτος venuſtus, ſive jucundus. G. *Phil.* 2: 25.

Epænetus, ἐπαινετὸς Laudabilis. G. Amicus Pauli, *Rom.* 16: 5.

Epha, עֵיפָה Laſſus, aut volans: vel Syriacè plicatus vel complicatus. Filius Madian filii Abrahæ, *Gen.* 25: 4. Ab eo, Arabia fœlix, deſerta, ſive petræa, dicta eſt Epha, *Iſa.* 60: 6. Fuit & nomen concubinæ Caleb, 1 *Par.* 2: 46. Filius Jahaddai, 1 *Par.* 2: 47.

Epher

Epher, עֵפֶר Pulvis, sive hinnulus, aut plumbum. Filius Madian filii Abrahæ, *Gen.* 25: 4. 1 *Par.* 1: 33. Filius Ezra, 1 *Par.* 4: 17. & 5. 24.

Ephesii, ἐφέσιοι Desiderabiles. G. *Act.* 19: 35.

Ephesus, ἔφεσος Idem, s. n. G. Minoris Asiæ metropolis, & emporium celeberrimum, Amazonum opus, Jonicarum clarissima, à nomine & ipsa Amazonis appellata, pluribus ante nominibus dicta, Urychia, Ortygia, Ptelis, Asinoe ab uxore Lysimachi. In hac templum Dianæ celeberrimum, à tota Asia, annos CC. ædificatum. Hæc Raph. Volat, lib. 10. Geogr. In Epheso etiam Paulus prædicavit. *Act.* 18: 19. Hujus meminit Apostolus, 1 *Cor.* 16. 8. *Apoc.* 1: 11. & 2: 1. Extat & Pauli epistola ad Ephesios.

Ephi, אֵיפָה Genus est mensuræ, *Ezech.* 45: 34.

Ephod, אֵפוֹד Superhumerale, aut ornamentum, *Iud.* 8: 27. & 17. 5. 1 *Sam.* 2: 17. 1 *Par.* 15: 26. Sic vocabatur Pater Hamiel *Num.* 34: 23.

Ephra, עֶפְרָה Pulverulenta, sive plumbea, aut damula. Civitas Gedeonis, *Iudic.* 6: 11. & 8. 32. Est & alia עפרה in tribu Benjamin, quæ *Ios.* 18: 23. dicitur Ophera, licet eadem sit orthographia hujus cum præcedenti in textu hebr. 1 *Sam.* 13: 17.

Ephráim, אֶפְרַיִם ἔφραὶμ Frugifer, aut crescens. Filius secundus Josephi, *Gen.* 41: 52. 1 *Par.* 6: 66. Ab hoc tribus Ephraim nomenclaturam habet, quæ à Jordane flumine usque ad Gazer longitudinem habuit: latitudinem vero, quæcunque à Bethel usque ad campum maximum terminatur. Josepho lib. 5. cap. 3. Jud. antiq. Vide *Ezech.* 48: 5. Est etiam mons in terra Juda ad aquilonem, quem possederunt filii Joseph, *Ios.* 16: 4. & 17. 10. Dicte sunt quoque decem tribus Israel, sive regnum Israel, Ephraim: velut *Isa.* 7: 2. & 9. 9. *Osee.* 5: 5. legis, & *Psal.* 60: 9. *Ephraim fortitudo capitis mei.* Et *Psal.* 78: 67. *Tribum Ephraim*

non elegit. Similiter P*sal.* 108: 9. est etiam nomen urbis *Iohan* 11: 54.

Ephráta, אֶפְרָתָה Ubertas, sive frugifera, vel crescens, aut incinerata. Uxor fuit Caleb filii Hesron post defunctam priorem uxorem Azubam. Ipsa peperit ipsi Caleb Hur filium, 1 *Par.* 2: 19. Ab hac Calebis uxore Ephrata urbs nomenclaturam accepit, quæ est in tribu Judæ, *Gen.* 35: 16. Aliás Beth-lehem dicta, *Gen.* 48: 7. 1 *Par.* 2: 19. Videtur eadem esse quæ Caleb Ephratha appellatur, 1 P*ar.* 2: 24. ubi mortuus est Hesron. Vide de hac re etiam Hieronymum in traditionibus Hebraicis.

Ephrathæi, אֶפְרָתִים Ubertates, sive frugiferi, aut crescentes, vel incinerati.

Ephrathæus, אֶפְרָתִי Idem, *s. n. Iudicum* 12: 5. 1 *Reg.* 11: 26.

Ephree, חֹפְרַע Cooperimentum iniqui vel socii aut confracti, sive portus iniqui vel socii, aut confracti. Rex Ægypti, *Ier.* 44: 30. Heb. Hophra.

Ephrem, אֶפְרַיִם frugifer, aut crescens. Nomen civitatis, P*sal.* 78: 67. *Ioh.* 11: 54. Heb. Ephraim.

Ephron, עֶפְרוֹן ἐφρὼν Pulvis, sive hinnulus, aut plumbeus. Filius Seor, *Gen.* 23: 8. à quo civitas in tribu Juda, 2 *Par.* 13: 19. 1 *Mach.* 5: 6.

Epicuræi, ἐπικούρειοι adiutores, sive auxiliatores. G. *Actor.* 17: 18.

Epinicium, ἐπινίκιον Canticum victoriæ. G. 2 *Mach.* 8: 33.

Eraſtus, ἔραστος Amabilis. G. minister Pauli, *Act.* 19: 22. *Rom.* 16: 23. 2 *Tim.* 4: 20.

Erchuæi, אַרְכְּוָא Longi, aut sanantes, sive maledictio combustionis. Populi, *Esd.* 4: 9.

Erioch, ἀριὼχ Longus, aut procerus, sive satietas vel ebrietas tua, aut leo tuus, D. rex Elicorum, *Iudith.* 1: 6.

¶ Esaan,

¶ Esaan, אֶשְׁעָן Innixus, vel sustentatus, sive ignis afflictionis vel responsionis. Nomen civitatis in tribu Iuda, *Ios.* 15. 51-52.

Esaias, יְשַׁעְיָהוּ Ubique ferè scribitur Isaias, sed præstat scribere ex Hebræo Jesaias. Salus Domini. *Isa.* 1: 1. Vide interpretationem in dictione Isaias.

Esau, עֵשָׂו faciens, vel operans, aut tinea ejus. Filius Isaac, *Gen.* 25: 25. qui & Edom, *Gen.* 36: 1. dicitur.

Es-baal, אֶשְׁבַּעַל Ignis idoli, sive ignis dominantis, aut subjicientis vel possidentis. Filius Saul, 1 *Par.* 8: 33. & 9. 4 39.

Esbon, אֶצְבֹּן Festinans intelligere, sive festinans ædificare. Filius Bale filii Benjamin, 1 *Par.* 7: 7.

Eschol, אֶשְׁכּוֹל Botrus, sive orbatio, aut ignis omnis. Frater Mambre, *Gen.* 14: 14. Est & vallis & torrens terræ Chanaan.

Esdras, עֶזְרָא Adiutor, sive atrium. Nomen prophetæ sacerdotis, *Esd.* 7: 5.

Esdrelon, ἐσδρηλὼν Adiutorium fortitudinis, vel quercus auxilii. D. nomen civitatis, *Iudith.* 1: 8.

Esdrin, ἔσδρειν Adiutorium. D. nomen viri, 2 *Mach.* 12: 36.

Eseban, אֶשְׁבָּן Ignis filii vel ædificantis, aut intelligentis. Filius Dison Horræi, *Gen.* 36: 26.

Esebon, אֶצְבֹּן Festinatio filii, aut festinatio intelligentis, vel ædificantis. Filius Gad filii Jacob, *Gen.* 46: 16. Filius item Bela filii Benjamin, filii Jacob, 1 *Par.* 7: 7.

Esec, עֵשֶׂק Violentia, sive calumnia. Frater Aser filii Elasa, 1 *Par.* 8: 38.

Esélias, אֶצְלֵהוּ Liberans, vel reservans dominus, aut prope dominum. Pater Saphan, 2 *Par.* 34: 7. qui 2 *Reg.* 22: 3. Asalias dicitur.

Esem, עֶצֶם Os ab osse, sive fortitudo, aut lignum eorum, vel consilium eorum, aut clausura, scil. oculorum. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 29.

Eser, אֵצֶר Cellarium, sive thesaurus, aut angustians. Filius Seir Horræi. *Gen.* 36: 21.

Esphátha, אֶסְפָּתָא Congregatio, sive collectio, aut consummans vel finiens. Filius Aman filii Amadatha, *Esth.* 9: 7.

Esna, אַשְׁנָה Mutatio, sive dormitatio, aut iteratio, vel secundatio. Nomen civitatis, *Ios.* 15: 43.

Esriel, אַשְׂרִיאֵל Beatitudo Dei, aut intuitus fortis, vel gressus Dei. Filius Galaad filii Machir, *Ios.* 17: 2. 1 *Par.* 7: 15. qui *Num.* 26: 31. dicitur Asriel.

Esron, חֶצְרוֹן Sagitta exultationis, sive divisio cantici: aut atrium, vel fœnum. Filius Ruben. *Gen.* 46: 9. Filius item Juda, 1 *Par.* 4: 1. Filius item Phares filii Juda, *Gen.* 46: 12. Nomen prætereà loci, *Ios.* 15: 3. Heb. Hesron.

Esronitæ, חֶצְרוֹנִי Idem, *Num.* 26: 21.

Esthaol, אֶשְׁתָּאוֹל Postulans, aut mulier fortis, vel mulier stulta; sive ignis laboris. Urbs tribus Judæ inter Asdod & Ascalonem in Palæsthina, *Ios.* 15: 33. Alia in tribu Dan. *Ios.* 19: 41. Ubi filii Israel posuerant castra contra Philisthijm, *Iudic.* 13: 25. juxta quam sepultus erat Samson, *Iudic.* 16: 31. Hieronymo villula Asco dicta.

Esthaositæ, אֶשְׁתָּאֲלִי Idem. 1 *Par.* 2: 54.

Esthamo, אֶשְׁתְּמוֹעַ exauditio, vel mulieris uterus. Nomen civitatis, 1 *Sam.* 30: 28. 1 *Par.* 4: 17.

Esthemo, sive esthemoa, Idem. Civitas quæ Aaronis neporibus è tribu Judæ est assignata, *Ios.* 21: 14. 1 *Par.* 6: 50.

Esther, אֶסְתֵּר Occulta, sive abscondita, vel demoliens: aut ex Syro & Hebræo, medicæ exploratio vel contemplatio, aut medicina turturis.

Nomen

Nomen mulieris, quæ & Ediſſa filia Abibail dicta eſt, *Eſth.* 2: 7.

Eſthon, אֶשְׁתּוֹן Uxor ejus, aut ignis donum. Filius Mahir, 1 *Par* 4: 11.

¶ Etam, עֵיטָם Avis eorum, ſive involutio eorum, vel calamus eorum: aut Syriacè, conſilium eorum. Nomen viri. 1 *Par.* 4: 3. Eſt & petra munita quæ in tribu Iudaeorat, ubi Samſon aliquando habitaverat, juxta Torrentem, *Iudic.* 15: 8. Joſeph. lib. antiq. 5. cap. 13. Eſt quoque civitas Judæ a Roboam ædificiis munita, 1 *Par.* 4: 32. & 2 *Par.* 11: 6.

Ethai, אֵתַי Robuſtus, ſive ſignum meum, aut vomer ſive adventus. Nomen viri, 2 *Sam.* 15: 19. qui & Ithai, 2 *Sam.* 23: 29.

Ethai, עֵתַי Hora, vel tempus, ſive paratus. Filius Roboam ex Maacha, 2 *Par.* 11: 20.

Etham, אֵתָם Fortitudo eorum, aut vomer, vel adventus eorum, ſive ſignum eorum. Nomen loci, ad quem venerunt filii Iſrael profecti de Socoth *Exod.* 13: 20. *Num.* 33: 6.

Ethan, אֵיתָן Fortitudo ſive vomer earum, aut inſulæ donum. Vir quidam ſapiens, filius Maol, 1 *Reg.* 4: 31. Filius Zaræ filii Juda, 1 *Par.* 2: 6. Filius Cazajæ, 1 *Par.* 15: 17. Filius Zamma filii Semei, 1 *Par.* 6: 42. Filius Cuſi filii Abdi, 1 *Par.* 6: 44.

Ethanim, אֵתָנִים Robuſti, vel fortes, aut munera, ſive fortitudo maris. Nomen menſis ſeptimi, qui noſtro Septembri reſpondet, 1 *Reg.* 8: 2.

Ethbáal, אִתְבַּעַל Ad idólum, ſive ad dominantem, vel ad ſubjicientem, ſive ad poſſidentem, aut ſignum idóli vel dominantis aut ſubjicientis vel poſſidentis. Nomen regis Sidoniorum, 2 *Reg.* 16: 31.

Ethecæ, אֶתְקָא *Ezech.* 41: 15. Ædificia quædam in atrio templi fundata, ſeu muro templi juncta.

Judæi angulos vocant & ſtatuas. B. Hieronymus in 42. cap. *Ezech.* verſ. 5. tranſtulit porticus. Kimchi dicit eſſe generale vocabulum ad cameram & gazophylacium.

Etheel, אֵיתִיאֵל Mecum Deus, ſive ſignum Dei, aut adventus vel vomer Dei, nomen viri, *Neh.* 11: 6.

Ethei, עִתַּי Hora mea, vel tempus meum. Fiſius filiæ Seſan ex ſervo Ægyptio, 1 *Par.* 2: 36.

Ether, עֶתֶר oratio, ſive deprecatio. Nomen civitatis, *Ioſ.* 15: 42.

Ethi, עִתַּי Hora vel tempus meum. Nomen viri, 1 *Par.* 12: 11.

Ethan, אֵיתָן Donum, aut merces vel ſignum filii, aut adventus filii. Filius Aſhur ex uxore Halaa, 2 *Par.* 4: 7.

¶ Eubulus, εὔβουλος Prudens, aut bene conſulens. G. nomen viri. 2 *Tim.* 4: 21.

Eùęi, עַוִּים iniqui, ſive perverſi. Populi habitantes ad meridiem, quos expulerunt Cappadoces, *Deut.* 2: 23. *Ioſ.* 13: 3. 2 *Sam.* 17: 31.

Evi, אֲוִי Væ, aut deſiderans, vel deſiderium meum. Rex Madianitarum, *Num.* 31: 8.

Evil-merodach, אֱוִיל-מְרֹדַךְ Stulti amaritudinem conterens, aut ſtultus amaré contritus, Rex Babylonis, 2 *Reg.* 25: 27.

Eùmenis, εὐμενὴς Mitis, ſive benevolus. G. 1 *Mach.* 8: 8.

Eúnice, εὐνίκη Bona victoria. G. Mater Timothei, 2 *Tim.* 1: 5.

Eúodia, εὐοδία Bonus odor, ſive bene olens. G. *Phil.* 4: 2. mulieris nomen.

Eúpater, εὐπάτωρ Bonus Pater. G. Filius Antiochi, 1 *Mach.* 6: 6.

Eu-

Euphrátes, פְּרָת Frugifer, sive fructificans, aut crescens, magnus fluvius Syriæ Mesopotamiæ è paradiso promanans Mosi, *Gen.* 2: 14. Ptolomæo verò in Armenia majore oritur in monte Periardç ad Orientem, in septentrionem flexus, terræ Chananææ terminus, *Deut.* 1: 7. *Ios.* 1: 4. Josephus lib. 1. cap. 2. Judaic. antiq. Vide Plinium libro. 5. cap. 24. Strabonem lib. 16. Volaterran. lib. 11. Geograph. in fine. Ultra hunc, Assyriorum sita est terra.

Eupolemus, εὐπόλεμος Bene pugnans, vel bonus pugnator. G. nomen viri. 1 *Mach.* 8: 27.

Eutychus, εὔτυχος Fœlix, aut bene fortunatus. G. nomen adolescentis, quem suscitavit Paulus, *Act.* 20: 9.

¶ Ezechias, חִזְקִיָּה Fortitudo Domini, sive apprehensio Domini. Rex Juda, filius Achaz, 2 *Reg.* 18: 1. 1 *Par.* 3: 23.

Ezechiel, יְחִזְקֵאל Fortitudo Dei, sive apprehensio Dei. Nomen Prophetç, 1 *Par.* 24: 15. *Ezech.* 1: 3.

Ezechiel, יְחִזִיאֵל *Esdr.* 8: 15. Videns Deum. Nomen viri. Hebr. Iahaziel.

Ezel, אֵזֶל Ambulatio, sive vilificatio, aut stillatio. Nomen lapidis, 1 *Sam.* 20: 19.

Ezer, עֵזֶר Adiutorium, sive atrium. Filius Hur primogeniti Ephráta, 1 *Par.* 4: 4. Filius item Suthalæ filii Zabad, 1 *Par.* 7: 22. & 12: 9.

Eziel, עֲזִיאֵל Fortitudo Dei, sive hircus Dei, Filius Haraia, *Neh.* 3: 8.

Ezra, עֶזְרָא Adiutorium sive atrium, nomen viri, 1 *Par.* 4: 17.

Ezrahites, אֶזְרָחִי indigena, sive orientalis, 1 *Reg.* 4: 21.

Ezrel, עֶזְרְאֵל Adiutorium Dei, sive atrium Dei, nomen viri, *Esd.* 10: 4.

Ezri,

Ezri, עֶזְרִי Adiutorium sive atrium meum. Nomen viri, 1 *Par.* 27:26.

Ezricam, עַזְרִיקָם Auxilium resurgentis vel vindicantis, sive atrium resurgentis vel vindicantis. Dux domus Achaz, 2 *Par.* 28:7. Filius Naariæ filii Semeiæ, 1 *Par.* 3:23. filius Hasel filii Elasa, 1 *Par.* 8:37.

Ezriel, עַזְרִיאֵל auxilium Dei, sive atrium Dei. Pater Saraiæ, *Ier.* 36:26. 1 *Par.* 5:24.

Litera F.

¶ Felix, φῆλιξ Latinum est. Præses fuit Judææ. *Act.* 24:23.

Festus, φῆστος Latinum est. Nomen Portii præsidis Palæsthinæ & Judææ, *Act.* 24:28. & 25:1.

Fortunatus, φορτουνάτος Latinum est, nomen viri, 1 *Cor.* 16:17.

Litera G.

Gaal, גָּעַל Abjectio, sive abominatio. Filius Obed, *Iud.* 9:35.

Gaas, גָּעַשׁ Tempestas, vel commotio. Nomen montis. *Ios.* 24:30. *Iudic.* 2:9. Torrentis nomen, 2 *Sam.* 23:30. in monte Ephraim.

Gaba, גֶּבַע Collis, sive calix. Nomen civitatis, *Isa.* 10:29.

Gabaa, גִּבְעָה Idem, nomen civitatis, *Ios.* 15:57. 1 *Sam.* 23:19. 1 *Par.* 2:49.

Gabaa, מִגְרוֹן 1 *Sam.* 13.2. ubi dicitur, *Sub malo granato quæ erat in agro Gabaa.* In Hebræo est Migron, & vertitur, de gutture, aut timor, sive horreum ejus.

Gabaath, גִּבְעַת Collis, aut Calix, sive excelsa hora. Nomen oppidi in tribu Benjamin, *Ios.* 18:28. 2 *Sam.* 23:29.

Ga-

Gabaathites, גִּבְעָתִי Idem, 1 *Par.* 12: 3.

Gabae, גֶּבַע Collis, aut calix. Nomen civitatis. *Ios.* 21: 17.

Gabaon, גִּבְעוֹן Collis vel calix, aut deorsum, vel elevatio iniquitatis. Metropolis Hevæorum, Hierosolymis L. stadiis distans, *Ios.* 18: 25. *Ier.* 28: 1. Hæc è tribu Benjamin filiis Aaron est adscripta, *Ios.* 21: 17.

Gabaonitæ, גִּבְעֹנִים Idem. p. n. 2 *Sam.* 21: 2.

Gabaonites, גִּבְעֹנִי Idem, s. n. 1 *Par.* 12: 4. Collis meus.

Gabatha, γαββαθᾶ Eminens, vel excelsum. Græcè dicitur Lithrotos, id est, lapidibus stratus. & erat locus editior vel stratum lapideum eminens Jerosolymis, judicio accommodatum, *Iob.* 19: 13.

Gabathon, גִּבְּתוֹן Dorsum, vel elevatio ejus, aut palpebræ ejus, sive excelsum donum. Nomen civitatis, *Ios.* 21: 23. quæ 19. 44. dicitur Gebbethon.

Gábee, גֶּבַע Collis, aut calix. Nomen civitatis in tribu Benjamin. *Ios.* 18: 24.

Gabelus, γαβαῆλ Terminus, vel limes, aut confinium. D. nomen viri, *Tob.* 1: 17.

Gaber, גֶּבֶר Vir, aut virilis vel fortis: aut Syriacè, gallus gallinaceus. Filius Suri, 1 *Reg.* 4: 19.

Gabim, גֵּבִים Cisternæ, aut locustæ, sive altitudines. Nomen civitatis, *Isa.* 10: 31.

Gabriel, גַּבְרִיאֵל γαβριὴλ Vir Deus, vel Dei, aut fortitudo Dei, vel fortis meus Deus. Nomen angeli, *Dan.* 8: 16. *Luc.* 1: 26.

Gad, גָּד Fœlix vel accinctus, Filius Jacob septimus ex Zelpha ancilla Liæ uxoris ejus, *Gen.* 30: 11. 1 *Par.* 5: 18. Nomen item prophetæ. 1 *Sam.* 22: 5.

Gadarenus, γαδαρηνὸς, septus vel muratus, vel septo circumdatus, *Marc.* 5: 1. *Luc.* 8: 26.

Gad-

Gaddel, גַּדֵּל Magnus, sive magnitudo, aut fimbria. Nomen viri, *Esd.* 2: 46.

Gaddi, גַּדִּי Hœdus, sive fœlix, aut accinctus: vel Syriacè, incisus, Filius Susi, princeps tribus Joseph, *Num.* 13: 12. Nomen populi, 1 *Par.* 12: 8.

Gaddis, גַּדִּיס Acervus, vel congeries, sive fœlix, vel accinctus vir. D. Filius Mathathiæ, 1 *Mach.* 2: 2.

Gadditæ, גַּדִּי De Gad, quod vertitur hœdus, sive fœlix vel accinctus, *Ios.* 1: 12.

Gader, גָּדֵר Murus, sive maceria, vel sepes. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 12: 13. quæ *Ios.* 15: 36. dicitur Gedera, & à Stephano Antiochia, item & Seleucia.

Gaderoth, גְּדֵרוֹת Idem, p. n. Nomen urbis in tribu Iuda, 2 *Chron.* 28: 18.

Gaderothites, גְּדֵרָתִי Idem, f. n. 1 *Par.* 12: 4.

Gadgad, גַּדְגָּד Fœlicitas fœlicitatis, aut accinctus exercitus. Nomen loci in quo aliquando castrametati sunt filii Israël, *Num.* 33: 32. Quæ dictio, *Deut.* 10: 7. Hebraicè scribitur Gudgodah, eademque est interpretatio.

Gadi, גָּדִי Hœdus, sive fœlix, aut accinctus: vel Syriacè, incisus. Pater Manahem, 2 *Reg.* 15: 14. Est & nomen loci 2 *Sam.* 23: 36.

Gador, גָּדוֹר Murus, sive maceria, aut sepes. Nomen loci. 1 *Chron.* 4: 39.

Gaham, גַּחַם Educens eos, sive exitus eorum, aut exitus caloris. Filius Nachor ex Roma concubina, *Gen.* 22: 24.

Gaher, גַּחַר Exitus caloris vel iræ. Nomen viri, *Esd.* 2: 47.

Galaad, גִּלְעָד Acervus testimonii. Filius Machir filii Manasse filii Joseph, *Num.* 26. 29. Pater

Jaza

Jara patris Hari, 1 *Paral.* 5: 14. Regio item Galilææ ad Orientem ultra Jordanem, *Gen.* 31: 21. ubi & dimidia tribus Manasse accepit possessionem cum tribubus Ruben & Gad. *Num.* 32: 39. *Deuter.* 3: 15. *Ios.* 13: 11. Est autem ad tergum Phœnices & Arabiæ, collibus Libani copulatus, extenditur per desertum ad regionem Amorrhæorum ubi Sehon regnavit, *Psal.* 60. 9. Mons item in sorte tribus Gad ultra Jordanem in terra Basan, ut Eusebius memorat: ad dorsum Phœnices & Arabiæ situs, collibus Libani junctus.

Galaaditæ, גִּלְעָדִים Idem, p. n. *Num.* 26: 29.

Galaadites, גִּלְעָדִי Idem, s. n. 2 *Sam.* 17: 27.

Galaaditis, γαλααδῖτις, 1 *Mach.* 5: 17.

Galal, גָּלָל Rota, sive revolutio, aut confinium, vel marmor. nomen viri, 1 *Par.* 9: 15.

Galalai, גָּלָלַי Idem, *Neh.* 12: 35.

Galatæ, γαλάται Lactantes, vel Lactei. G. *Gal.* 3: 1.

Galatia, γαλατία Lactans, vel lactea. G. Aliàs Gallogræcia Asiæ minoris provincia Bithyniæ confermina, à Gallis vocabulum trahens, qui in auxilium à rege Bethuniæ evocati, regnum cum eo, facta victoria diviserunt: sicque deinde Græcis admixti Gallogræci, deinde Galatæ appellati sunt. Vide Plinium libr. 5. cap. 32. Ptolomæum in 5. cap. 4. & Strabonem in 4.

Galgal, גִּלְגָּל Rota, sive revolutio, vel ablatio, aut acervus acervi, vel revolutio acervi. Nomen civitatis ultra Jordanem, non procul à Jericho, *Osee.* 9: 15. *Nehem.* 12: 28.

Galgala, Idem. Nomen loci, 1 *Sam.* 10: 8.

Galgalis, Idem, *Ios.* 4: 20. & 5. 8.

Galilæa, גְּלִיל γαλιλαία volubilis, sive volutabilis, aut rota. Syriæ regio ad septentrionem Judææ sita,

sita, quæ à solis occasu Ptolemaide civitate & Carmelo monte disterminatur. Ab oriente eam Hippenè sive Joppe & Gadara suis finibus resecant. A meridiano latere Scytopolis & Samaria suis utraque excipiuntur regionibus, nec ultra fluenta Jordanis patiuntur extendi. Septentrionalia ejus à dextro latere Tyrus claudit, sicut scribit Egesippus libr. 3. cap. 6. de Jerosolymorum excidio, & Josephus capite 2. libri 3 belli Jud. Tradunt verò historici duplicem esse Galilæam, superiorem scilicet & inferiorem. Superior juxta Tyrum, Sydonem & Cæsaream Philippi, sita est, qua Gentes attingit ad aquilonem. Ista Galilæa Gentium, *Isa.* 9: 1. & *Matth.* 4: 18. appellatur. Vel quia illic Gentes usque ad Salomonis tempora habitarint, vel quod Hiram regi Tyriorum oblata sit, 1 *Reg.* 9: 11. Hæc in tribu Nephthali sita est. Inferior Galilæa circa Tiberiadem & stagnum Genezareth in tribu Zabulon posita est. De qua *Matth.* 3: 13. & 4. 18. Christus frequenter versatus est in Galilæa, *Joh.* 4: 3. Unde etiam Galilæus vocatus est, *Matth.* 26: 62. aut propter Nazareth & Capharnaum, in quibus habitabat, *Luc.* 2: 51. & 4. 16. Quapropter etiam Julianus Imperator Christianos solebat Galilæos nuncupare, quod Eusebius lib. 10. cap. 35. ecclesiasticæ hist. & aliàs sæpe memorat. Galilæi verò dicti sunt, quod vicini sunt Gentibus: & Galilæa transfertur confinium, sicut *Jos.* 13: 2. Galilæa Philisthiim dicitur. Vide Josephum lib. 3. cap. 2. de bello Judaico. Egesippum lib. 3. cap. 6.

Galilæa, גְּלִילוֹת *Jos.* 13: 2. Idem, p. n. Heb. Geliloth.

Galilæi, γαλιλαῖοι Volubiles, sive volutabiles, aut rotantes. *Luc.* 13: 2.

Galilæus, γαλιλαῖος Idem, s. n. *Marc.* 14: 70.

Gallim, גַּלִּים coacervantes, sive transmigrantes, vel revolventes, aut discooperientes. Nomen viri, 1 *Sam.* 25: 44. *Isa.* 10: 30.

Gallim,

Gallim, גַּלִּים *Isa.* 15: 8. Guttæ, aut gutta maris, sive coacervantes, vel transmigrantes, aut revolventes. Civitas non procul à limite Moabitarum.

Gallion, γαλλίων Lactans, vel lacteus. G. Proconsul Achaiæ, *Act.* 18: 12.

Gamaliel, גַּמְלִיאֵל γαμαλιὴλ Retributio Dei, aut camelus Dei, sive ablactatus Dei. Filius Phadassur, princeps tribus suæ Manasse, *Num.* 1: 10. *Act.* 5: 34. Præceptor Pauli, *Act.* 22: 3.

Gamarias, גְּמַרְיָה Consummatio Domini, sive consumptio domini. Filius Helciæ, *Ier.* 29: 3. Filius item Saphan scribæ, *Ier.* 36: 11.

Gamul, גָּמוּל Retributio, sive ablactatio. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 16.

Gamzo, גַּמְזוֹ etiam iste, aut scirpus vel juncus iste. Nomen urbis, 2 *Par.* 28: 18.

Gareb, גָּרֵב Scabies: aut Syriacè, hydria. Nomen collis, *Ierem.* 31: 39. Nomen item viri, 2 *Sam.* 23: 38. 1 *Chron.* 11: 40.

Garizim, גְּרִזִים γαριζὶν Secures, vel scissores. Nomen montis Samariæ juxta Galgal, ultra Jordanem, Sichimorum imminens civitati. *Iud.* 9: 7. *Deut.* 11: 29. 2 *Mach.* 6: 2.

Garmi, גַּרְמִי Osseus, vel ossa, aut peregrinationis aqua: vel Syriacè, causa mea, 1 *Par.* 4: 19.

Gaspha, גַּשְׁפָּא Appropinquatio oris, sive accedens huc. Nomen loci, *Neh.* 11: 21.

Gatham, גַּעְתָּם Tactus eorum, vel mugitus eorum, aut mugitus perfecti vel simplicis. Filius Eliphas filii Esau, ex Ada uxore, *Gen.* 36: 11.

Gaulon, גּוֹלָן transmigratio eorum, vel revolutio eorum: aut ex Syro & Hebræo, intus manens. Nomen civitatis refugii in Basan, *Ios.* 20: 8. 1 *Par.* 6: 71.

Gaza, עַזָּה γάζη Fortis, aut capra. Nomen urbis Palæstinæ. *Gen.* 10:18. 1 *Sam.* 6:7. *Act.* 8:26.

Gazabar, גִּזְבָּר Thesaurarius, Pater Mitridatis, *Esd.* 1:8.

Gazam, גָּזָם Æruca, vel vellus eorum, aut transitus eorum sive tondens eos. Nomen viri, *Esd.* 2:48.

Gazæi, עַזָּתִים Fortes, aut capræ, vel hirci. Nomen populi, *Ios.* 13:3.

Gezenses, οἱ ἀπὸ γάζης Fortes aut capræ, vel hirci. D. 1 *Mach.* 11:62.

Gazar, sive Gazera, גֶּזֶר Præscissio aut divisio, vel sententia. Nomen civitatis à Salomone ædificatę. 1 *Reg.* 9:15. *Ios.* 10:33: & 16.3. quæ ex tribu Ephraim data fuit Levitis. *Ios.* 21:21. 1 *Par.* 6:67. & 7:29. & 14:16.

Gazaris, γαζάρης Idem. D. 1 *Macc.* 13.54.

Gazophylacium, γαζοφυλάκιον Ubi gaza, id est, thesauri templi servabantur, ex Persico & Græco *Luc.* 21:1.

¶ Geba, גֶּבַע Collis, aut calix, sive vas. Nomen civitatis de tribu Benjamin, posteris Aaron datæ, *Nehem.* 11:31.

Gabal, גְּבַל Terminus, vel limes. Nomen civitatis Syriæ. *Psal.* 83:8. quæ nunc Gibel dicitur teste Volaterrano.

Gebbai, גַּבַּי Dorsum, sive elevatio, aut cisterna, vel locusta: vel Syriacè exactor. Nomen viri, *Neh.* 11:8.

Gebbar, גִּבָּר Vir aut virilis, sive fortis: vel Syriacè, gallus gallinaceus, nomen viri, *Esd.* 2:20.

Gebbethon, גִּבְּתוֹן Dorsum, sive elevatio ejus, aut palpebræ ejus, sive excelsum donum. Nomen civitatis Levitis datæ ex tribu Dan. *Ios.* 19:44. quæ cap. 21:23. dicitur Gabathon, Urbs Philisthinorum, 1 *Reg.* 15:27.

Ged-

Geddel, גדל Magnus, sive magnitudo, aut fimbria aut magnificavit. Nomen viri. *Esdr.* 2: 56.

Geddiel, גדיאל Hœdus Dei, sive fœlicitatis deus: aut accinctionis vel expeditionis Deus. Filius Sodi, *Num.* 13: 11.

Gedelias, גדליהו Magnitudo Domini, aut fimbria Domini. Filius Phassur, *Ier.* 38: 1.

Gedeon, גדעון Conterens, vel confringens: aut ex Syro & Hebræo, abscissio iniquitatis. Pater Abidan, principis tribus Benjamin, *Num.* 1: 11. Filius Joas, judex in Israel, *Iud.* 6: 2. qui & Jerobaal dictus est, *Iud.* 6: 32.

Gedera, גדרה Murus, sive maceria, aut sepes. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15: 58. quæ à Stephano Antiochia, item & Seleucia vocatur.

Gederithes, גדרי Idem, 1 *Par.* 27: 28.

Gederothaim, גדרותים Idem, d. n. Nomen urbis in tribu Juda *Ios.* 15: 36.

Gedlethi, גדלתי Magnitudo, aut fimbria aut magnificavi: nomen viri. 1 *Par.* 25: 4.

Gedor, גדור Murus, sive maceria, aut sepes: nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15: 58. 2 *Par.* 4: 8. & 12: 7. Filius Phanuel. 1 *Par.* 4: 4. Filius Abigabaon 1 *Par.* 8: 30.

Gehenna, γέεννα Vallis deceptionis vel tristitiæ, sive divitiarum: aut Syriacè, Infernus. D. nomen loci. *Matth.* 18: 9.

Ge-hennom, גי-הנום Vallis decipiens vel contristans eos, sive vallis divitiarum suarum: aut Syriacè, infernus. Nomen vallis, *Ios.* 15: 8. tribui Benjamin datæ, 18. 16. Interdum scriptum est Ge-ennom.

Gehon, גיחון Pectus, sive eductio, aut exitus, sive vallis gratiæ vel mansionis. Fluvius qui è paradiso terrestri labitur. *Gen.* 2: 13. Josephus Nilum vocat.

Gelbóe, גִּלְבֹּעַ Revolutio inveſtigationis vel ſcrutationis, aut acervus tumoris vel inflationis: aut ex Hebræo & Syro, revolvens deprecationem: nomen civitatis. 1 *Sam.* 28: 4. & 31. 1. Nomen montis Palæſthinæ. 1 *Par.* 10: 1.

Gelonites, גִּלֹנִי Exultans, ſive revolvens, aut tranſmigrans: aut revelans, vel detegens, 2 *Sam.* 23: 34.

Gemalli, גְּמַלִּי Retributio, vel merces, aut ablactatus, vel camelus. Pater Amiel. *Num.* 13: 13.

Gemelli, גֵּיא מֶלַח Vallis ſalinarum, aut nautarum. Sic interpretatur Hieronymus, 2 *Sam.* 8: 13. nomen vallis.

Genezar, γεννησὰρ Hortus principis, vel protectio principis. D. nomen aquæ, 1 *Mach.* 11: 67.

Genezar, γεννησαρὲθ *Matth.* 14: 34. Hebraicè vertitur hortus, aut protectio principis, ſive hortus vel protectio miniſtrantis. D.

Genezareth, Idem. D. nomen loci, *Marc.* 6: 53. Stagnum Galilææ, juxta quod Chriſtus Apoſtolos vocavit. *Luc.* 5: 1. aliàs mare Galilææ & Cinnereth appellatum. Habes elegantiſſimam hujus lacus, ſimul etiam regionis vicinæ deſcriptionem in Egeſippo lib. 3. cap. 26. de excidio Jeroſolymorum.

Gennæus, γενναῖος Generoſus. G. nomen viri, 2 *Mach.* 12: 2.

Genthon, גִּנְתֹן Hortus vel viridarium aut protectio ejus. Nomen viri, *Neh.* 10: 6.

Genubath, גְּנֻבַת Furtiva, vel furtum, aut protectio, vel hortus filiæ. Filius Addad Idumæi adverſarii Salomonis. 1 *Reg.* 11: 20.

Gera, גֵּרָא Ruminatio ſive peregrinatio, aut certatio vel conflictus. Filius Benjamin, *Gen.* 46: 21. qui 1 *Par.* 8: 2. Ahara dicitur. 1 *Par.* 8: 2. dicitur filius Bela filii Benjamin. Pater item Aod, *Iudic.* 3:

15.

15. Pater item Semei viri de cognatione Saul, 2 *Sam.* 16: 5.

Gerara, גְּרָר Peregrinatio, vel certatio, aut conflictus. Metropolis terræ Palæsthinæ, in qua natus est Isaac. *Gen.* 10: 19. & 20. 1. & 26. 1. Ab hac Geraritica regio nomenclaturam sumpsit 2 *Paral.* 14: 13. quę olim terminus Chananæorum fuit ad australem plagam, & civitas metropolis Palæsthinæ. Scriptura sacra commemorat fuisse eam inter Cades & Sur, hoc est, in duas solitudines quarum una Ægypto jungitur, ad quam populus trans fretum rubri maris advenit. Altera vero Cades usque ad Saracenorum cremum extenditur.

Geraris, Idem, *Gen.* 20: 1.

Geraseni, γεργεσηνοί, In Græco Gergeseni: & Hebraicè transfertur peregrinationi sive conflictui aut ruminationi appropinquantes. D. nomen civitatis quæ est ultra Galilæam, *Matth.* 8: 28.

Gergesæi, גִּרְגָּשִׁי Peregrinationi vel conflictui aut ruminationi appropinquantes. Populi. *Gen.* 15: 20.

Gergesæus, גִּרְגָּשִׁי Idem, s. n. Filius Chanáan, *Gen.* 10: 16.

Gerreni, γερρηνοι Incolæ, sive peregrini, aut certantes, vel confligentes. D. Populi, 2 *Mach.* 13: 24.

Gersam, גֵּרְשֹׁם Advena ibi, sive peregrinus nominatus. Filius Mosis, *Exod.* 2: 21. Hebraicè Gersom.

Gersom, גֵּרְשֹׁם Idem, Filius Mosis, 1 *Par.* 6: 61. 71. & 15: 7. qui *Exod.* 2: 21. Hebraicè dicitur Gersom: licet ibi & aliis aliquot locis corruptè impressum sit Gersam. Est & alius Gersom de filiis Phinees, *Esd.* 8: 2.

Gerson, גֵּרְשֹׁן Exilium ejus, vel peregrini muta-

tio. Filius Levi filii Jacob, *Gen.* 46: 11. 1 *Par.* 6: 1.

Gerſon, Exul, vel peregrini mutatio. Nomen viri, 1 *Par.* 26: 21.

Gerſonitæ, גֵּרְשֻׁנִי Idem. *Num.* 26: 57. Gerſonites, Idem.

Gerze, גֵּרִי Securis, ſive ſciſſor. Nomen pagi, 1 *Sam.* 27. 8.

Geſan, גֵּישָׁן Appropinquans, aut vallis mutationis ſive eboris vel ſomni. Filius Jehaddai, 1 *Par.* 2: 47.

Geſſen, גֹּשֶׁן Appropinquatio, vel approximatio. Regio Ægypti, ubi Jacob patriarcha cum ſuis habitavit liberis, quam nonnuli (ut Hieron. in hebraicis quæſtionibus autor eſt) Theba idem vocant *Gen.* 46: 28.

Geſſur, גְּשׁוּר Vallis aſpectus, aut vallis bovis, ſive vallis murus, aut pons. Nomen regionis Syriæ. 2 *Sam.* 3: 3. 1 *Par.* 2. 23. & 3. 2.

Geſſuri, גְּשׁוּרִי Idem. Regio Syriæ, quę & Geſſur, *Deut.* 3: 14. *Ioſ.* 13: 2. 1 *Sam.* 27: 8.

Geth, גַּת Torcular. Nomen civitatis Palæſthinæ à Roboam conſtructæ. 2 *Par.* 11: 8. Unde Jonas Propheta, 1 *Sam.* 6: 17. & 17. 51. 2 *Reg.* 14: 25. Quæ aliàs & Anthedon, item & Agrippia, autore Volat. lib. 11. dicitur.

Gethaim, גִּתַּיִם Idem, nomen civitatis, 2 *Sam.* 4: 3.

Geth-hépher, גַּת-חֵפֶר Torcular fodiens vel explorans, ſive torcular confundens aut exprobrans. Nomen loci *Ioſ.* 19: 13.

Gethæus, גִּתִּי Torcular. 2 *Sam.* 6: 11.

Gethæi, גִּתִּים Torcularia. Nomen populi, *Ioſ.* 13: 3. 2 *Sam.* 15: 19.

Gether, גֶּתֶר Vallis explorationis vel contemplationis, ſive torcular explorationis, aut vallis turturis.

Fi-

Filius Aram, *Gen.* 10: 22. Ab hoc Acarnanii sive Carii (ut refert Hieron. in quæst. Heb.) originem traxere.

Geth-remmon, גַּת־רִמּוֹן Torcular mali punici, aut torcular excelsum. Nomen civitatis. Duæ autem fuerunt: altera data tribui Dan in possessionem, *Ios.* 19: 45. altera tribui Manasse. Ambæ autem Levitis postea assignatæ, *Ios.* 21: 25.

Geth-semane, גַּת־שְׁמָנִים γεθσημανῆ Vallis pinguissima, sive vallis olei *Ies.* 28: 1. D. nomen vallis quæ est ad radices montis Oliveti, *Matth.* 26: 36. *Marc.* 14: 32.

Gezer, גֶּזֶר Præsciſſio, sive divisio,, aut sententia. Nomen civitatis, 2 *Sam.* 5: 25.

Gezeron, ἀσσαρημὼθ Præsciſſio doloris, sive fortitudinis, aut divisio vel sententia doloris sive fortitudinis, D. nomen civitatis, 1 *Mach.* 4: 15.

Gezonites, גִּזֹנִי Tondens, sive transiens, 1 *Par.* 11: 34.

Gezez, גֵּזֶז Tondens, aut vellus, sive transitus. Filius Caleb, 1 *Par.* 2: 46.

¶ Giah, גִּיחַ Eductio, extractio, derivatio, eruptio aut gemitus, sive suspirium. Nomen loci. 2 *Sam.* 2. 23. in tribu Benjamin: pro quo interpres vertit vallis.

Giblii, גִּבְלִים Termini, vel confinia, aut terminus maris. Populi civitatem Gebal in Syria habitantes: de qua *Psal.* 83: 8. *Ezech.* 27: 9. 1 *Reg.* 5: 18.

Gideroth, גְּדֵרוֹת Muri, sive macerię, aut sepes. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15: 41.

Giezi. גֵּיחֲזִי Vallis visionis, aut vallis pectoris. Famulus Elisæi. 2 *Reg.* 4: 12.

Gihon, גִּיחוֹן Pectus, aut eductio, vel exitus, sive vallis gratiæ vel mansionis. Fons in occidentali

Davidicæ civitatis parte, 1 *Reg.* 1: 33. 2 *Par.* 32: 30. aliter dicitur σιλωὰμ *Ioh.* 9: 7.

Gilo, גִּלֹה Exultatio, sive revolutio, vel transmigratio, aut revelatio vel detectio. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15: 51. 2 *Sam.* 15: 12.

Gilonites, גִּילֹנִי Exultans, sive revolvens, vel transmigrans, aut revelans, vel detegens, 2 *Sam.* 15: 12.

Gineth, גִּינַת Hortus vel protectio. Pater Thebni, 1 *Reg.* 16: 21.

¶ Goatha, גַּעְתָּה Tactus, aut mugitus ejus. Nomen loci non procul Jerosolymâ distantis. *Ier.* 31: 39. Hunc Lyranus Golgotha esse putat.

Gob, גֹּב Cisterna, vel locusta, vel altitudo. Nomen loci, 2 *Sam.* 21: 18.

Godolias גְּדַלְיָהוּ Magnitudo Domini, aut fimbria domini. Filius Achicam filii Saphan. 2 *Reg.* 25: 22. Filius idem Amariæ, *Sopho.* 1: 1.

Gog, גּוֹג γώγ Tectum, vel solarium, sive tegulatum. Nomen gentis, *Ezech.* 38: 2. *Apoc.* 20: 8. Filius Johel, 1 *Par.* 5: 4.

Golan, גּוֹלָן Transmigratio, sive revolutio: aut ex Syro & Hebræo, intus manens. Nomen civitatis in Basan. *Deut.* 4: 43. quæ *Ios.* 20: 8. dicitur Gaulon, licet Hebraicè Golan legatur, sicut & hic.

Golgotha, γολγοθᾶ Calvaria, scilicet ubi sunt capita mortuorum. Syrum, sive Chaldaicum vocabulum. Locus in quo crucifixus fuit Christus dominus noster, *Ioh.* 19: 17.

Goliath, גָּלְיָת Transmigratio, aut accumulatio, sive revolutio, vel detectio. Nomen gigantis, quem expugnavit David, 1 *Sam.* 17: 4.

Gomer גֹּמֶר Consummans, vel consumens, aut deficiens. Filius Japhet, *Gen.* 10: 2. à quo Gomeritæ, qui nunc Galatæ dicuntur. Hoc nomen habuit & filia Debelaim uxor Osee, *Osee.* 1: 3. Go-

Gomorrha, עֲמֹרָה γόμορρα populus rebellis, aut populus timens, sive manipulus, vel servitus: aut Syriacè lana. Civitas Pentapoleos, ad orientalem plagam terræ Judæ sita. *Gen.* 19: 23. *Rom.* 9: 29.

Gomorrhæus, γομορρ῀ος Idem. *Gen.* 18: 20. *Matt.* 10: 15.

Gorgias, γοργίας Terribilis, vel velox. G. nomen viri, 1 *Mach.* 3: 38.

Gortina, γορτύνα Pharetra. G. nomen loci, 1 *Mach.* 15: 23.

Gosen, גֹּשֶׁן Appropinquatio, vel approximatio. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 10: 41. & 15. 51. A qua, teste Josue, circumjacens plaga, terra Gosen nuncupatur.

Gossem, גֶּשֶׁם Pluvia, aut appropinquatio eorum: vel Syriacè corporalis. Nomen viri, *Neh.* 2: 29.

Gothoniel, עָתְנִיאֵל Hora sive tempus meum Deus. Nomen viri, 1 *Par.* 27: 15.

Gozan, גּוֹזָן Tonsio, aut vellus, sive transitus, vel corpus nutriens: aut ex Syro & Hebræo, intus nutriens. Nomen fluvii in Mesopotamia, 2 *Reg.* 19: 12. 2 *Par.* 5: 26. *Isa.* 37: 12.

¶ Græci, יְוָנִים ἕλληνες. Hebraicè dicitur Jevanim, id est, deceptores, vel contristantes, sive cœnosi, aut columbini, Græcè verò, robusti vel fortes, *Joel* 3: 6.

Græcia, יָוָן ἑλλάς. *Isa.* 66: 19. *Ezech.* 27: 19. In Hebræo est Javan, qui fuit filius Japheth, à quo denominata est Græcia vel Jonia, & vertitur decipiens vel contristans, sive cœnosa, aut columbina. Græcè vero robusta vel fortis, *Act.* 20: 2.

Græcus, ἑλλὴν Idem. m. g. *Gal.* 3: 28.

¶ Guel, גְּאוּאֵל redemptio Dei, sive exaltatio Dei, Filius Machi, princeps tribus Gad, *Num.* 13: 15.

Guni, גּוּנִי Hortus, sive protegens. Filius Nephthali, *Gen.* 46: 24. 1 *Par.* 7. 14.

Gunitæ. Idem, *Num.* 26: 48.

Gur, גּוּר Catulus, sive habitatio, aut collectio, vel timor. Nomen civitatis juxta Jeblaam, 2 *Reg.* 9: 27.

Gurbáal, גּוּר־בַּעַל Catulus idoli vel dominantis, aut subjicientis vel possidentis, aut peregrinatio sive timor aut habitatio idoli vel dominantis aus subjicientis vel possidentis. Nomen loci 2 *Par.* 26: 7. in quo Arabes habitaverunt.

Litera H.

¶ Haba, חֲבָה Absconsio, vel dilectio: aut Syriacè peccatum, vel obligatio. Filius Gomer filii Heber, 1 *Par.* 7: 34.

Habacuc, חֲבַקּוּק Luctator, vel amplexans. Nomen prophetæ *Habac.* 1: 1.

Haber, חֶבֶר Socius, aut particeps, sive incantator, aut livor. Filius Baria, filii Aser, filii Jacob, 1 *Par.* 7: 32. *Iudic* 4: 11. vir Cinæus.

Habia, חֲבַיָּה Absconsio domini, aut dilectio Domini: vel ex Syro & Hebræo, debitum, vel obligatio Domini. Nomen viri, *Esd.* 2: 61.

Habor, חָבוֹר Socius, aut particeps, sive incantatio aut livor. Nomen urbis Assyriorum, 2 *Reg.* 17: 6. & 18. 11. 1 *Par.* 5: 26.

Habsanias, חֲבַצִּנְיָה Debitum clypei domini, sive dilectio, vel absconsio clypei Domini. Pater Jeremiæ filii Jezoniæ, *Ier.* 35: 3.

Hacel-dema, חֲקַל־דְּמָא Ager sanguinis. Syrum est. Nomen agri pecuniis illis quibus Christum vendiderat Judas proditor empti in sepulturam peregrinorum. Qui hodie monstratur in Ælia ad Australem plagam montis Sion, teste Hieron. in locis Hebraicis, *Matth.* 27: 8. *Actor.* 1: 19.

Hacha-

Hachamoni, חַכְמֹנִי Sapiens, vel sapientissimus, aut hamus numerationis vel muneris, sive expectatio muneris. Pater Lesbaam, 1 *Paral.* 11: 11. Pater Jahiel, 1 *Par.* 27: 32.

Hachelai, חֲכַלְיָה Expectans dominum, sive hàmus domini. Pater Atherfatha, *Neh.* 10: 1.

Hachila, חֲכִילָה Spes in ipsa, aut hamus in ipsa, sive palatum vel dulcedo in ipsa. Collis est in sorte tribus Judæ, ad desertum Ziph, in quo latuit David, 1 *Sam.* 23: 19. & 26. 1. arcem habens natura munitissimam, olim ab Herode extructam Mesida nomine; id est, munitionem.

Hacoc, חַקּוֹק Sculptor, aut scriba, sive legislator. Nomen civitatis, *Ios.* 19. 34.

Hacupha, חֲקוּפָא præceptum oris, aut sculptura oris. Nomen viri, *Esd.* 2: 51.

Hacus, הַקּוֹץ Spina, sive ęstas, aut tædium, sive vigilia, vel finis. Nomen viri, *Neh.* 3: 21.

Hadad, הֲדַד Acutus, vel gaudens: aut Syriacè, novus vel unitas. Filius Ismahelis, *Gen.* 25: 15. 1 *Paral.* 1: 30.

Hadali, חַדְלַי cessatio, vel vetatio, aut defectus. Pater Amasa. 2 *Par.* 28: 12.

Hadassa, חֲדָשָׁה Novitas, aut mensis: vel ex Syro & Hebræo, unus aries. Nomen civitatis in tribu Juda *Ios.* 15: 37.

Hadid, חָדִיד Acutus, sive gaudens: aut Syriacè, novitas: vel ex Syro & Hebræo, una manus, Civitas, *Neh.* 11: 34.

Hadriel, עַדְרִיאֵל Grex Dei, aut ablatio Dei, sive privatio Dei. Gener Saulis, maritus Merob, 1 *Sam.* 18: 19.

Hadrach, חַדְרַךְ Acumen, sive gaudium teneritudinis, vel cubiculum tuum: aut ex Syro & Hebræo, unitas vel novitas teneritudinis. Civitatis nomen *Zach.* 19: 1.

19. 1.. Quidam Syriam fuisse putant. Hieronym. in locis Heb. terram Damasci credidit.

Hadsi, חָדָשׁ Novitas, aut mensis: aut ex Syro & Hebræo, unius munus, aut novum munus. Nomen loci, 2 *Sam.* 24: 6.

Hagab, sive Hagaba, חָגָב Locusta. nomen viri, *Esd.* 2: 46.

Haggia, חַגִּיָּה festivitas Domini, vel solennitas Domini, aut gyrus Domini. Filius Merari, 1 *Paral.* 6: 29.

Hai, חַי Acervus, vel coacervatio. Civitas Amorrhæorum trans Jordanem supra Jericho sita, juxta Bethaven, ad orientalem plagam oppidi Bethel non longè ab eo distans. Altera quæ à filiis Israel duce Josua expugnata est post Jordanis transitum, *Jos.* 7: 2. & 12. 9. Cujus regem suspenderunt filii Israel, *Jos.* 8: 23. Hæc *Isa.* 10: 28. Aiath appellatur. Hieronymus in locis Heb. Agai quoque appellat. Hujus mentio habetur etiam *Gen.* 12: 8. *Ier.* 49: 3. *Jos.* 12: 9. *Esd.* 2: 28.

Hai, עַי Idem. Nomen etiam urbis, *Neh.* 11: 31.

Hala, חָלַח Dolor, sive infirmitas maxillæ, sive principium humilitatis vel teneritudinis. Nomen loci, 2 *Reg.* 17. 6. & 18. 11.

Halaa, חֲלָאָה Infirmitas, sive rubigo, altera uxor Ashur. 1 *Par.* 4: 5.

Halcat, חֶלְקַת Portio, sive divisio, aut lenitas, vel lubricatio. Civitas in tribu Aser, data Levitis, *Jos.* 19: 25.

Halhul, חַלְחוּל Dolor, sive principium doloris vel immunditiæ: aut expectatio doloris vel prophanationis, sive obstetricatio doloris. Nomen civitatis in tribu Juda, *Jos.* 15: 58.

Hallelu-ja, הַלְלוּיָהּ Laudate Dominum, *Psalm.* 147: 1.

Hama-

Hamathæus, חֲמָתִי Indignatio, sive calor: aut murus, sive uter vel lagena. Filius Chanaan, *Gen.*10: 17. 1 *Par* 1: 16. à quo Hamath urbs, quam Macedones Epiphaniam nuncupaverunt: alii Antiochiam.

Hamdan, חֶמְדָּן Cupiditas aut calor judicii. Filius Disan filii Seir Horrhæi, *Gen.* 36: 26. qui 1 *Par* 1: 41. dicitur Hamran.

Hammoth-dor, חַמּוֹת-דֹּאר Indignatio, vel calor generationis aut pilæ vel sphæræ sive habitationis. Civitas, *Ios.* 21: 32. quæ de tribu Nephthali non solum Levitis, imò etiam profugis homicidis pro tutissimo asylo est assignata.

Hamon, חָמוֹן Calor, aut sol, sive ira ejus. Nomen civitatis *Ios.* 19: 28. 1 *Par.* 6: 76. in tribu Nephthali.

Hamran, חֶמְרָן Asinus, vel lutum aut vinosus. Filius Disan, filii Seir Horrhæi, 1 *Par.* 1: 41. qui *Gen.* 36. 26. dicitur Hamdan.

Hamuel, חֲמוּאֵל Calor, sive ira Dei: aut ex Syro & Hebræo viderunt Deum. Filius Masma, 1 *Par.* 4: 26.

Hamul, חָמוּל Pius, sive misericors. Filius Phares filii Judæ, *Gen.* 46: 12. 1 *Par.* 2: 5.

Hamulitæ, Idem, p.n. *Num.* 26: 21.

Hanameel, חֲנַמְאֵל Gratia ex Deo, sive misericordia vel donum à Deo. Filius Sellum patruelis Jeremiæ, *Ier.* 32: 7.

Hanan, חָנָן Gratiosus, vel pius, sive misericors, aut donans, Filius Maacha, 1 *Par.* 11: 43. Filius Sisac, 1 *Par.* 8: 22. Filius Asel filii Elasa, 1 *Par.* 8: 37. & 9. 44. *Neh.* 7: 48. & 8. 7. Filius Iegedeliæ, *Ier.* 35: 4. 1 *Par.* 4: 20.

Hananeel, חֲנַנְאֵל Gratia Dei, sive misericordia Dei, aut donum Dei. Nomen turris Jerosolymæ, *Neh.* 3: 1. *Ier.* 31: 38.

Ha-

Hanani, חֲנָנִי Gratiosus, aut donans, vel pius, sive misericors. Pater Jehu prophetæ, 1 *Reg.* 16: 1. 1 *Par.* 16: 7.

Hanania, sive Hananias, חֲנַנְיָה gratia Domini, sive misericordia Domini, aut donum domini. Pater Selemiæ patris Iehiel. *Ier.* 37: 12. Pater item Sedeciæ principis, *Ier.* 36: 12. Filius Zorobabel filii Phadaia, 1 *Par.* 3: 19. & 8. 23. Nomen prophetæ, *Ier.* 28: 1. Etiam hoc nomine vocabatur ille qui cum Daniele propheta à Nabuchodonosor in captivitate enutritus fuit, cui præpositus eunchorum Sidrach nomen imposuit, *Dan.* 1: 7.

Hanathon, חֲנָתוֹן Gratiæ vel misericordiæ donum. Civitas in terra Zabulon, *Ios.* 19: 14.

Hanes, חֲנֵס Gratiæ vexillum, sive gratiæ tentatio vel fuga: aut ex Hebr. & Syro, gratiæ miraculum. Civitas Ægypti, *Isa.* 30: 4.

Haniel, חֲנִיאֵל gratia sive misericordia Dei, aut requies vel donum Dei. Filius Olla, 1 *Par.* 7: 39. Filius Ephod, princeps tribus Manasse, *Num.* 34: 23.

Hanni, חֲנִי Afflictus, vel pauper sive respondens. Nomen viri, *Neh.* 12: 9.

Hanon, חָנוֹן gratiosus, sive misericos: vel donans, sive requiescens. Filius Naas Regis filiorum Ammon, 2 *Reg.* 10: 1. 1 *Par.* 19: 2.

Hanun. Idem. Nomen viri, *Neh.* 3: 30.

Hapham, חֲפָם Thalamus eorum, sive cooperrura eorum, aut littus eorum. Filius Hir, 1 *Par.* 7: 13.

Haphsiba, חֶפְצִי־בָה Voluntas mei in ea. Mater Manasse. 2 *Reg.* 21: 1.

Happhim, חֻפִּים Thalami, sive cooperti, aut littus maris. Filius Machir, 1 *Par.* 7: 15.

Hapharaim, חַפְרַיִם Fodientes, aut explorantes, sive confundentes, aut explorans, sive confundens

dens mare. Civitas in tribu Iſſachar, *Ioſ.* 19: 19.

Harad, ſive harada, חָרַד Stupor, aut tremor. Nomen fontis, ſive loci in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael, profecti de Sepher, *Iud.* 7: 1. *Num.* 33: 24.

Haraia, חֲרָהָיָה Calor, aut ira Domini. Pater Eziel, *Neh.* 3: 8.

Harama, Idem, 1 *Sam.* 30: 30. Vide Harma,

Haran, חָרָן χαῤῥὰν Ira ſive iraſcens: aut Syriacè, libertas Charræ, civitas Meſopotamiæ à Charra Syriæ fluvio, in qua habitavit Thare, *Gen.* 11: 32. & 12. 5. & 27. 44. & 28. 10. & 29. 4. De qua & 2 *Reg.* 19: 12. *Iſa.* 37: 12. *Ezech.* 27: 23. Dicitur & Charan à Græcis, *Act.* 7: 2. Eſt & nomen viri, 1 *Par.* 2: 46. ubi dicitur: *Peperit Haran.*

Harbona, חַרְבוֹנָה Deſtructio, ſive gladius ejus nunc, aut ſiccitas ejus nunc: ſive ira ædificantis vel intelligentis, Nomen eunuchi, *Eſth* 1: 10.

Hareph, חָרֵף Hyems, ſive opprobrium, vel adoleſcentia: aut Syriacè, acutus. Nomen viri, *Neh.* 7: 24. & 10: 19.

Hares, חֶרֶס Sol, aut teſta. Nomen montis, *Iud.* 1: 35.

Hareth, חָרֶת Sculptura, aut libertas. Nomen villæ ad Occidentem, 1 *Sam.* 22: 5.

Harhur, חַרְחוּר Calefactus ſive arefactus: aut ira ſive calor albedinis vel foraminis, aut libertatis. Nomen viri, *Eſd.* 2: 51.

Harim, חָרִם Deſtructus, ſive anathematizatus, aut rete vel retiaculum: ſive dedicatum vel conſecratum, ſcilicet Deo. Nomen ſacerdotis, 1 *Par.* 24: 8. *Eſd.* 2: 32. & 10. 21.

Hariph, חָרִיף Hyems, ſive opprobrium, vel adoleſcentia: aut Syriacè, acutus. Filius Hur, 1 *Par.* 2: 51.

Harnapher, חַרְנֶפֶר Ira tauri, ſive ira creſcens: aut

aut ex Syro & Hebræo, Libertas tauri, sive ira crescens. Filius Supha filii Helem, 1 *Par.* 7: 37.

Harma sive Harama, חֲרְמָה Destructio, sive anáthema, aut rete vel retiaculum, sive declinatum vel consecratum, scilicet Deo. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 30. 1 *Sam.* 30: 30. Etiam in tribu Simeon civitas est, *Ios.* 19: 4. *Iudic.* 1: 17. dicitur Sephath.

Harodi, חֲרֹדִי Tremefactus, sive stupefactus, vel caloris aut iræ abundantia. Nomen civitatis, 2 *Sam.* 23: 2.

Haromaph, חֲרוּמָף Destructio, sive anathema oris: aut ex Hebræo & Syro, ira cooperimenti. Filius Jedaia. *Neh.* 3: 10.

Haroseth, חֲרֹשֶׁת Artificium, vel aratura, sive testa aut silentium, vel surditas, aut Syriacè, sylva. Civitas quæ juxta Josephum lib. 5. antiq. Jud. super paludem Samachonitidem sita est. *Iud.* 4: 2.

Harsa, חַרְשָׁא Artificium, vel aratura, sive testa, aut silentium vel surditas: aut Syriacè, sylva. Nomen viri, *Esd.* 2: 52.

Haraphites, חֲרוּפִי Opprobrium, aut hyems, vel juventus: aut Syriacè, acutus, 1 *Par.* 12: 5.

Harus, חָרוּץ incisus, sive aureus, aut solicitus, sive triturratus. Pater Messalémeth matris Amon, regis Juda, 2 *Reg.* 21: 19.

Hassemon, חַשְׁמוֹן Legatio, sive acceleratus numerus, vel festinata portio, aut silentium numeri, vel portionis. Civitas Judæ, *Ios.* 15: 27.

Hassub, חשוּב Æstimatus aut numeratus: sive cogitatio vel artificium. Filius Ezricam, 1 *Par.* 9: 14.

Hasaba, חַשְׁבָּה Numeratio, sive æstimatio vel cogitatio aut artificium, vel festinatio, aut silentium in ea. Filius Zorobabel filii Phadaiæ. 1 *Par.* 3: 20.

Ha-

Hasabia, sive Hasabias, חַשַׁבְיָה Numeratio vel æstimatio, aut cogitatio domini, sive artificium domini: aut festinatio vel silentium in domino. Filius Amasiæ, 1 *Par.* 6: 45. Princeps Levitarum, 1 *Par.* 25: 3. & 2 *Par.* 35: 9.

Hasadias, חַסַדְיָה Misericordia Domini. Filius Zorobabel filii Phadaiæ, 1 *Par.* 3: 20.

Hasar-moth, חֲצַר-מָוֶת Atrium mortis, vel fœnum mortis. Filius Jectan, *Gen.* 10: 25.

Hasar-suhal, חֲצַר-שׁוּעָל Atrium vel fœnum vulpis, aut fœnum semitæ. Nomen civitatis, 1 *Par.* 4: 28.

Hasar-susim, חֲצַר-סוּסִים Atrium equorum, aut fœnum equorum. nomen civitatis, 1 *Par.* 4: 31. quæ & Hasersusa dicitur.

Hasason-thamar, חֲצָצֹן-תָּמָר Glarea, vel lapillus commutationis, aut divisio sive sagitta palmæ, id est, dactyli. Nomen oppidi, quod & En-gaddi, *Gen.* 14: 7. 2 *Par.* 20: 2.

Hasbadana, חַשְׁבַּדָּנָה Festinans, aut cogitans judicium suum, sive silens aut computans judicium suum. Nomen viri, *Neh.* 8: 4.

Hasebia, חֲשַׁבְיָה Numeratio, vel æstimatio Domini, aut cogitatio domini, sive artificium domini, aut festinatio, vel silentium in domino. Filius Merari, 1 *Par.* 9: 14.

Hasebna, חֲשַׁבְנָה Numeratio sive festinatio intelligentis sive ædificantis. Nomen viri, *Neh.* 10: 15.

Hasebnia, חֲשַׁבְנְיָה Numeratio domini, sive silentium vel festinatio filii Domini. Nomen viri. *Neh.* 9: 5.

Hasebonias, Idem. Nomen viri, *Neh.* 3: 20.

Hasem, חָשֵׁם Silentium eorum, sive festinatio eorum. Nomen viri, *Neh.* 7: 22.

Hasar-gadda, חֲצַר-גַּדָּה Atrium hœdi ejus, vel

fœlicitatis ejus: aut ex Hebræo & Syro, atrium inciſionis vel ſciſſuræ. Nomen civitatis in tribu Juda, *Joſ.* 15: 27.

Haſer-ſuſa, חֲצַר-סוּסָה Atrium equi, aut fænum equi. Civitas in tribu Simeonis, *Joſ.* 19: 5. quæ & Haſarſuſim.

Haſerim, חֲצֵרִים Atria, ſive veſtibula, aut ſagittæ excelſæ. Civitas in dorſo montis Seir inter Ægyptum & Chananæam, in qua Havim, id eſt Hevæi gigantes habitarunt ad Caphthorim expulſi. *Deut.* 2: 23. alias Haſeroth, ut quibuſdam videtur, appellata.

Haſor, חָצוֹר Atrium, aut fænum. Civitas regni Jabin Chanaæorum regis, quæ & Heſron dicitur, quam ſolam Joſue incendit, *Joſ.* 11: 11. 1 *Sam.* 12: 9. 2 *Reg.* 15: 29. quæ principatum tenuerat inter omnia regna Amorrhæorum, *Joſ.* 11: 10. & 12: 19. Fuit una in tribu Juda, *Joſ.* 15. 23. Alia in tribu Nephthali, *Joſ.* 19: 36.

Haſeroth, חֲצֵרוֹת atria, ſive veſtibula. Nomen eremi, per quam tranſierunt Iſraëlitæ aſcendentes in terram Chanaan ex Ægypto, *Deut.* 1: 1. *Num.* 13: 1. & 33. 18.

Haſer-ſual, חֲצַר-שׁוּעָל Atrium vulpis, vel fœnum vulpis, aut ſemitæ, vel pugilli. Civitas in tribu Judæ & Simeonis, *Joſ.* 19: 3.

Haſim, חֻשִׁים Tacentes, ſive feſtinantes, aut ſilentium vel feſtinatio maris. Nomen viri, 1 *Par.* 7: 12.

Haſom, חָשֵׁם ſilentium, vel feſtinatio eorum. Nomen viri, *Eſd.* 10: 33.

Haſra, חַסְרָה Defectus ſive deficiens. Pater Thecue patris Sellum mariti Oldæ prophetidis, 2 *Par.* 34: 22. qui 2 *Reg.* 22: 14. dicitur Araas.

Haſum, חָשֵׁם ſilentium, aut feſtinatio eorum. Nomen viri. *Eſd.* 2: 19. *Neh.* 8: 4.

Haſub

Hasub sive Hasshub, חשוב Æstimatus, aut numeratus, sive cogitatio vel artificium. Nomen viri, *Neh.* 3: 11.

Hasupha, חשופא Discooperta, aut exhausta, vel nudata. Nomen viri, *Esd.* 2: 43.

Hathath, חתת contritio aut timor. Filius Othoniel. 1 *Par.* 4: 13.

Hatil, חטיל Peccati ululatio. Nomen viri, *Esd.* 2: 54.

Hatipha, חטיפא Rapina, sive peccati coma, aut reliquiæ. Nomen viri, *Esd.* 2: 43.

Hatita, חטיטא Peccati declinatio. Nomen viri, *Esd.* 2: 43.

Hattus חטוש Peccatum derelinquens. Filius Semeiæ filii Secheniæ. 1 *Par.* 3: 22. *Esd.* 8: 2. *Neh.* 10: 4. & 12: 2.

Havoth-jair, חוותיאיר Oppida illum inationis, vel annuntiationes luminis. Civitates quas expugnavit Iair filius Segub, *Num.* 32: 41. Sive nomen regionis, quæ & Bassan dicitur, *Deut.* 3: 14.

Hazael, חזאל Videns Deum. Nomen viri, 1 *Reg.* 19: 17. 2 *Par.* 22: 6. Successor Ben-adad in regnum Syriæ, 2 *Reg.* 8: 12. *Amos.* 1: 4.

Hazia, חזיה Videns Dominum. Nomen viri, *Neh.* 11: 5.

Hazir, חזיר Porcus: aut Syriacè, conversus, vel reversus. Nomen viri, *Neh.* 10: 20.

¶ Hebal, עיבל Acervus vetustatis, sive acervus defluens. Filius Jectan, *Gen.* 10: 28. Est & nomen montis, *Deut.* 11: 29.

Héber, חבר *Gen.* 46: 17. 1 *Par.* 4: 18. & 7. 32. & 8. 17. ubi dicitur, *Et Hezeci, & Heber*: vertitur socius, aut particeps, vel adhærens, sive incantator, aut livor. Item *Num.* 26: 45. filius Brie.

Heber, עֵבֶר ἐβὲρ Transiens, vel transitus: aut ira, seu prægnans: vel Syriacè, frumentum. Filius Sale, *Gen.* 10: 23. *Luc.* 3: 35. à quo Hebræi, 1 *Paral.* 5: 13. Filius item Elphaal filii Mehusim, 1 *Par.* 8: 12.

Hebræa, עִבְרִית Transiens, sive irata, aut prægnans. *Ier.* 34: 9.

Hebræi, עִבְרִים Transeuntes sive irati, aut prægnantes: vel Syriacè, frumenta, 1 *Sam.* 4: 6.

Hebræus, עִבְרִי Idem, s. n. *Gen.* 41: 12.

Hebri, Idem. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 27.

Hebron, חֶבְרוֹן Societas sive participatio, vel adhæsio, aut incantatio, vel livor. Civitas in terra Chanaan in montanis Judææ, civitas Amorrhæorum, quondam Philisthinorum metropolis. Hęc dicta est & convallis Mambre, *Gen.* 13: 19. *Num.* 13: 23. 1 *Par.* 3: 4. Arbee, *Gen.* 23: 2. & Cariath-arbe *Ios.* 15: 13. Filius item Cath filii Levi. *Exod.* 6. 18. 1 *Par.* 2: 42. & 6: 18.

Hebrona, עִבְרוֹנָה Transiens, aut irascens. Nomen loci, in quo castrametati sunt filii Israel, *Num.* 33: 34.

Hebroni, חֶבְרוֹנִי Societas, sive participatio, vel adhæsio, aut incantatio, vel livor. *Num.* 26: 34.

Hebronitæ. Idem. pl. n. 1 *Par.* 26: 21.

Hechelias, חֲכַלְיָה Expectans dominum, sive hamus domini. Pater Nehemiæ, *Neh.* 1: 1.

Heddai, הַדַּי Laudatio, sive confessio, aut clamor. Nomen viri, 2 *Sam.* 23: 30. qui Huri, 1 *Par.* 11: 32. dicitur.

Heder, עֶדֶר Grex, sive defectio, aut privatio. Filius Beriæ, 1 *Par.* 8: 15.

Hegla, חָגְלָה Festivitas, aut gyratio ejus. Filia Salphaad filii Hepher, filii Galaad, *Num.* 26: 33.

Helam, חֵילָם exercitus matris vel gentis sive ancillæ:

cillę: aut dolor ſive expectatio matris vel ancillę aut gentis, vel ſomnium. Civitas, 2 *Sam.* 10: 16: 17. haud procul à Jordane.

Helba, חֶלְבָּה Lac ſive adeps, aut manſit in ea: ſive principium vel dolor in ea. Nomen civitatis, quæ ſorte tribui Aſer evenit. *Iud.* 1: 31.

Helcath, חֶלְקַת Portio, ſive pars, aut lenitas. Civitas quæ de tribu Aſer data fuit Levitis, *Ioſ.* 21: 31.

Helci, חֶלְקִי Portio, ſive pars, aut lenis. Nomen viri, *Neh.* 12: 15.

Helcia, ſive Helcias, חִלְקִיָּה Portio ſive pars domini, aut lenitas domini. Pater Eliacim, 2 *Reg.* 18: 18. *Iſa.* 22: 20. Eſt & nomen ſacerdotis, 2 *Reg.* 22: 4. Pater item Jeremiæ prophetæ. *Ier.* 1: 1. 1 *Par.* 6: 13. *Neh.* 12: 6.

Helec, חֶלֶק Portio, ſive pars, aut lenitas. Filius Galaad filii Machir filii Manaſſe filii Joſeph, *Num.* 26: 30. *Ioſ.* 17: 2.

Helecitę, Idem. pl. n. *Num.* 26: 30.

Haleb, חֶלֶב Mundus, id eſt, orbis, vel muſtela: aut Syriacè, rubigo. Filius Baana, 2 *Sam.* 23: 28.

Helem, חֵלֶם Somnians, aut ſanans, ſive expectatio eorum, aut dolor eorum. Nomen viri, *Zach.* 6: 14. 1 *Par.* 7: 35.

Heleph, חֶלֶף Mutatio, ſive tranſitus, aut perforatio. Nomen civitatis, *Ioſ.* 19: 33. Terminus Nephthali.

Heles, חֶלֶץ Armatus, ſive liberatus, aut nudatus. Nomen viri, 2 *Sam.* 23: 26.

Helles, Idem. Filius Azariæ filii Jehu, filii Obed, 1 *Par.* 2. 39. & 11. 26. & 27-10.

Heli, עֵלִי Elevatio, ſive oblatio, aut elevans, vel offerens, ſeu pila. Nomen ſacerdotis illius, qui Samuelem unxit in prophetam, 1 *Sam.* 1: 3. Pa-

ter item Ioseph mariti Mariæ virginis, *Luc.* 3: 23. qui *Matth.* 1: 3. dicitur Iacob.

Heliodorus, ἡλιόδωρος Solis donum. G. nomen viri, 2 *Mach.* 3: 7.

Heliopolis, אֹן ἡλιόπολις Hebraicè dicitur On: & transfertur dolor, sive tristitia, aut fortitudo. Græcè verò Heliopolis, Solis civitas vertitur. Urbs Ægypti, quæ Thebæ aliàs dicitur, *Ezech.* 30: 17.

Helmon-deblathaim, עַלְמֹן־דִּבְלָתָיִם Duo nomina sunt: Helmon quod transfertur occultatio, sive adolescentia aut seculum, vel contemptus. Deblathaim, palathæ, id est, massæ de ficubus compactæ. Nomen loci in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Dibon-gad, *Num.* 33: 47.

Helon, חֵלֹן Fenestra, vel prophanatio, sive dolor, vel infirmitas. Nomen civitatis in terra Moab, *Num.* 1. 9. *Ier.* 48. 21. Pater Eliab principis tribus Zabulon, *Num.* 1. 9. & 10. 16. Est & nomen urbis, in terra Moab, quæ Hebraicè dicitur, חולן. *Ier.* 48: 21.

Hemam, הֵימָם Turbatio eorum, aut tumultus eorum. Filius Lotan, filii Horræi, *Gen.* 36: 22. qui 1 *Par.* 1. 39. dicitur Homam.

Heman, הֵימָן Multus, aut tumultuans: vel Syriacè, fidelis. Filius Maol, 1 *Reg.* 4: 31. Filius Ioel, 1 *Par.* 6: 33. & 15. 17. & 16. 41.

Hemath, Vide Emath.

Hemona, הֲמוֹנָה Popularis, sive populus noster. Nomen civitatis in tribu Benjamin, *Ios.* 18: 24.

Hemor, חֲמוֹר ἐμμὼρ Asinus, sive lutum, aut vinosus: vel Syriacè, gravis, aut ponderosus. Pater Sichem, *Gen.* 33: 19. & 34. 2. *Act.* 7: 16.

Hen, חֵן Gratia, sive misericordia, aut mansio, vel requies. Nomen viri, *Zach.* 6: 14.

Henadad, חֲנַדָד Gratia, vel misericordia dilecti. Nomen viri. *Neh.* 3: 10.

He-

Henoch, חֲנוֹךְ ἐνὼχ Dicatus, vel disciplinatus aut morigeratus. Filius Cain, *Gen.* 4: 18. Filius prætereà Jared, *Gen.* 5: 18. *Luc.* 3: 37. *Hebr.* 11: 5. Filius etiam Madian filii Abrahæ, *Gen.* 25: 4. Filius item Ruben. *Gen.* 46: 9. 1 *Par.* 5: 3. Civitas item quam Cain extruxit, illique filii nomen indidit.

Henochitæ, Idem. pl. n. *Num.* 26: 5.

Hépher, חֵפֶר Fodiens, aut explorans, sive opprobrium, vel confusio. Filius Ashur ex Naara uxore, 1 *Par.* 4: 6. Portio regni, terræque Chanaan, quam Josue expugnavit, *Ios.* 12: 17. 2 *Reg.* 14: 25. Urbs in tribu Zabulon, *Ios.* 12: 17.

Hepherita, חֵפְרִי Idem, *Num.* 26: 32.

Hephethah, ἐφφαθὰ *Marc.* 7: 34.

Her, עֵר ἤρ Vigil, aut denudans, vel effundens, sive æmulus, vel civitas. Filius Judæ, ex Sue uxore sua, *Gen.* 38: 3. 1 *Par.* 4: 21. Pater Elmadan, *Luc.* 3: 28.

Heran, עֵרָן Idem. Filius Suthala filii Ephraim, *Num.* 26: 32.

Heranitæ, הָעֵרָנִי Idem, *Num.* 26: 36.

Hercules, ἡρακλῆς Junonis vel dominatricis gloria. G. 2 *Mach.* 4: 19.

Hered, אֶרֶד Imperans sive descendens. Filius Balæ filii Benjamin. *Num.* 26. 40. Heb. Ard.

Hered, *Ios.* 12: 14. Onager: aut Syriacè, draco. Nomen civitatis.

Hereditæ, אַרְדִי Imperantes, sive descendentes. *Num.* 26: 40.

Herem, חֵרֶם Destructio, sive anathema, aut rete, vel reticulum: sive dedicatum, aut consecratum scil. Deo. Nomen viri, *Esd.* 10: 31.

Heri, עֵרִי Vigil, seu denudans, aut effundens, vel civitas mea: aut Syriacè, inimicus. Filius Gad filii Jacob, *Gen.* 46: 16.

Heritæ, Idem. pl. n. *Num.* 26: 16.

Herma, חֵרְמָה Destructio, sive anathema, aut rete, vel retiaculum, sive dedicatum, vel consecratum scil. Deo. Civitas in tribu Juda, *Jos.* 12: 14. Vide Harma.

Herman, ἑρμᾶν Sustentaculum, vel inauris. G. Vir quidam, *Rom.* 16: 14.

Hermes, ἑρμῆς Mercurius, aut lucrum vel refugium. G. Vir nomen. Rom. 16: 14.

Hermogenes, ἑρμογένης Mercurio genitus, aut lucri generatio, vel refugium generationis. G. vir quidam, 2 *Tim.* 1: 15.

Hermon, חֶרְמוֹן Destructio, sive anathema, vel rete sive retiaculum: aut dedicatum vel consecratum, scilicet Deo. Nomen montis, quem Sidonii Sarion, Amorrhæi Sanir vocant. *Deut.* 3: 8. *Jos.* 13: 5. *Psal.* 89: 13. Vide item 1 *Par.* 5: 23. Aliàs dicitur & Sion. *Deut.* 4: 48. A nonnullis traditur duos esse Hermon nomine montes: unum non procul à Gelboa juxta Jordanem: alterum vero multo altiorem altero supra Thrachonitidem regionem. Quod equidem haud obscurè etiam David *Psalm* 42. 7. innuere videtur, dum inquit, *De terra Jordanis & Hermoniim à monte modico.*

Hermonii, חֶרְמוֹנִים Idem. pl. n. *Psal.* 42. 7.

Herodes, ἡρῳδὴς pellis gloria, vel pellibus glorians, aut mons gloriæ vel arrogantiæ: aut Syriacè, draco ignitus. D. præses, sive procurator Galilææ constitutus à Romanis, *Luc.* 3: 1. rex Judææ, *Luc.* 1: 5.

Herodiani, ἡρῳδιανοὶ Idem. pl. n. D. *Matth.* 22: 16.

Herodias, ἡρῳδιὰς Idem. f. g. D. *Matth.* 14: 3.

Herodion, ἡρῳδίων Junonis vel dominatricis cantilena. G. cognatus Pauli, *Rom.* 16: 11.

He-

Hefebon, חֶשְׁבּוֹן Numerus, sive cogitatio, aut festinans intelligere vel ædificare. Nomen civitatis in Galaad Moabitarum, in qua habitavit Sehon rex Amorrhæorum, *Isa.* 15: 4. *Num.* 21: 33. quam ædificaverunt filii Ruben, *Num.* 32: 37. 1 *Par.* 6: 81.

Hefer, חֵצֶר Atrium, aut fænum. Nomen civitatis à Salomone ædificatæ. 1 *Reg.* 9: 15.

Hefli, ἐσλὶ prope me, vel juxta me, sive auferens vel separans. D. Pater Nahum patris Amos, *Luc.* 3: 25.

Hefmona, חַשְׁמוֹנָה Festinatio numerationis vel muneris, aut festinatio præparationis, vel legatio. Locus in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Methca, dividens Ægyptum & sortem tribu Judę ad mare usque tendentem, *Num.* 33: 29.

Hefrai, חֶצְרַי Atrium, sive fœnum. Nomen viri, 2 *Sam* 23: 35: qui Hefron, 1 *Chron.* 11: 37. dicitur.

Hefro, חֶצְרוֹ Atrium aut fœnum ejus. Nomen viri, 1 *Chron.* 11: 37. qui 2 *Sam.* 23: 35. dicitur Hefrai.

Hefron, חֶצְרוֹן Sagitta exultationis, sive divisio cántici, aut atrium vel fœnum. Nomen civitatis, quæ & Asor in tribu Juda, *Ios.* 15: 3. Filius Ruben, *Gen.* 46: 9. Item filius Juda sive potius filius Phares filii Juda, *Gen.* 46: 12. 1 *Par.* 4: 1.

Hefronitæ, חֶצְרוֹנִי Idem. *Num.* 26: 8.

Heth, חֵת Confractio, vel formido, aut stupor: vel Syriacè descensus. Nomen populi, *Gen.* 23: 3.

Hethalon, חֶתְלוֹן Contritio mansionis, aut formidabilis mansio sive involutio ejus. Nomen urbis, terminus Judææ ad Septentrionem, *Ezech.* 47: 15.

Hethæus, חִתִּי Confractus vel formidans, aut stupens: vel Syriacè, descendens. Filius Chanaan, *Gen.* 10: 15. à quo Hethæi.

Hethæi, חִתִּי Idem. Nomen populi, *Gen.* 15: 20: 2 *Reg.* 7: 6. Cyprum Hieronymus esse dicit.

Hethim, חִתִּים Idem, p. n. nomen loci, *Iudic.* 1: 26.

Heva, חַוָּה Viva, vel vivens. Prima mulier creata à Deo, *Gen.* 3: 20.

Hevæus vel Hevæi, חִוִּי Viventes, aut loquentes, vel nuntiantes: aut Syriacè, colubri. Filius Chanaan, *Gen.* 10: 17.

Hevæi, עִוִּים Iniqui, perversi, vel iniquitates, perversitates, subversiones. Populi habitantes ad Meridiem, quos expulerunt cappadoces, *Deut.* 2: 23. *Ios.* 13: 3. 2 *Reg.* 17: 31.

Hevila, חֲוִילָה Dolens, sive parturiens, aut loquens illi, sive annuntians illi, nomen regionis, *Gen.* 2: 11. & 25. 18.

Hevila, sive Hevilath, חֲוִילָה Dolens, sive parturiens, aut loquens illi, sive annuntians illi. Filius Chus, *Gen.* 10: 7. Filius item Jectan, *Gen.* 10: 29. nomen item regionis, 1 *Sam.* 15: 7. Getuli à Josepho dicuntur.

Hezeci, חִזְקִי Fortis, sive apprehendens. Filius Elphaal, 1 *Par.* 8: 17.

Hezion, חֶזְיוֹן Visio, vel prophetia. Pater Tabremon patris Ben-adad regis Syriæ, 1 *Reg.* 15: 18.

Hezir, חֵזִיר porcus: aut Syriacè, conversus, vel reversus. Nomen viri. 1 *Paral.* 24: 15.

¶ Hiel, חִיאֵל Vivit Deus, sive vita Dei. Nomen viri illius qui reædificavit Jericho, 1 *Reg.* 16: 34.

Hierapolis, ἱεράπολις Sacra civitas. G. Civitas Phrygiæ, haud procul à Colossis & Laodicea, *Col.* 4: 13.

Hieronymus, ἱερώνυμος Sacrum nomen. G. nomen viri. 2 *Mach.* 12: 2.

Hin,

Hin, הִין Mensura erat liquidorum, *Ezech.* 4: 11.

Hir, עִיר Civitas, aut vigil, sive effundens, vel denudans, aut pullus, scilicet asini. Filius Caleb filii Jephone, 1 *Par.* 4: 15. Sunt qui dicant hoc loco legendum esse Hirela, nomine compositio, non autem Hir & Ela. Tunc lege interpretationem dictionis Ela, & hujus dictionis Hir.

Hira, עִירָא Civitas, aut vigil, sive denudatio, aut effusio, vel acervus visionis, Filius Acces, 2 *Sam.* 23: 26. 1 *Par.* 27: 9.

Hiram, חִירָם Vitæ celsitudo, Rex Tyri, 2 *Sam.* 5: 11. qui 2 *Par.* 2: 3. 11. & 4. 11. & 8. 2. dicitur Huram Hebraicè.

Hiram, חוּרָם 2 *Par.* 2: 3. 11. & 4. 11. & 8. 2. Albedo eorum, sive foramen, vel libertas eorum, aut destruens, vel anathematizans. Heb. Huram: rex Tyri, qui 2 *Sam.* 5: 11. dicitur Hiram.

Hiram, *Gen.* 36: 43. 1 *Par.* 1: 45. Civitas eorum, sive vigilia eorum, aut denudatio, vel effusio eorum, sive acervus excelsus. Civitas Idumæorum.

Hiras, חִירָה Libertas, aut ira. Nomen viri Odollamitis, *Gen.* 38: 1. 12.

Hir semes, עִיר-שֶׁמֶשׁ Civitas solis: aut ex Hebræo & Syro, civitas servitii vel ministerii. Civitas in tribu Dan, *Ios.* 19: 41.

Hircanus, ἰρκάνος Civitatis possessor, seu virilans æmulator. D. nomen viri, 2 *Mach.* 3: 11.

Hispania, σπανία Rara, id est, pretiosa. G. Europæ regio latissima, *Rom.* 15: 24.

¶ Hoba, חוֹבָה Dilectio, vel absconsio: aut Syriacè obligatio, vel peccatum. Nomen loci, *Gen.* 14: 15.

Hobab, חוֹבָב Dilectus, Filius Raguel soceri Mosis *Num.* 10: 29. *Iud.* 4: 11.

Hod,

Hod, הוֹד Laus, sive confessio. Filius Supha filii Helem, 1 *Par.* 7: 37.

Hodes, חוֹדֶשׁ Mensis, aut novitas. Uxor Saharaim, 1 *Par.* 8: 9.

Holda, vel Holdai, חֻלְדָּה vel חֻלְדַי Mundus vel orbis aut mustela: vel Syriacè, rubigo. Nomen viri, 1 *Par.* 27: 15. *Zach.* 6: 10. Item prophetissa uxor Sellum filii Thecue. 2 *Reg.* 22: 14.

Holofernes, ὁλοφέρνης Fortis dux, ex Hebræo & Syro. D. Princeps militiæ regis Nabuchodonosor, *Iudith.* 2: 5.

Holon, חוֹלוֹן Fenestra, sive prophanatio, aut dolor. Civitas quæ de tribu Judæ seu Simeonis, Levitis data est, *Ios.* 15: 51. & 21. 15.

Homam, חוֹמָם Humultus, sive turbatio eorum. Filius Lotam filii Seir, 1 *Par.* 1: 39. qui *Gen.* 36: 22. dicitur Hemam.

Hon, אוֹן Dolor, sive fortitudo, aut iniquitas. Filius Pheleth, *Num.* 16: 1.

Hoppha, חֻפָּה Thalamus sive coopertorium, aut litus vel ripa ejus. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 13.

Hor, חוֹר Mons, sive concipiens aut demonstrans, sive ostendens. Nomen montis. *Num.* 20: 22. & 33. 38. in finibus terræ Idumææ prope Petram civitatem.

Horam, הוֹרָם Mons eorum, sive manifestans eos, aut concipiens eos, Rex Gazer, *Ios.* 10: 33.

Horeb, חוֹרֵב Desertum vel solitudo, sive destructio, aut siccitas vel gladius. Nomen montis in regione Madianitarum, *Exod.* 3: 1. *Psal.* 106. 19. Qui Sinai alias dicitur, in quo data fuit lex Mosi. Est & nomen petræ, *Exod.* 17: 6.

Horræi, חוֹרִים Principes, vel liberi, aut ingenui, vel irascentes. Gigantes, quos expulerunt filii Edom à morte Seir, *Deut.* 2: 12. 22. qui *Gen.* 14. 6.

14: 6. Chorræi dicuntur iisdem consonantibus & punctis.

Horrhæus, חוֹרִי Idem, s. n. *Gen.* 36: 20.

Horem, חֵרֶם Destructio, sive anathema, aut rete, vel retiaculum, sive dedicatum aut consecratum, scil. Deo. Civitas in tribu Nephthali, *Ios.* 19: 38.

Hori, חוֹרִי Princeps vel liber, aut ingenuus, vel irascens, filius Lotan filii Seir, *Gen.* 36: 22.

Horma, חָרְמָה *Ios.* 19: 29. Excelsa, sive projecta, aut vermis. Civitas in tribu Aser.

Horma, חֶרְמָה Destructio sive anathema, aut rete vel retiaculum, sive dedicatum aut consecratum, scil. Deo. Civitas in tribu tam Judæ quam Simeonis, *Num.* 21. 3. quæ *Iud.* 1: 17. dicitur Sephath, 1 *Par.* 4: 30. in *Ios.* 15: 30. scribitur Harma: in Josue verò. 19: 3. Bethul-harma, ubi unica dictio est, cum separatim legendæ sint: duæ enim sunt civitates.

Horonites, חוֹרוֹנִי Ira vel furor: aut Syriacè libertas, *Neh.* 2: 10.

Hosa, חוֹסָה Confidens, vel protegens. Nomen viri, 1 *Par.* 26: 10. Nomen item cujusdam janitoris. 1 *Par.* 16. 38. Civitas item quæ tribus Aser terminus est *Ios.* 9: 29.

Hosa, חוּשָׁא 1 *Par.* 4. 4. Festinans, sive tacens, aut sensualis. Civitas.

Hosanna, הוֹשַׁעְנָא ὡσαννὰ Salva obsecro, vel salva nunc, *Matth.* 21: 9. Heb. Hosaah-na.

Hotham, חוֹתָם Sigillum, aut signaculum, sive clausura. Filius Heber, filii Bariæ, filii Aser, filii Jacob, 1 *Par.* 7: 32. & 11. 44.

Hozai, חוֹזַי Videns. Nomen prophetæ, 2 *Par.* 33: 19.

Hoziel, חֲזִיאֵל Videns Deum. Filius Semei filii Gerson, 1 *Par.* 23: 9.

¶ Hu-

¶ Hucuca, חֻקֹּקָה Sculptura, vel præceptum, aut legislatio. Nomen civitatis in tribu Nephthali, *Ios.* 19: 34.

Hul, חוּל Dolor, vel infirmitas, sive arena: vel præstolatio, aut obstetricatio. Filius Aram *Gen.* 10: 23. Hic à Josepho lib. 1. antiq. jud. traditur Armenium instituisse. Quam alii verius arbitrantur ab ejus parte nomen inveniisse.

Hupham, חוּפָם Thalamus eorum, aut operimentum eorum, sive litus vel ripa eorum. Filius Benjamin, *Num.* 26: 39.

Huphamitę, חוּפָמִי Idem, *Num.* 26: 39.

Hur, חוּר libertas, sive albedo, aut foramen. Filius Juda, filii Jacob, 1 *Par.* 4: 1. qui *Gen.* 46: 12. dicitur Onan. Filius Caleb. Ex Ephrata uxore, 1 *Par.* 2: 19. Rex item Madianitarum, *Num.* 31: 8.

Hurai, Idem. Nomen viri, 1 *Par.* 11: 32. qui 2 *Sam.* 23: 30. dicitur Hedlai.

Huram, חוּרָם Libertas eorum, sive albedo eorum, aut foramen eorum. Filius Bela filii Benjamin, 1 *Par.* 8: 5.

Huri, חוּרִי Irascens, vel libertas, sive albedo, aut foramen. Pater Saphat, *Num.* 13: 6. Pater Abihail, 1 *Par.* 5: 14.

Hus, עוּץ Consilium, aut lignum: vel Syriacè, fixus. Filius Aram, *Gen.* 10: 23. Is juxta Josephum atque Jeronymum Trachonitidis & Damasci conditor extitit. Nam principatum tenuit inter Palæsthinam & Cœlesyriam. Hujus regio, in Job, à LXX. interpretibus Ausitidis quasi Husitidis dicitur, *Iob* 1: 1. Primogenitus item Nachor *Gen.* 22: 21. Filius item Dison filii Seir, *Gen.* 36: 28.

Husam, חֻשָׁם Festinatio eorum, aut silentium eorum, vel sensualitas eorum. Rex tertius qui regnavit in Edom, *Gen.* 36: 34.

Hu-

Huſathi, חֻשָׁתִי Feſtinans, vel tacens, aut ſenſualitas. Civitatis nomen, 2 *Sam.* 21: 18.

Huſatides, Idem, 1 *Paral.* 27: 11.

Huſi, חוּשִׁי Feſtinans, vel tacens, aut ſenſualitas. Pater Baana, 1 *Reg.* 4: 16.

Huſim, חֻשִׁים Idem, p.n. Altera uxor Saharaim, 1 *Par.* 8: 8. Filius Dan filii Jacob, *Gen.* 46: 23.

¶ Hymenæus, ὑμέναιος Carmea nuptiale. G. nomen viri qui à fide Chriſti excidit, 2 *Tim.* 2: 17.

Litera I.

¶ Iabel, יָבָל Defluens, ſive apportans, vel inveteraſcens, aut germinans, ſive jubilæus, aut buccina. Filius Lamech ex Ada uxore, *Gen.* 4: 20.

Iabes, יָבֵשׁ Siccitas, vel confuſio. Pater Sellum, 2 *Reg.* 15: 10. Aquo Iabes Galaad. Civitas. *Iud.* 21: 8. 1 *Sam.* 11: 1.

Iades, יַעְדַי Triſtitia ſive dolor. Nomen loci, 1 *Paral.* 2: 55. Eſt & nomen viri, 1 *Paral.* 4: 9.

Iabes Galaad, יָבֵשׁ גִּלְעָד ſiccitas, vel confuſio acervi teſtimonii. Nomen civitatis, *Iudic.* 21: 8. 1 *Sam.* 11: 1.

Iabin, יָבִין intelligens, ſive ædificans. Rex Aſor, *Ioſ.* 11: 1. *Iud.* 4: 2. *Pſal.* 83: 10.

Iabina, יָבְנָה ædificans, aut intelligens. Nomen civitatis, 2 *Par.* 26: 6.

Iaboc, יַבּוֹק Evacuatio, vel diſſipatio, aut luctа. Nomen vadi in Jordanem profluentis, *Gen.* 32: 22.

Iacan, יַעְקָן Tribulatio vel labor, aut ablatio poſſeſſionis vel nidi. Filius Eſer filii Seir, 1 *Par.* 1: 42. qui *Gen.* 36: 18. dicitur Acan, *Deut.* 10: 6.

Iacanam, יָקְנְעָם Poſſidens populum, ſive nidificatio populi. Nomen loci in Carmelo, *Ioſ.* 12: 22.

Ia-

Iachan, יָעָן Conterens, vel comprimens, sive ablatio basis. Nomen viri, 1 *Par.* 5: 13.

Iachin, יָכִין Præparans, sive præparatio, vel firmitas. Filius Simeonis filii Jacob, *Gen.* 46: 10. Nomen item columnæ in porticu Salomonis, 1 *Reg.* 7: 21. 2 *Par.* 3: 17. nomen item sacerdotis, 1 *Par.* 9: 10.

Iachinitæ, הַיָּכִינִי Idem, *Num.* 26: 12.

Iacim, יָקִים Surgens, aut confirmans. Filius Semei, 1 *Par.* 8: 19. & 24: 12.

Iacob, יַעֲקֹב Supplantator, vel calcaneus: aut planta, id est, vestigium. Filius Isaac, *Gen.* 25: 26. & 27. 36.

Iacoba, יַעֲקֹבָה Idem. Nomen principis, 1 *Par.* 4: 36.

Iacobus, *ἰάκωβος* Idem, nomen apostoli fratris Johannis euangelistæ, quorum pater Zebedæus dicebatur, *Matth.* 4: 20.

Iaddo, יָדוֹ Manus ejus, aut potestas ejus, sive confessio ejus. Nomen viri, 1 *Par.* 27: 21.

Iada, יָדַע Sciens, vel cognoscens. Filius Onan, filii Ierameel ex Atara uxore, 1 *Par.* 2: 28.

Iadaia, יְדַעְיָה Scientia Domini, vel cognitio Domini. Nomen viri. *Esd.* 2: 38.

Iadason, *Ἰάδασος* Cognitio ovis, vel cognitio mutationis. D. *Iudith.* 1: 6.

Iadias, יְחִדְיָהוּ Simul, vel solus dominus, aut gaudium, sive acumen domini: vel ex Syro & Hebræo, unus dominus. Nomen viri, 1 *Par.* 27: 30.

Iadihel, יְדִיעֲאֵל Scientia Dei, vel cognitio Dei, Filius Benjamin, 1 *Par.* 7: 6. & 11: 45. qui *Gen.* 46: 21. dicitur Asbel.

Iadon, יָדוֹן Iudicans, aut litigans, vel manus ejus. Nomen viri, *Neh.* 3: 7.

Iagur, יָגוּר Colonus, vel advena: aut timens, sive

five congregans. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15: 21.

Iahaddai, יַחְדַּי Simul vel solus ego, aut acutus vel gaudens, aut Syriacè, unitas mea. Nomen viri, 1 *Par.* 2: 47.

Iahala, יַחְלָא Ascendens, aut damula, vel caprea, nomen viri, *Neh.* 7: 57.

Iahath, יַחַת Confractus, aut formidans, vel stupens: aut Syriacè, descendens, Filius Lobni filii Gerson, 1 *Par.* 6: 20. Filius Raia filii Subal, 1 *Par.* 4: 1. & 24. 22. Præpositus instaurantibus templum, de filiis Merari, 2 *Par.* 34: 12.

Iahazia, יַחְזִיָה Visio Domini, *Esd.* 10: 15.

Iahaziel, יַחְזִיאֵל Videns Deum, vel visio Dei. Nomen sacerdotis, 1 *Par.* 16: 6. Filius Hebron, 1 *Par.* 23: 19. Filius Jahath, 1 *Par.* 24: 23. 2 *Par.* 20: 14.

Iahel, יָעֵל Ascendens, aut damula, vel caprea. Uxor Haber Cinæi. *Iudic.* 4: 16.

Iahelel, יַחְלְאֵל Expectans Deum, aut orans Deum, sive incepit Deus. Filius Zabulon, *Gen.* 46: 14.

Iahelelitæ, יַחְלְאֵלִי Idem, *Num.* 26: 26.

Iahiel, יְחִיאֵל Vivit Deus. Nomen viri, 1 *Par.* 15: 18. & 16. 5. & 23. 8. & 29. 8. 2 *Par.* 21: 2. & 29. 14. & 31. 13. & 35. 8. *Esd.* 8: 9. & 10. 3.

Iair, אִיר illuminans, vel illuminatus. Filius Segub filii Esrom filii Phares, filii Juda 1 *Par.* 2: 22. Fuit & nomen judicis in Israel. *Iud.* 10: 3. Nomen item loci, *Ios.* 13: 30.

Iairi, יָאִרִי Lux mea, sive illuminans, aut illuminatus. *Esth.* 11: 2.

Iairites, הַיָּאִרִי Illuminatus, aut flumen, aut fluvialis. 2 *Sam.* 20: 26.

Iairus, ἰάειρος Idem. D. nomen viri, *Marc.* 5. 22. *Luc.* 8: 41.

Iala, יַעֲלָא Ascendens, aut damula, vel caprea. Nomen viri, *Esd.* 2: 56

Iadaleel, יְהַלְלְאֵל Laudans Deum, aut claritas sive illuminatio Dei. Nomen viri, 1 *Par.* 4: 6.

Ialleel, יְחַלְאֵל Idem. Nomen viri, 1 *Par.* 4: 16.

Ialon, יָלוֹן Manens, sive murmurans. Filius Esra, 1 *Par.* 4: 16.

Iambri, Amaricans, sive rebellans, aut commutans. D. nomen viri, 1 *Mach.* 9: 37.

Iamin, יָמִין Dextera, vel dexter, aut auster, vel australis. Filius Simeonis filii Jacob, *Gen.* 46: 10. 1 *Par.* 4: 24. Filius Ram primogeniti Ieramehel, 1 *Par.* 2: 27.

Iaminitæ, יְמִינִי Idem. *Num.* 26: 12.

Iamnia, ἰαμνέια Ædificans aut intelligens. Nomen civitatis, 1 *Mach.* 4: 15.

Iamnitæ, ἰαμνεῖται Idem, D. 2 *Macch.* 12: 9.

Iamnor, ἀναμίας Maris lucerna, aut dextera lucis, vel dexteræ lumen. D. nomen viri, *Judith.* 8: 1.

Iamra, יִמְרָה Rebellis, aut amaricans, sive commutatio. Filius Sepha, filii Helem, 1 *Par.* 7: 37.

Iamuel, יְמוּאֵל Dies ejus Deus, aut mare Dei. Filius Simeonis filii Jacob, *Gen.* 46: 10. qui 1 *Par.* 4: 24. dicitur Namuel.

Ianai, יָנַי Respondens, sive affligens, aut depauperans. Filius Gad, 1 *Par.* 5. 12.

Ianne, ἰαννὰ Respondens, vel incipiens loqui, aut afflictus, sive humiliatus, vel pauper. D. Pater Melchi patris Levi, *Luc.* 3: 24.

Iannes, ἰαννῆς Idem. D. nomen incantatoris ex eorum numero qui Mosi restiterunt, cum signa faceret coram Pharaone, 2 *Tim.* 3: 8.

Io-

Ianoe, יָנוֹחָה Requiescens, aut manens, sive deducens. Nomen civitatis in tribu Ephraim, *Ios.* 16: 6. 1 *Reg.* 15: 29.

Ianum, יָנוּם Dormiens. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15: 53.

Iapheth, יֶפֶת Dilatatus aut pulcher, vel persuadens. Filius Noe, *Gen.* 5: 32. Hic Aphricam tenuit secundum Berosim, à quo Gentiles.

Iaphia, יָפִיעַ illuminans, sive apparens, aut gemens. Filius David, 2 *Sam.* 5: 16. 1 *Par.* 3: 7. & 14. 6. Rex item Lachis. *Ios.* 10: 3.

Iaphie, Idem. Nomen oppidi in tribu Zabulon, *Ios.* 19: 12.

Iara, יָרֹחַ Odorans, sive aspirans, aut luna, vel mensis. Pater Huri, 1 *Par.* 5: 14. Hebraicè, Jaroah.

Iara, יְעָרָה Sylva, aut favus sive denudans, vel effundens, aut evigilans. Filius Ahaz, 1 *Par.* 9: 42. qui cap. 8. vers. 39. dicitur Joada.

Iaromoth, יַרְמוֹת Altitudines, sive timens mortem, aut projectio mortis. Nomen civitatis in tribu Issachar data Levitis, *Ios.* 21: 29.

Iare, יֶרַח Luna, vel mensis, sive odorans. Filius Jectan, *Gen.* 10: 26.

Iared, יֶרֶד Imperans, vel descendens. Filius Maalaleel. *Gen.* 5: 15. Filius item Esra, 1 *Par.* 4: 18.

Iarephel, יְרַפְאֵל Sanitas Dei, aut medicina Dei, sive relaxans Deus. Civitas in tribu Manasse, *Iosue* 18: 27.

Iarib, יָרִיב Pugnans, vel objurgans, sive multiplicans. Filius Simeonis filii Jacob, 1 *Par.* 4: 24. qui *Gen.* 46: 10. dicitur Ahod.

Iarim, יְעָרִים Saltus, vel Sylvæ, Civitas, *Ios.* 15: 10.

Iassen, יָשֵׁן Antiquus, sive dormiens. Nomen

viri, 2 *Sam.* 23: 32. qui 1 *Par.* 11: 34. dicitur Aſſem.

Iaſa, יְהֹצָה Rixa vel contentio, aut exitus domini. Nomen civitatis, quæ de tribu Ruben Merari nepotibus data eſt, juxta Joſuam ex Hebræo, *Num.* 21: 23. *Deut.* 2: 32. *Iud.* 11: 20. 1 *Par* 6: 78.

Iaſa, יְהִי *Iſa.* 15: 4. Rixa vel contentio, Heb. Jahas.

Iaſer, יְצֵר Figmentum, ſive plaſmatio, aut tribulans vel anguſtians. Vide Leſer.

Iaſeritæ, יְצָרִי Idem, *Num.* 26: 49.

Iaſer, יָשָׁר Rectus, aut cantus, ſive reſpicens, aut dominans, vel prævalens. Filius Caleb ex Azuba prima uxore, 1 *Par.* 2: 18.

Iaſi, יַעַשַׂי faciens, vel factor meus. Nomen viri, *Eſd.* 10: 37.

Iaſiel, יְחַצִּיאֵל Dividens Deus, vel dimidians Deus, aut feſtinatio Dei. Filius Nephthali. *Gen.* 46: 24. 1 *Par.* 7: 13.

Iaſiel, יַעֲשִׂיאֵל 1 *Par.* 11: 47. & 27. 21. Opus Dei, vel factura Dei. Vir de Maſobia.

Iaſon, *ἰάσων* Sanans, vel medicans. G. 1 *Mach.* 12: 16. Nomen viri, *Act* 17: 7. *Rom.* 16: 21.

Iaſon, vide Mnaſon.

Iaſub, יָשׁוּב Converſio aut habitatio, aut ſeſſio. Filius Iſaiæ prophetæ, *Iſa.* 7: 3. Filius item Iſſachar, 1 *Par.* 7: 1. qui *Gen.* 46: 13. dicitur Job.

Iaſubitę, יָשֻׁבִי Idem. *Num.* 26: 24.

Iateba, יָטְבָה Benefaciens, vel bonitas ejus, aut divertens vel declinans in ea. Nomen loci, 2 *Reg.* 21: 19.

Iathaneel, יְתַנְיאֵל Donum Dei. Nomen viri, 1 *Par.* 26: 2.

Iavan, יָוָן Decipiens, vel contriſtans, aut cœnoſus,

sus, vel columbus. Filius Japhet, *Gen.* 10: 1. A quo Jones sive Græci, *Ezech.* 27: 19.

Iaus, יָשׁוּשׁ Tinea corrosus, aut compressus, vel congregatus. Nomen viri. 1 *Par.* 23: 10.

Iazer, יַעְזֵר auxiliator, sive audiutor. Urbs Amorrhæorum, sive Moab, *Isa.* 16: 9. *Num* 21: 32. quem construxerunt filii Gad, *Num.* 32: 35. *Ios.* 13: 25.

Iaziel, יְעִיאֵל Aspersio Dei, vel distillatio Dei Filius Azmoth. 1 *Par.* 12: 3.

Iaziel, יַעֲזִיאֵל Fortitudo Dei. Nomen sacerdotis, 1 *Par.* 15: 18.

Iaziz, יָעִיז Splendor: aut Syriacè, discessio. Nomen proprium viri, 1 *Par.* 27: 31.

¶ Icamia, יְקַמְיָה Resurrectio domini, aut confirmatio domini, vel vindicans dominus. Filius Sellum filii Sisamoi filii Elasa. 1 *Par.* 2: 41.

Ichabod, אִיכָבוֹד Ubi gloria, aut væ gloriæ. Filius Phinees filii Heli sacerdotis, 1 *Sam.* 4: 21.

Iconium, *ἰκόνιον* Veniens G. Celeberrima urbs Lycaoniæ est de qua Plin. lib. 5. cap. 27. Strabo lib. 12. Volat. lib. 10. Geogr. Est aliud Iconium Ciliciæ civitas, cujus Lucas meminit, *Act.* 14: 1. In hac Paulus & Barnabas prædicarunt. Hujus fit mentio etiam 2 *Tim.* 3: 11.

Icutiel, sive jecutiel, יְקוּתִיאֵל Spes Dei, aut congregatio Dei. Nomen viri, 1 *Par.* 4: 18.

¶ Idaia, יְדָיָה Manus domini, vel confessio domini. Pater Allon patris Sephi, *Par.* 4: 37.

Idaia, יְדַעְיָה *Nehem.* 7: 38. & 11. 9. *Zach.* 6: 14. Scientia domini. Nomen viri.

Idida, יְדִידָה Dilecta, sive amabilis, vel manus ejus: aut per translationem, potestas manus ejus, Mater Josiæ, 2 *Reg.* 22: 1.

Idithun, יְדוּתוּן Lex ejus, vel legalis, sive laudem

vel confessionem dans. Pater Galal, 1 *Par.* 9: 16. *Psal.* 39: 1.

Idox, עִדּוֹ Jucundus, vel lętus, aut triturans. D. *Iudith.* 8: 1.

Idumæa, אֱדוֹם Rufa, vel terrena, aut sanguinea. Regio Syriæ, sic dicta ab Edom filio Esau, *Isa.* 11: 14. 2 *Sam.* 8: 14. Heb. Edom. Vide Edom.

Idumęę, אֲדוֹמִית Idem, f. g. 1 *Reg.* 11: 1.

Idumæi, אֱדוֹם Rufi, sive terreni, aut sanguinei, 2 *Reg.* 8: 21. idumæi, inquit Volater. lib. 11. Geograph. in litore Palæsthinæ versus Ægyptum & Arabiam siti sunt. Gens ex Nabathæis vicinis Arabiæ populis profecta. Inter hos sunt oppida Philisthinorum ab Hebræis appellatorum, qui iidem cum Palæsthinis mutatis literis sunt.

Idumęus, אֲדוֹמִי Idem. f. n. 1 *Sam.* 21: 7.

¶ Ie-abarim, עִי-הָעֲבָרִים Acervi Hebræorum vel transeuntium, aut acervi irascentium vel prægnantium, aut ex Hebræo & Syro, acervi frumenti, Trigesima octava Israëlitarum mansio in Moabitarum finibus, *Num.* 21: 11. & 33: 44.

Iebahar, יִבְחָר Electio, sive electus. Filius David, 2 *Sam.* 5: 15. 1 *Par.* 3: 6. & 14: 15.

Iebanitas, יִבְנִיָּה Ædificatio domini, sive filiatio domini, vel intellectus Domini. Pater Rahuel, 1 *Par.* 9: 8.

Ieblaam, יִבְלְעָם Inveteratio populi, vel defluens populus, aut germinatio populi, sive deglutiens eos. Nomen urbis in tribu Manasse, *Ios.* 17: 11. *Iud.* 1: 27. 2 *Reg.* 9: 27.

Iebnael, יִבְנְאֵל Ædificatio Dei, sive intellectus Dei. Nomen civitatis, terminus tribus Nephthali, *Ios.* 19: 33.

Iebneel, Idem. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 11. Dicitur aliàs Iamnetorum portus.

Ie-

Ieboc, יַבֹּק Evacuatio, vel diſſipatio, aut lucta. Nomen torrentis, *Num.* 21: 24. *Deut.* 2: 37. *Ioſ.* 12: 2. Dicitur & Iaboc, *Gen.* 32: 22.

Iebſem, יִבְשָׂם Aromatizans, vel ſiccitas eorum, aut confuſio vel erubeſcentia eorum. Filius Thola, filii Iſſachar, filii Iacob, 1 *Par.* 7: 1.

Iebus, יְבוּס Conculcatio, aut volutatio, vel præſepium. Nomen civitatis quæ & Ieruſalem dicitur, *Ioſ.* 18. 28. *Iud.* 19: 10.

Iebuſæi, יְבוּסִי conculcati, vel volutati, aut præſepia. *Gen.* 15: 20.

Iebuſæus, Idem, ſ. n. Filius Chanaan, *Gen.* 10: 16. 2 *Sam.* 5: 8. à quo primum Ieruſalem, Iebus: & Ieroſolymitæ Iebuſæi vocati ſunt.

Iechelia, יְכָלְיָהוּ Conſummatio domini, vel poteſtas domini. Mater Azariæ regis Juda, 2 *Reg.* 15: 2.

Iecemia, יְקַמְיָה Reſurrectio domini, ſive confirmatio domini, aut vindicta Domini. Filius Iechoniæ filii Ioacim, 1 *Par.* 3: 18.

Iecmaam, יְקַמְעָם Reſurrectio populi, ſive confirmatio vel vindicta populi. Civitas in tribu Zabulon 1 *Regum.* 4. 12. 1 *Par.* 6: 68. Item filius Hebron, 1 *Paral.* 23: 19.

Iecnam, יְקָנְעָם Poſſeſſio populi, ſive emptio, aut nidificatio populi. Nomen civitatis. *Ioſ.* 21: 34. quæ *Ioſ.* 19: 11. dicitur Ieconam, iiſdem conſonantibus & punctis.

Iehonias, יְכָנְיָה Præparatio domini, aut firmitas domini. Filius Joacim filii Joſiæ, 1 *Par.* 3. 19. Rex Juda, *Eſth.* 2: 6. *Ier.* 22: 28. & 37: 1.

Iechonias, יְכָנְיָהוּ *Ier.* 22: 28. & 37. 1. Præparatus ipſe. Hebr. Chonias, qui 1 *Par.* 3: 16. dicitur Iechonias.

Iecſan, יְקְשָׁן Durities, ſive ſcandalum: aut

Syriacè, collisio. Filius Abrahę ex Cetura, *Gen.* 25: 2.

Iectan, יָקְטָן Parvulus, aut tædium, sive contentio. Filius Heber, *Gen.* 10: 25.

Iecthel, יָקְתְאֵל Congregatio Dei. Nomen civitatis tribus Juda, *Ioſ.* 15: 38. 2 *Reg.* 14: 7. Euſebio Petra.

Iedaia, יְדַעְיָה Scientia domini, vel cognitio domini. Nomen ſacerdotis, 1 *Par.* 9: 10. & 24. 7.

Iedaia, יְדָיָה Manus domini ſive confeſſio domini. Filius Haromaph, *Neh.* 3: 10.

Iadala, יְדָאֲלָה Manus juramenti aut maledictionis, ſive execrationis: aut ex Hebræo & Syro, manus Dei. Civitas in tribu Zabulon, *Ioſ.* 19: 15.

Iedda, יְדַע Scitus, aut cognitus. Nomen viri, *Neh.* 12: 11. 21.

Ieddo, יְחְדּוֹ Solus ipſe, vel unus ipſe, aut lætitia ejus, ſive acumen ejus: vel Syriacè, novitas ejus, Filius Buz, 1 *Par.* 5: 14.

Ieddoa, יְדַע Scitus vel cognitus. Nomen viri. *Neh.* 12: 11.

Ieddu, יְדִי vel יְדֵי Manus meæ, ſive confeſſiones meæ. Nomen viri, *Eſd.* 10: 43. *Neh.* 12: 10.

Ieddua, יְדַע Scitus, aut cognitus. Nomen viri. *Neh.* 10: 21.

Iedebos, יְדֶבֶשׁ Mellifluus, aut manus confuſionis vel erubeſcentiæ. Filius Eram, 1 *Par.* 4: 3.

Iediel, יְחִיאֵל Unitas Dei, ſive lętitia Dei, aut acumen Dei, vel ex Syro & Hebræo, renovatio Dei. Nomen principis, 1 *Par.* 5: 24.

Iadihel, יְדִיעְאֵל Scientia Dei, vel cognitio Dei. Filius Samri. 1 *Par.* 11. 45. Princeps militum. 1 *Par.* 12: 20.

Iedlaph, יְדְלָף Diſtillatio, vel ſtillicidium: aut

ex

ex Hebræo & Syro, manus juncta. Filius Nachor ex Melcha, *Gen.* 22: 22.

Iegaal, יִגְאָל Redemptor vel redemptus, sive inquinatus. Filius Semeiæ filii Sechemiæ, 1 *Par.* 3: 22.

Iegbaa, יִגְבְּהָה Exaltatio, sive altitudo. Civitas est *Num.* 32: 35. quam ædificaverunt filii Gad, *Iud.* 8: 11.

Iegedelia, יִגְדַלְיָהוּ Magnitudo domini. Pater Hanan, *Ier.* 35: 4.

Iehedeia, יְחַדְיָהוּ Unus dominus, aut lætitia domini, sive acumen domini: aut ex Syro & Hebræo, renovatio domini. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 20.

Ieheth, יְחַת Confractus vel formidans aut stupens: vel Syriacè, descendens. Nomen viri, 1 *Par.* 23: 10.

Iehezieli, יְחִזִיאֵל Videns Deum, vel visio Dei, Nomen viri, 1 *Par.* 12: 4.

Iehias, יְחִיָה Vivit dominus. Sacerdos quidam, 1 *Par.* 15: 23.

Iehiel, יְעִיאֵל Abstulit Deus, aut coacervans Deus. Nomen scribæ 2 *Par.* 26: 11. Nomen item cantoris, 1 *Par.* 9: 35. & 11. 44. & 15: 18. & 16. 5. 2 *Par.* 35: 9. *Esd.* 8: 13. & 19. 43. Nomen etiam principis, 1 *Par.* 5: 35.

Ieheli, יְחִיאֵלִי Vivit Deus. Nomen viri, 1 *Par.* 26: 21.

Iehova, יְהוָה Ens existens ab æterno & in æternum. *Gen.* 4: 26. & 14: 12. & 15. 7. Et passim alibi. Est soli Deo proprium, & nunquam extra compositionem creaturis competit *Psal.* 83: 19. *Ies.* 42: 8. Etiam regulæ grammaticæ docent esse nomen proprium. Superstitiosi Judæi adhuc hodie loco Jehova pronunciant Adonai, & non audent pronunciare Jehova; imo olim sub pœnâ capitali & æternâ ejus pronunciationem populo interdixerunt. Jehova *Num.* 21: 5. 6.

tribuitur Christo 1 *Cor.* 10: 9. & *Num.* 12. 6. Spiritui S. 2 *Pet.* 1: 21. Ante Mosen nomen Jehova quâ tale populo fuit notum, sed non ejus significatio *Exod.* 6: 3. Trinitas personarum non potest probari ex tribus ejus diversis literis, vel ex tribus syllabis, vel ex tribus vocalibus; nec duæ naturæ in Christo, vel duplex respectus in eo, propter secundam literam ה in יהוה duplicatam. Christus sua miracula non fecit per rectam ejus nominis pronunciationem.

Iehu, יְהוּא Ipse, sive existens. Filius Josaphat, 2 *Reg.* 9: 2. nomen prophetæ filii Anani, 1 *Reg.* 16: 1. Filius Namsi. 1 *Reg.* 19: 17. Filius Obed filii Ophlal, 1 *Par.* 2. 38. Filius Josabiæ princeps, 1 *Par.* 4: 35. & 12. 3.

Iehuel, יְעוּאֵל Abstulit Deus, aut coacervans Deus. Filius Zara, 1 *Par.* 9: 6.

Iehus, יְעוּשׁ Tinea corrosus, aut compressus, vel congregatus. Filius Esau ex Oolibama, *Gen.* 36. 5. Filius Balan filii Jadihel, filii Benjamin, 1 *Par.* 7: 11. Secundus filius Esec, 1 *Par.* 8: 39.

Iehus, יְעוּשׁ 1 *Par.* 8: 10. Consilians vel ligneus, aut Syriacè, fixus. Filius Saharaim, ex Hodes uxore sua.

Iehieli, יְחִיאֵלִי Vivit Deus. Nomen viri, 1 *Par.* 26: 21.

Iemái, יְחַמַּי Calefaciens, aut calidus: filius Thola filii Issachar filii Jacob, 1 *Par.* 7: 2.

Iemini, יְמִינִי Dextera, vel dexter. Pater Aphia, 1 *Sam.* 9: 1. 2 *Sam.* 16: 11. Pater Chusi, *Psal.* 7: 1.

Ieminæus. Idem. 2 *Sam.* 20: 1.

Iemla, יִמְלָה Repletio, aut circumcisio. Pater Michææ prophetæ, 1 *Reg.* 22: 8. 9.

Iemlech, יִמְלֶךְ Regnans, aut Syriacè, consulens: Nomen principis cujusdam, 1 *Par.* 4: 14.

Iem-

Iemna, יִמְנָה Dextera, aut numerans sive præparans: vel Syriacè, constituens. Filius Aser, filii Jacob, *Gen.* 46: 17. Pater Core, 1 *Par.* 7: 30. 2 *Par.* 31: 14.

Iemna, יִמְנָע 1 *Par.* 7: 35. Prohibitio aut impedimentum, sive mare commotum. Filius Helem.

Iemnaitæ, יִמְנָה Dexteræ, aut numerantes, sive præparantes vel constituentes, *Num.* 26 44.

Ieus, יְעוּשׁ Tinea, corrosus, aut compressus, sive congregatus. Filius Roboam ex Abihail. 2 *Par.* 11: 19.

Iephdaia, יִפְדָיָה Redemptio Domini. Filius Sesac. 1 *Par.* 8: 25.

Iephlat, יֶפְלֵט Liberatus, aut expulsus. Filius Heber, filii Bariæ, filii Aser, filii Jacob, 1 *Par.* 7: 32.

Iephleti, יִפְלֵטִי Idem, Terminus filiorum Joseph, *Ios.* 16: 3.

Iephone, יְפֻנֶּה Aspiciens, sive intuens. Pater Caleb, *Num.* 13: 7.

Jephone, Idem: filius Iether, 1 *Par.* 7: 38.

Iephta, יִפְתָּח Aperiens. Civitas quæ in sortem tribus Judæ cessit, *Ios.* 15. 43.

Iephtahel, יִפְתַּחְאֵל Aperiens Deus. Nomen vallis, terminus tribus Zabulonis, *Ios.* 19: 14.

Iephte, יִפְתָּח Aperiens: filius Galaad ex meretrice, judex in Israel, *Iud.* 11: 1.

Ieraa, יֶרַח Luna, aut mensis, sive odoratio. Servus Ægyptius. Sesan filii Iesi, filii Apphaim, 1 *Par.* 2: 34.

Ierameel, יְרַחְמְאֵל Misericordia Dei: aut ex Syro & Hebræo, dilectio Dei: filius Esrom filii Phares, 1 *Par.* 2: 9. Est & regio Philisthiim, 1 *Par.* 2: 9.

Ierçaam, יֶרְקְעָם Extensio eorum, sive viriditas populi

populi, aut ſputum populi, vel armatura aut evacuatio populi. Civitas eſt, quæ ſorte miſſa tribui Dan obtigit ſecundum commentatorem Hebræorum, 1 *Par.* 2: 44.

Iercon, יַרְקוֹן Ærugo, aut viriditas, ſive ſputum, vel armatura, aut evacuatio. Civitas, in tribu Dan. *Ioſ.* 19: 46.

Ieremia, ſive Ieremias, יִרְמְיָה ſive יִרְמְיָהוּ Celſitudo domini, vel ſublimitas domini, aut exaltans dominum. Nomen principis, 1 *Par.* 5: 24. Eſt & nomen prophetæ filius Helciæ, *Ier.* 1: 1.

Ieremiel, יִרְחַמְאֵל Miſericordia Dei: aut ex Syro & Hebræo dilectio Dei: filius Amelech, *Ier.* 36: 36.

Ierias, יִרְאִיָּה timor domini, vel viſio domini: aut projectio domini. Filius Selemiæ filii Hananiæ, *Ier.* 37: 12.

Ieriau, יְרִיָּהוּ Idem. Filius Hebron. 1 *Par.* 23: 19.

Ieribai, יְרִיבַי Pugnans, ſive objurgans aut multiplicans. Filius Elnaem, 1 *Par.* 11: 46.

Iericho, יְרִיחוֹ Ἰεριχώ Luna, vel menſis, aut odor ejus. Civitas opulentiſſima in tribu Benjamin, ab Jeroſolymis CL. & à Jordane LX. diſtans ſtadiis. *Num.* 22: 1. *Ioſ.* 2. 1. Quam ædificavit Hiel de Bethel, 1 *Sam.* 16: 34. 2 *Par.* 28: 15. *Matth.* 20: 29. *Luc.* 18: 35. & 19. 1. Nobilius palmetis & balſami viridariis. Unde etiam civitas palmarum appellatur. *Deut.* 34-3.

Ierichontinus, Idem, *Ier.* 39: 15.

Ieriel, יְרִיאֵל Timor Dei, aut viſio vel projectio Dei. Filius Thou, filii Iſſachar, filii Jacob, 1 *Par.* 7: 2.

Ierimoth, יְרִמוֹת Altitudines, ſive timens mortem, aut videns mortem, ſeu projectio mortis. Filius Bela, filii Beniamin, filii Jacob, 1 *Par.* 7: 7.

Filius

Filius item Beziæ, 1 *Par.* 8: 14. 2 *Par.* 31: 13. Est & nomen civitatis, cujus rex dicebatur Pharam, *Ios.* 10: 3. Item in tribu Juda, *Ios.* 15: 35. In tribu item Issachar, data Levitis, quę Jaramoth dicitur, *Ios.* 21: 29.

Ierimuth, Idem. Nomen viri, 1 *Par.* 12: 5.

Ierioth, יְרִיעוֹת Cortinæ, sive linteamina, aut ululationes, sive confractiones. Filius Caleb ex Azuba uxore, 1 *Par.* 2. 18.

Iermai, יַרְמַי Altitudo mea, sive timens vel projiciens aquas. Nomen viri, *Esd.* 10: 33.

Ierobaal, יְרֻבַּעַל Impugnans idolum. Nomen judicis in Israel, qui & Gedeon dicebatur, *Iud.* 6: 32. 1 *Sam.* 12: 11.

Ierobesteth, יְרֻבֶּשֶׁת Impugnans confusionem, vel ignominiam, aut impugnans idolum. Nomen viri, 2 *Sam.* 11: 21.

Ieroboam, יָרָבְעָם Impugnans, vel objurgans populum, vel multiplicans populum. Filius Joas filii Joachaz regis Israel, 2 *Reg.* 14. 23. Fuit item alius ejusdem & nominis & regni rex impius, 1 *Reg.* 11: 26.

Ieroham, יְרֹחָם Misericors: aut Syriacè, dilectus. Filius Elcana filii Caath, 1 *Par.* 6: 27. & 12: 7. & 27. 22. Filius Phasor. 1 *Par.* 9: 12. Filius Eliu filii Thau, 1 *Sam.* 1: 1. 2 *Par.* 23: 1.

Ieron, יְרֹאן Timor, vel visio, aut projiciens dolorem vel fortitudinem. Civitas in tribu Nephthali, *Ios.* 19: 38.

Ierosolyma, יְרוּשָׁלַיִם Visio pacis, aut visio perfecta, vel consummata, sive timor perfectus, vel consummatus. vel timete Schalem. Vide Jerusalem.

Ierosolymæ, Idem.

Ierosolymita, Idem.

Ierosolymitæ, ἱεροσολυμῖται Idem, *Marc.* 1: 5.

Ier-

Jerſia, יַעְרְשִׁיָה Lectulus, ſive ſtratum domini, aut abſtulit pupertatem dominus. Filius Jeroham, 1 *Par.* 8: 27.

Jeruel, יְרוּאֵל Timor Dei, aut viſio Dei. Nomen ſolitudinis, de quo, 2 *Par.* 20: 16.

Jeruſa, יְרוּשָׁא Hæreditas, vel exilium. Pater Joathan filia Sadoc, 2 *Par.* 27: 1.

Jeruſalem, יְרוּשָׁלַיִם ἱεροσόλυμα vel ἱερυσαλὴμ Viſio pacis, aut viſio perfecta vel conſummata, ſive timor perfectus vel conſummatus, vel timete Schalem; quaſi adventantibus hoſtibus timorem incutere voluerint. Judææ Metropolis, à Melchiſedec, teſte Joſepho, condita: aliàs Salem, item & Iebus à Jebuſæo Chananæi filio, *Ioſ.* 18: 28. poſtremo Helia (ut Volat. lib. 11. ait) ab Helio Hadriano dicta eſt. Is enim imperator partem ejus extruxit: montem Calvarium Chriſti ſepulchrum, & Golgotha, loca extra mœnia antea ſita, muro cinxit. Porro hæc olim urbs, bifariam diviſa eſt, in ſuperiorem ſcilicet & inferiorem. Superior in vertice Sion, una cum templo in ejuſdem montis latere ſita erat, quę à conditore interdum civitas David nominabatur, Templo autem adhærebat inferior civitatis pars, 1 *Par.* 3. 4. Mattheus (2, 3. & 3, 5.) dicere ſolet ἱεροσόλυμα, Lucas (12: 25.) modò ἱεροσόλυμα ης, vel ων, modò ἱερυσαλὴμ. Sic Latine tribus modis flectitur, Hieroſolyma, æ, vel plur. Hieroſolyma, orum, vel Jeruſalem.

Jeſſe, יִשַׁי Ens, ſive exiſtens, aut munus vel oblatio. Pater David, *Iſa.* 11: 6. qui & Iſai dicitur.

Jeſſa, יִתְצָה Rixa, vel contentio, aut domini exitus. Civitas in tribu Ruben. *Joſ.* 13: 18.

Jeſaar, יִצְהָר. Claritas, ſive oleum, aut meridianus. Filius Caath, filii Gerſon, *Num.* 3: 19.

Jeſaia, ſive Jeſaias, יְשַׁעְיָהוּ Salus domini. Nomen

men viri, 1 *Par.* 25: 15. *Nehem.* 11: 6.

Jesamari, יִשְׁמְרִי Custos, vel Custodia. Filius Elphaal, 1 *Par.* 8: 18.

Iesana, יְשָׁנָה Dormiens, aut antiqua, vel annosa, sive mutatio. Nomen civitatis, 2 *Par.* 13: 19.

Iesba, יִשְׁבָּה Laus, sive tranquillitas. Filius Ezra, 1 *Par.* 4: 17.

Iesbáam, יִשְׁבְּעָם Sedens populus, aut conversio populi, sive insufflatio aut captivitas populi. Filius Hachamoni, 1 *Par.* 11: 11. & 12. 6.

Iesbacassà, יִשְׁבַּקָּשָׁה Est requirens, vel deprecans, aut sessio dura, vel insufflatio sive conversio dura. Nomen viri, 1 *Par.* 25: 4.

Iesbi-benob, יִשְׁבִי-בְנֹוב Sedens in prophetia vel in locutione, vel in germinatione: aut conversio sive insufflatio in prophetia vel in locutione sive in germinatione: aut captivans in prophetia vel in locutione, sive in germinatione. Gigas quidam, de quo 2 *Sam.* 21: 16.

Iesboam, יִשְׁבְּעָם Conversio populi, sive sessio populi, aut insufflatio vel captivitas populi. Nomen principis, 1 *Par.* 27: 2.

Iesboc, יִשְׁבָּק Est vacuus vel evacuatus: aut Syriacè, derelictus, vel derelinquens. Filius Abrahæ ex Cetura, *Gen.* 25: 2.

Iescha, יִסְכָּה Ungens, sive cooperiens, aut protegens, vel obumbrans: aut Syriacè, speculans. Filia Aran filii Thare, quæ & Sarai dicebatur, *Gen.* 11: 29.

Iesaias, יְשַׁעְיָה Salus domini, Filius Phaltiæ filii Ananiæ filii Zorobabel, 1 *Par.* 3: 21.

Iesema, יְשֵׁמָא Appositus vel nominatus: aut admiratio, sive desolatio. Filius Etam, 1 *Par.* 4: 3.

Iesser, יֵצֶר Figmentum, sive plasmatio, aut tribu-

tribulatio, vel anguſtians. Filius Nephthali, *Gen.* 46: 24. 1 *Par.* 7: 13.

Ieſeritæ, יְצָרִי Idem. *Num.* 26: 49.

Ieſeſi, Antiquus, ſive ſexagenarius, aut exultans: vel eſt munus. Filius Ieddo, 1 *Par.* 5: 14.

Ieſpha, יִשְׁפָּה Iaſpis, lapis ſcilicet pretioſus: aut eſt hic, id eſt in hoc loco, vel labium, ſive conterens. Filius Beriæ, 1 *Par.* 8: 16.

Ieſphan, יִשְׁפָּן Abſconditus, ſive confractus, aut cuniculus. Filius Seſac, 1 *Par.* 8: 22.

Ieſi, יִשְׁעִי Salus, aut reſpiciens. Filius Apphaim filii Nadab filii Semei filii Onam, 1 *Par.* 2: 31. & 4. 20. Pater Phaltiæ, 1 *Par.* 4: 42. & 5: 24.

Ieſia, ſive Ieſias, יִשְׁיָה vel יִשִׁיָּה Eſt dominus. Filius Izrahia filii Ozi filii Thola, 1 *Paral.* 7: 3. & 24. 21.

Ieſiel, יְחִיאֵל Dividens Deus, vel dimidians Deus, aut feſtinatio Dei. Filius Nephthali, *Num.* 26: 48.

Ieſelitæ, יִחְצְאֵלִי Idem, *Num.* 26: 48.

Ieſimon, יְשִׁימֹן Deſolatio, aut ſolitudo. Nomen loci, 1 *Sam.* 23: 24.

Ieſmachias, יִשְׁמַכְיָהוּ Adhærens vel innitens domino, aut junctus domino. Nomen viri, 2 *Paral.* 31. 13.

Ieſmaias, יִשְׁמַעְיָהוּ Audiens dominum, vel obediens domino. Nomen viri. 1 *Par.* 27: 19.

Ieſraeli, יִשְׂרְאֵלִי Idem quod Iſrael, quod vertitur prævalens, ſive dominans cum Deo. Nomen loci, 2 *Sam.* 17. 25.

Ieſſui, יִשְׁוִי Planus, ſive æqualis, aut ponens, ſive poſitus. Filius Aſer filii Jacob, *Gen.* 46: 17. 1 *Par.* 7: 30. filius Saul, 1 *Sam.* 14: 49.

Ieſſuitæ, Idem, p. n. *Num.* 26: 44.

Ieſu,

Jesu, Ἰωσὴ *Luc.* 3: 26. in Græco est Jose: & Hebraicè potest transferri parcens, vel elevatus, aut existens. D.

Jesua, יֵשׁוּעַ Salvator. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 11.

Jesua, יְשׁוּעָה *Gen.* 46: 17. 1 *Par.* 7: 30. Planities, sive æqualis, aut ponens vel positus. Filius Aser filii Jacob.

Jesue, יֵשׁוּעַ Salvator, 2 *Par.* 31: 15. *Esd.* 2. 36.

Jesue, יְשִׁיָּה *Esd.* 10: 31. Est dominus. Nomen viri, Heb. Iissia.

Jesus, יֵשׁוּעַ Ἰησοῦς Salvator. Sic vocatus fuit Christus dominus noster, *Matth.* 1: 16. *Luc.* 2: 21.

Jesus, יְהוֹשֻׁעַ *Zach.* 3: 1. & 6. 11. *Hag.* 1: 1. Dominus salvator, vel domini salus. Sacerdotis nomen filii Josedec. De quodam Jesu loquitur & Paulus, *Col.* 4: 11.

Jeta, יְתֶה Declinans, vel divertens. Civitas quæ Levitis è tribu Judę vel Simeonis est data, *Ios.* 21: 16.

Jetebátha, יָטְבָתָה Bonitas sua, sive declinans filia ejus, aut declinans desertum. Nomen loci in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Gadgad monte, *Num.* 33: 33.

Jeth, יֵתֶת Confringens, vel formidans, aut stupens, vel Syriacè, descendens. Filius Gesron filii Levi, 1 *Par.* 6: 43. Heb. Jahath.

Jethnan, יִתְנָן Merces, sive donum: aut Syriacè, fumigans. Civitas tribus Judæ, *Ios.* 15: 23.

Jethela, יִתְלָה Pendens, vel suspensio, sive coacervatio. Nomen civitatis in tribu Dan, *Ios.* 19: 42.

Jether, יֶתֶר Excellens, vel residuus sive remanens vel explorans aut funiculus. Civitas de tribu Juda, Levitis data, *Ios.* 15: 48. & 21, 14. Primogenitus

nitus Gedeonis, *Iudic.* 8: 20. filius Ezra, 1 *Par.* 4: 17. & 6. 58.

Jether, יֶתֶר 1 *Sam.* 30: 27. Nomen civitatis: nomen item viri, 1 *Par.* 7: 38. vertitur excellens, aut residuum, sive remanens, aut explorans, sive funiculus.

Jether, יֶתֶר Idem. 1 *Par.* 2: 17. ille idem qui & Jethera, 2 *Sam.* 17: 25. dicitur. Filius item Jada filii Onam filii Ierameel, 1 *Par.* 2: 32.

Jetheth, יְתֵת Donans, Civitas Idumæorum, *Gen.* 36: 40. 1 *Par* 1: 51.

Jethma, יִתְמָה Orphanus, sive admiratio, aut consummatio, sive perfectio. Vir Moabites, 1 *Paral.* 11: 46.

Jethra, יִתְרָא Excellens, sive residuus, vel remanens, aut explorans vel funiculus. Pater Amasa, filii Abigail, sororis David, 2 *Sam.* 17: 25. & Israëlites erat. in 1 *Par.* 2: 17. dicitur *Jether Ismahelites.*

Jethraham, יִתְרְעָם Excellentia populi, aut residuus populi, sive exploratio, vel funiculus populi. Filius David ex Egla, 2 *Sam.* 3: 5. 1 *Par.* 3: 3.

Iethrai, יִאתְרִי 1 *Par.* 6: 21. Explorans: aut Syriacè, locus. Filius Zara.

Iethran, יִתְרָן Excellens sive residuus, vel remanens, aut explorans, vel funiculus. Filius Supha filii Helem, 1 *Par.* 7: 37. Filius item Dison filii Seir Horræi, *Gen.* 36: 26.

Jethræus, יִתְרִי idem. Filius Sobal filii Hur primogeniti Caleb, 1 *Par.* 2: 53. & 11. 40.

Jethro, יִתְרוֹ Idem. Socer Mosis. *Exod.* 3: 1. qui *Exod.* 2: 17. dicitur Raguel.

Jethrites, יִתְרִי idem, 2 *Sam.* 23. 38.

Iethson, קְדֶמוֹת *Ios.* 21: 36. In Hebræo est Cedemoth,

demoth, quod vertitur antiquiores, vel priores, aut orientales, sive incendium, vel incurvatio mortis. Nomen civitatis. Vide Cademoth.

Jetur, יְטוּר Custodiens, aut ordo vel series: Syriacè montanus. Filius Ismahelis, *Gen.* 25: 15. 1 *Par.* 1: 31.

Jezabad, יְזָבָד Dotatus. Vir Gaderothites, 2 *Par.* 12. 4.

Iezabel, אִיזֶבֶל Insula habitaculi, vel væ habitaculo: aut ex Hebræo & Syro, insula sterquilinii, vel væ sterquilinio, filia regis Sidoniorum, uxor regis Achab, 1 *Reg.* 16: 31. & 21. 5.

Iezátha, יְזָתָא Aspergens thalamum vel cubiculum: aut ex Syro & Hebræo, væ olivæ. Filius Aman filii Amadatha, *Esth.* 9: 9.

Jezer, אִיעֶזֶר Insula adjutorii, sive insula atrii, aut væ adjutorio vel atrio. Filius Galaad filii Machir filii Manasse, *Num.* 26: 30. qui *Ios.* 17: 2. dicitur Abiézer.

Iezer, יְעֶזֶר 1 *Par.* 6: 81. Auxiliator sive adiutor. Nomen civitatis Amorrhæorum, quæ Levitis & homicidis pro asylo è tribu Gad est attributa.

Iezeritæ, אִיעֶזְרִי De Iezer, quod tranfertur insula adjutorii sive insula atrii, aut væ adjutorio vel atrio, *Num.* 26: 30.

Iezerites, יְזְרִח Oriens, aut clarus. 1 *Par.* 27: 8.

Iezia, יְזִיָה Distillatio vel aspersio domini. Nomen viri, *Esd.* 10: 25.

Iezlia, יְזַלְיָאָה Distillatio vel aspersio laboriosa. Filius Elphaal. 1 *Par.* 8: 18.

Iezonias, יַאֲזַנְיָהוּ Auscultatio domini, aut statera domini, vel arma domini. Filius Maachati, 2 *Reg.* 25: 23.

Iezonias, יַזַנְיָהוּ *Ierem.* 35: 3. & 40. 8. & 42: 1. *Ezech.* 8: 11. vertitur Nutrimentum domini, aut auscultatio, vel arma domini.

Iezra, יְחִזְרָה Porcinus: aut Syriacè, conversus. Filius Mosollam, 1 *Par.* 9. 12.

Iezraia, יִזְרַחְיָה Oriens dominus, aut claritas domini. Nomen viri. *Neh.* 12: 41.

Iezrahel, יִזְרְעֶאל Semen Dei, aut distillans contritionem vel malum Deus, sive distillatio amicitiæ Dei, vel aspersio pastoris Dei. Civitas tribus Juda, *Ios.* 15: 56. & 17. 16. & 19. 18 *Iud.* 6: 33. 1 *Sam.* 25: 43. Filius item Osee ex Gomer uxore, *Osee.* 1: 3.

Iezrahelites, יִזְרְעֵאלִי Idem. 1 *Reg.* 22: 1.

Iezrahelitis, יִזְרְעֵאלִית Idem. f. g. 1 *Sam.* 27: 3.

¶ Igaal, יִגְאָל Redemptus sive coinquinatus. Filius Nathan de Soba, 2 *Sam.* 23: 36.

Igal, idem. Filius Joseph, *Num.* 13: 8.

¶ Ihelon, יְעָלֹם Occultus, sive adolescens, aut caprea eorum vel seculum. Filius Esau ex Oolibama uxore, *Gen.* 36: 5.

¶ Jim, עִיִּים Acervi, civitas tribus Judę, *Ios.* 15: 29.

¶ Ilái, עִילַי Ascendens, vel superior, aut acervus mihi. 1 *Par.* 11. 29.

Illyricum, ἸλλυρικὸΝ Exhilaratio, aut lætificatio. G. regio Epiri confinia, propinqua Italiæ, *Rom.* 15: 19.

¶ Indi, הוֹדוּ De India, quę hebraicè dicitur Hodu, id est, laudario, sive confessio, aut decora vel pulchra, *Esth.* 1: 1.

India, אוֹפִיר Idem. Regio Latissima ad orientem sita, cujus imperium Assuerus tenuit, *Esth.* 1: 1. Alias Hodu, Hevila & Chus appellata. Cujus spatium ex Strabone lib 15. Geograph. & Plinio lib. 6. cap. 16. intra Indum ab occasu, à septentrione Tauri jugis, ab ortu Eoo pelago à meridie suo, hoc est indico clauditur, spaciosissima ipsa: & non gentium tan-

tum & oppidorum prope innumerorum, sed omnium rerum proventu, ære tantum & plumbo excepto, fœlix, flumina cum plurima, tum maxima, Præcipua tamen Ganges & Indus, quorum irriguo procursu fit ut in udo solo proximantis solis vis nihil non magna quantitate gignat. Maximè autem, si reliquas terras cogitas, orienti suppolita videtur. Vide etiam Ptolemæum lib. 7: cap. 1. & 2. Pomp. Melam in 3. India dicitur Ophir, Cinis, incineratio, fructificatio, *Iob* 28: 19.

¶ Ioab, יוֹאָב Paternitas, vel habens patrem: voluntarius. Pater Abisai, 1 *Sam.* 26: 6. Filius etiam Sarviæ filiæ Isai. 2 *Sam.* 2: 13. 1 *Paral.* 2: 16. filius etiam Saraiæ, 1 *Par.* 4: 14.

Ioachaz, יְהוֹאָחָז Domini apprehensio, sive domini possessio aut dominus videns. Filius Josiæ regis Judæ 2 *Reg.* 23: 34. Filius item Jehu regis Israel, 2 *Reg.* 10: 35. 2 *Par.* 21: 17.

Ioachaz, יוֹאָחָז 2 *Par.* 34: 8. Apprehendens, sive possidens, aut videns. Pater Joha, qui à commentariis erat Josuæ Regi.

Ioachin, יְהוֹיָכִין Domini præparatio, sive domini firmitas. Filius Joacim sive Eliacim, 2 *Reg.* 24: 6. quem Ieremias 29. 2. & 32. 1. vocat Jechoniam.

Ioacim, יְהוֹיָקִים Domini resurrectio, sive domini confirmatio, vel dominus vindicans, vel Jehova eriget. Filius Josiæ regis, qui prius Eliacim dicebatur, 1 *Regum.* 23: 34. 3: 15.

Ioacim, יוֹיָקִים *Neh.* 12: 10. Resurgens sive confirmans, aut vindicans.

Ioada, יְהוֹעַדָה Domini cœtus, vel congregatio, aut domini transitus vel testimonium, vel domini ornatus vel præda: aut ex Hebræo & Syro, domini ablatio. Filius Achaz filius Micha, 1 *Par.* 8: 36. qui 9. 42. dicitur Iara.

Ioadan, יְהוֹעַדָּן Domini deliciæ vel domini voluptas: aut ex Hebræo & Syro, domini tempus. Mater Amasiæ regis Juda. 2 *Reg.* 14: 2. 2 *Par.* 25: 2.

Ioah, יוֹאָח Fraternitas, vel habens fratrem. Filius Gerson filii Levi, 1 *Par.* 6: 21.

Ioah, יוֹאָח Fraternitas, vel habens fratrem, item Jahaddai, 1 *Par.* 2: 46. Filius Zemma, 1 *Par.* 6: 21. 2 *Paral.* 29: 12. filius item Joachaz illius qui fuit Josiæ Regi à commentariis, 2 *Paral.* 34: 8.

Ioahe, Idem. Filius Asaph, 2 *Reg.* 18: 18.

Ioaha, Idem, 1 *Par.* 26: 4. 2 *Par.* 29: 12.

Ioarim, *ἰωαεὶβ* Domini exaltatus, vel domini exaltatio. D nomen viri, 1 *Mach.* 2: 1.

Ioas, יוֹאָשׁ Diffidens vel desperans, aut ignitus vel urens. Pater Gedeonis. *Iud.* 6: 11. Rex Juda, filius Ochoziæ filii Joram, filii Achab, 2 *Reg.* 11: 2. & 12. 20. & 13. 1. 1 *Par.* 3: 11. item 2 *Regum.* 14: 17. ubi dicitur: Vixit autem Amasias filius Joas usque ad finem capitis. Filius Joachaz filii Jehu rex Israel, 2 *Reg.* 13: 9. & 14. 1. ubi dicitur, *In anno secundo Ioas.* Pater Jeroboam regis Israel, 2 *Reg.* 14: 27.

Ioas, יְהוֹאָשׁ Domini ignis, vel domini oblatio. Rex Juda, filius Ochoziæ filii Joram filii Achab, 2 *Reg.* 11: 21. & 12. 2. 7. & in principio vers. 18. ubi dicitur, *Quam ob rem tulit Ioas.* & 13. 25. ubi dicitur, *Porro Ioas.* Item 14. 8. 13. 16.

Ioas, יוֹעָשׁ 1 *Par.* 7: 8. & 27. 28. vertitur Tinea corrosus: sive compressus, vel congregatus. Filius Bechor filii Benjamin filii Jacob.

Ioatham, יוֹתָם Consummatus, sive perfectus. Filius Oziæ sive Azariæ regis Juda, 2 *Reg.* 15: 23 2 *Par.* 26. 1. à LXX. Joatham & Jotham transfertur. Filius item Jerobaal sive Gedeonis, *Iud.* 9: 5. Filius Azariæ filii Amasiæ, 1 *Paral.* 3: 12.

Iob,

Iob, אִיּוֹב Dolens vel gemens, sive ululans, aut exosus. vel patiens inimicitiam. Nomen viri, *Iob.* 1: 1.

Iob, יוֹב *Gen.* 46: 13. Dolens, vel gemens aut ululans. Filius Issachar: qui 1 *Par.* 7: 1. dicitur asub.

Iobad, יוֹבָב Idem, Filius Joctan. *Gen.* 10: 29. filius Saharaim ex Hodes uxore, 1 *Par.* 8: 9. Filius item Zaræ rex Edom, *Gen.* 36: 33.

Iobania, יוֹבַנְיָה Ædificatio domini, sive filiatio, aut intellectus domini. Filius Jeroham, 1 *Par* 9: 8.

Iochabed, יוֹכֶבֶד Glorioſa, aut gravis, vel ponderoſa. Filia Levi, uxor Amram filii Caath, filii Levi, *Exod.* 6: 20.

Ioed, יוֹעֵד Teſtificans, vel ornans, sive prædans, aut tranſiens: vel Syriacè auferens. Nomen viri, *Neh.* 11: 7.

Ioel, יוֹאֵל Volens, sive incipiens, aut jurans. Nomen principis, 1 *Par.* 4: 35. Nomen prophetæ filii Phatuel, *Ioel.* 1: 1. Pater Sammua, 1 *Par.* 5: 8. Filius item Gerſom 15: 7. Filius Azariæ, 2 *Par.* 29: 11. Primogenitus Samuelis prophetæ, 1 *Sam.* 8: 2. Filius Gad, 1 *Par.* 5: 12.

Ioela, יוֹאֵלָה Elevatio, sive proficiens, aut auferens maledictionem. Filius Ieroham, 1 *Par.* 12: 7.

Ioezer, יוֹעֶזֶר Adjuvans. Nomen viri, 1 *Par.* 12: 6.

Iogli, יָגְלִי Revelatio, aut tranſmigratio, sive revolutio, aut exultatio. Pater Bocci principis tribus Dan. *Num.* 34: 22.

Ioha, יוֹחָא Vivificans. Filius Bariæ, 1 *Par.* 8. 16. Vir Thoſaites, 1 *Par.* 11: 45.

Iohannan, יוֹחָנָן Gratioſus, sive donans: aut pius sive miſericors. Filius Caree, 2 *Reg.* 25: 23. Primo-

genitus Josiæ regis Juda, 1 *Par.* 3, 15. Filius Azariæ, 1 *Par.* 6: 9. Filius Eliœnai filii Naariæ, 1 *Par.* 3: 24. Principis nomen, 1 *Par.* 12: 12. *Neh.* 12: 23.

Iohanan, יְהוֹחָנָן 1 *Par.* 26: 3. 2 *Par.* 17: 14. & 3. 1. & 28. 21. *Esd.* 10: 28. *Neh.* 6: 18. & 12. 41. Domini gratia, sive domini donum, aut domini misericordia.

Iohanna, *ἰωάννα* Domini gratia, sive domini donum, aut domini misericordia. D. Mulier quæ sequebatur Christum, uxor Chusæ, *Luc.* 8: 3. & 23: 49.

Iohannes, *ἰωάννης* Idem. Nomen apostoli fratris Jacobi, quorum Pater Zebedæus dicebatur, *Matth.* 4: 21. Fuit & nomen præcursoris Christi, cognomento Baptistę, *Luc.* 1: 63.

Iojada, יְהוֹדָע Domini scientia, aut domini cognitio. Nomen sacerdotis, 2 *Reg.* 11: 15. *Jer.* 29: 26.

Iojada, יֹדָע Scitus aut cognitus. *Neh.* 3: 6. & 12. 10. & 13. 28.

Iojarib, יָרִיב Pugnans vel objurgans sivè multiplicans. *Neh.* 12: 19.

Iojarib, יְהוֹיָרִיב 1 *Par.* 9: 10. & 24. 7. Domini pugna, sive domini objurgatio, vel domini multiplicatio. Nomen sacerdotis.

Iona, sive Ionas, יוֹנָה *ἰωνὰς* Columba, sive depopulans, vel multiplicans. Nomen prophetæ, filii Amathi, 2 *Reg.* 14: 25. Pater Joseph patris Judæ Patris Simeon, *Luc.* 3: 30. Pater item Petri Apostoli, *Joh.* 1: 42. & 21. 15.

Ionadab, יוֹנָדָב Spontaneus vel vovens, sive principalis. Filius Semmaa fratris David, 2 *Sam.* 13: 3. Filius item Rechab, *Jer.* 35: 8.

Ionadab, יְהוֹנָדָב 2 *Sam.* 13: 5. ubi dicitur: *Cui respondit Ionadab*, &c. & 2 *Reg.* 19: 15. vertitur domini

mini spontaneus, aut domini princeps, vel domini votum. Filius Rechab.

Ionathan, יְהוֹנָתָן Domini donum. Filius Gerson filii Mosis, *Iud.* 18: 30. Filius Saul, 1 *Par.* 8: 33. Nomen scribæ cujusdam, *Ier.* 37: 14.

Ionathan, יוֹנָתָן Filius Saulis Regis, 1 *Sam.* 13. 2. & 14. 1. & 21. 7. 1 *Par.* 10: 2. Filius Abjathar sacerdotis, 2 *Sam.* 15: 27. & 17. 17. 1 *Reg.* 1: 42. filius Jada filii Onam filii Jerameel, 1 *Par.* 2: 32. Filius Sage. 1 *Par.* 11: 34. *Esd.* 8: 6. Filius Asael, *Esd.* 10: 16. *Neh.* 12: 11. Filius Caree, *Ier.* 40: 8. In omnibus his locis vertitur Columbæ donum, vel donans. Ac ubique scribi debet Jonathan, per n. in fine, non per s.

Ioppe, יָפוֹ ἰόπαη Pulchritudo, aut decor. Oppidum in ora curvæ Syriæ, in monte situm, unà cum portu, qui à Barbaris nunc Sappho appellatur: *Num.* 21: 75. *Ios.* 19: 45. 2 *Par.* 2: 16. *Esd.* 3: 7. *Ion.* 1: 3. 1 *Mach.* 10: 75. *Act.* 9: 38.

Ioppitæ, Ἰοππιτῶν Pulchri sive decori. D. 2 *Mach.* 12: 3.

Iora, יוֹרָה Temporaneus, aut ostendens, sive dèmonstrans vel projiciens: aut Syriacè, lebes. Nomen viri, *Esd.* 2: 18.

Iorai, יוֹרַי Idem. Nomen viri, 1 *Par.* 5: 13.

Ioram, יוֹרָם Excelsus, sive sublimis, aut projectus. Filius Thou regis, 2 *Sam.* 8: 10. Filius item Iosaphat, 1 *Par.* 3: 11. qui 1 *Reg.* 22: 51. dicitur Hebraicè Iorham.

Ioram, יְהוֹרָם *ἰωρὰμ* Filius Josaphat regis Juda, 1 *Reg.* 22: 51. Filius item Achab regis Israel, frater Ochoziæ, 2 *Reg.* 1: 17. & 3. 1. & 8. 25. & 9. 15. & 12. 8. 2 *Par.* 21: 4. & 22. 1. *Matth.* 1. 8. Est & nomen sacerdotis, 2 *Par.* 17: 7. In omnibus his locis vertitur Domini celsitudo, aut domini sublimitas, aut

domini projectio. Præterquam in fine 9. cap. 2. Regum, ubi dicitur, *Anno undecimo Ioram.*

Iordanis, יַרְדֵּן Fluvius judicii, aut demonstratio vel projectio judicii sive descensio: aut ex Syro & Hebræo, lebes judicii. Fluvius Judææ, qui à Dan sic nomen habet, *Gen.* 13: 10. eximiæ dulcedinis. Solino Paneadis: Egesippo verò Josephoque Phiala fonte decurrens, regiones perquam amœnas præterlabitur: mox in lacum quem complures Genezaram vocant, se fundit: deinde mare mortuum petit natura dirum: à quo poſtremò absorbetur.

Iorim, Ἰωρείμ Dominus exaltans, vel domini exaltatio, aut rivi. D. nomen viri, *Luc.* 3: 29.

Josa, יֹשָׁה Ens, vel existens, aut obliviscens vel debens. Nomen principis, 1 *Par.* 4: 34.

Josaba, יְהוֹשַׁבְעַת Domini saturitas, aut domini satietas, vel domini juramentum, sive domini septenarium. Filia regis Joram, soror Ochoziæ, 2 *Reg.* 11: 2. Uxor Jojadæ sacerdotis, 2 *Par.* 22: 11.

Josab hesed, יֹשַׁב-חֶסֶד Habitaculum vel sedes misericordiæ, aut insufflatio vel conversio misericordiæ. Filius Zorobabel filii Phadaiæ, 1 *Par.* 3: 30.

Iosabeth, יְהוֹשָׁבְעָת Domini satietas vel domini juramentum, aut domini septulum, sive dominus convertens horam. Nomen mulieris, 2 *Par.* 22: 11. quæ 2 *Reg.* 11: 11. dicitur Iosaba.

Iosabia, יֹשַׁבְיָה Habitaculum vel sedes domini, sive conversio aut insufflatio Domini, vel captivitas domini. Filius Saraiæ filii Asiel, pater Jehu principis, 1 *Par.* 4: 35.

Iosaia, יֹשַׁוְיָה Æquitas domini vel planities domini, aut apponet dominus. Filius Elnaem, 1 *Par.* 11. 46.

Iosaphat, יְהוֹשָׁפָט Dominus judex, vel domini judicium vel Jehova judicavit. Filius Asia regis, 1 *Reg.*

1 *Reg.* 15. 24. 1 *Par.* 3: 10. Filius Ahilud, 1 *Reg.* 8: 16. Filius item Pharuæ 1 *Reg.* 4: 17. Nomen vallis, *Ioel*, 3: 2.

Iosaphat, יְהוֹשָׁפָט Iudicatus vel judicatio. Vir Mathanites, 1 *Par.* 11: 43.

Iosedec, יְהוֹצָדָק Dominus justus, vel domini justitia, vel Iehova justificavit. Filius Saraiæ, filii Azariæ, 1 *Par.* 6: 14. Pater Jesu sacerdotis, *Zach.* 1: 1.

Iosedec, יוֹצָדָק *Esd.* 3: 2. & 5: 2. & 10: 19. *Neh.* 12: 26. vertitur justificatus vel justificatio, vel Jehova justificavit.

Ioseph, יוֹסֵף Augmentum vel præfectus vel addet. Undecimus filius Iacob ex Rachel uxore, *Gen.* 30: 24. Pater item Igal, *Num.* 13: 8. 1 *Par.* 25: 2.

Ioseph, יְהוֹסֵף *Psal.* 81: 1. Domini augmentum, vel domini profectus, vel Jehova addet.

Ioseph, *ἰωσὴφ Matth.* 13: 55. & 27. 56. ubi dicitur. *Et Ioseph mater. Marc.* 6: 3. & 15: 40. ibi, *Et Ioseph mater*, & ibi, *Maria & Ioseph. & Act.* 4: 36. in omnibus his locis in Græco est Ioses: quod Hebraicè potest transferri parcens, vel elevatus, aut existens. D.

Iosephus, *ἰώσηφος* augmentum, vel profectus. D. 1 *Mach.* 5: 18.

Iosphias, יוֹסִפְיָה Augmentum vel profectus domini: aut consummans vel finiens dominus.

Iosias, יֹאשִׁיָּהוּ Ignis domini, aut urens Dominus. Rex Iuda filii Amon filii Manasse, 2 *Reg.* 22: 3.

Iosue, יְהוֹשֻׁעַ Dominus salvator: filius Nun princeps tribus Ephraim, Osee prius nominatus. *Num.* 13. 17. 1 *Par.* 7: 27 Post Mosen dux populi Israëlitici, *Ios.* 1: 1.

Iosue, יֵשׁוּעַ *Esd.* 2: 6. & 3. 2. & 4: 3. & 5. 2. & 8. 3. & 10. 18. *Neh.* 3: 19. & 8. 7. & 9. 4.

& 12. 1. In omnibus his locis vertitur ſalvator.

Iota, יוֹטָה Declinans, vel divertens. Civitas quæ Levitis è tribu Judæ vel Simeonis eſt data, *Ioſ.* 15: 55.

Iovis, (ξεὺς ϗ δὸς) Latinum eſt, Obliquus à Juppiter, quaſi juvans pater, *Act.* 14: 13. & 21. 35.

Iohabad, יְהוֹחָבָד Domini dos, vel domini dotatio. Nomen ſervi Ioas regis, â quo occiſus eſt ipſe Ioas, 2 *Reg.* 12: 21. 1 *Par.* 26: 4. 2 *Par.* 17: 17. & 24. 26.

Iozabad, vel Iozabed, יוֹזָבָד Dotatus. Princeps militiæ. 1 *Par.* 12: 20. *Eſd.* 10: 21. *Neh.* 11: 16. 2 *Par.* 31: 13. & 35. 9. *Neh.* 8: 7.

Iozachar, יוֹזָכָר Memorans, ſive maſculinus. Filius Semaar, ſervus Ioas regis Iuda, qui Iozachar occidit ipſum regem Ioas adjutus a Iozabad conſervo, 2 *Reg.* 12: 22. Hic 2 *Par.* 24: 26. dicitur Zabad.

¶ Ira, עִירָא Civitas, aut vigil, ſive denudatio, aut effuſio, vel acervus viſionis. Nomen ſacerdotis, 2 *Sam.* 20: 26. Filius Acces, Thecuites, 1 *Par.* 11. 28.

Irad, עִירָד Onager, ſive acervus deſcenſionis, vel acervi deſcenſio, aut acervus imperii: vel Syriacè, draco. Filius Enoch, *Gen.* 4: 18.

Irai, עִירִי Vigil, aut civitas, ſive denudans vel evacuans: aut pullus ſcil. aſini. Filius Bela filii Benjamin filii Jacob, 1 *Par.* 7: 7.

¶ Iſaac, יִצְחָק Riſus. Filius Abraham ex Sara, *Gen.* 17: 19. & 21. 3. Heb. Iſhac. Scribitur & ישחק per ש loco צ. *Ier.* 33: 26. *Amos* 7: 9. 16.

Iſaar, יִצְהָר Oleum ſive claritas, aut meridianus. Filius Caath filii Levi, *Exod.* 6: 18. 1 *Par.* 6: 2. & 23. 12. qui *Num.* 3: 19. dicitur Ieſaar, iiſdem tamen conſonantibus & punctis.

Iſaari, יִצְהָרִי Idem, Nomen viri, 1 *Par.* 24: 22.

Iſaa-

Iſaaritæ, Idem pl. n. 1 *Par.* 26: 23.

Iſai, יִשַׁי Munus, aut ens, ſive exiſtens vel debitor. Pater David, 1 *Sam.* 16: 3. *Ruth.* 4: 17. quem Græci Jeſſe vocant.

Iſai, אִישַׁי 1 *Par.* 2: 12. ubi dicitur, *Iſai autem genuit*, &c. vertitur vir meus, aut virilis, ſive inſulæ munus aut oblatio. Filius Obed filii Boos, 1 *Par.* 2: 12. Pater David quem Græci Ieſſe vocant.

Iſaias, יְשַׁעְיָהוּ Salus domini. *Iſa.* 1: 1.

Iſari, יִצְרִי Figmentum, ſive plaſmatio, aut tribulans, vel anguſtians. Nomen viri, 1 *Par.* 25: 11.

Isbaab, יִשְׁבָּאָב Seſſio vel habitatio patris, aut converſio, vel inflatio, ſive captivitas patris. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 13.

Isboſeth, אִישְׁבֹשֶׁת Vir confuſionis vel ignominiæ, aut viri mora. Filius Saul, regis Iſraël, 2 *Sam.* 2: 12.

Iſcariotes, *ἰσκαριώτης* Hebraicè tranſfertur Vir occiſionis: vel vir exterminationis vel mortis. Sic cognominatur Iudas ille Chriſti noſtri proditor, *Mat.* 10: 1. Sunt qui & Iſchariotem dictum exiſtiment, per ch ſcribentes, quod de tribu Iſſachar eſſet, cui cognomen ex ipſo quoque facinore optimè conveniat. Nam mercede vendidit Chriſtum noſtrum, Iſſachar ſiquidem ex 30. 18. Geneſeos è שכר quod mercedem ſignificat, inclinatum eſt.

Iſmahel, יִשְׁמָעֵאל Exauditio Dei. Filius Abraham ex Agar ancilla, *Gen.* 16: 11. Filius item Nathaniæ, 2 *Reg.* 25: 25. Filius Aſel filii Elaſa. 1 *Par.* 8: 38. & 9. 44.

Iſmahelitæ, יִשְׁמָעֵאלִים Iſmahelitæ, Idem, pl. n. *Gen.* 37: 25. Populi quos Moſes (ut quidam dicunt) Madianitas vocat: Euſebius Agarenos, ſive Saracenos.

Iſmahelitis, יִשְׁמָעֵאלִי Idem, ſ. n. 1 *Par.* 2: 17.

Iſmi-

Ismiel, יִשְׁמִיאֵל Nominatio Dei, aut admiratio vel stupor Dei. Nomen principis, 1 *Par.* 4: 36.

Israel, יִשְׂרָאֵל Prævalens, sive dominans cum Deo. Nomen Jacob, inditum ei ab angelo, *Gen.* 35: 10.

Israëlitæ, Idem. Populi ab Israel sic cognominati, 2 *Sam.* 3: 18.

Israëlitis, יִשְׂרְאֵלִי Idem. *Levit.* 24: 10.

Israëlitis, יִשְׂרְאֵלִית Idem, f. g. *Levit.* 24: 10.

Israela, יִשְׂרְאֵלָה Prævalens, aut dominans Deus, sive rectitudo Dei, aut canticum Dei. Nomen viri, 1 *Par.* 25: 14.

Issachar, יִשָּׂשכָר Est merces, vel præmium. Nonus filius Jacob ex Lia uxore sua, *Gen.* 30: 18. Nomen civitatis, 1 *Reg.* 4. 17.

Isthemo, אֶשְׁתְּמֹה Ignis admirationis vel consummationis, sive ignis perfectionis vel simplicitatis. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 50.

Istob, אִישׁ טוֹב Vir bonus, 2 *Sam.* 10: 8.

Isuhaia, יְשׁוּחָיָה Comprimens vel humilians dominus, seu meditatio Dei. Nomen principis. 1 *Par.* 4: 26.

¶ Italia, *Ἰταλία* Ab Italo rege dicta est: vel ab italis, id est, vitulis, eo quod illa regio vitulis abundet. Latinum est. *Act.* 27: 6.

Italia, כִּתִּים *Num.* 24: 24. *Ezech.* 27: 6. in Hebræo est Cittim, & vertitur conterentes, vel contritio maris, sive diadema, aut aurum vel tinctura: vel ex Syro & Hebræo, coacervatio maris. Regio & patria Romanorum, ab Italo rege vocabulum traxit, quæ ab Aphrico & à Borea mari magno cincta, reliqua Alpium obicibus obstructa est. Hæc quinque appellata est nominibus. Saturnia, à Saturno primo habitatore Trogo: Italia, à rege, Plinio: Ausonia, Livio: Oenotria, Dionysio: Hesperia, Virgilio.

Vide

Vide Volaterranum lib. 4. Geograph. Alii putant Apuliam vel Eliſam.

Italia, תּוּבַל *Iſa.* 66: 19. Hebraicè dicitur Thubal, & transfertur orbis, aut confuſio, vel ignominia, ſive portatus vel adductus. Sunt qui Iberes non Italos eſſe dicant.

Italica cohors, σπείρη ἰταλικὴ ab Italia dicta eſt, *Act.* 10: 1.

Ithai, אִיתַי Robuſtus, aut ſignum vel vomer: aut Syriacè, veniens. Filius Rubai, 2 *Sam.* 23: 29. qui & Ethai, 1 *Par.* 11: 31.

Ithamar, אִיתָמָר inſula palmæ vel dactylorum, aut inſulæ commutatio vel permutatio, ſeu væ palmæ aut commutationi. Filius Aaron filii Amram filii Caath filii Levi, *Exod.* 6: 23. 1 *Par.* 6: 7.

Ituræa, *ἰτύραια* Cuſtodita: vel Syriacè, montana, vel montoſa. D. Trachonitidis regio juxta deſertum Arabiæ: cujus Tetrarcha fuit Philippus, *Luc.* 3: 1. de quo Hieronymus in locis Heb. Appellata eſt à Ietur filio Iſmaëlis.

Ituræi, יְטוּר Cuſtoditi vel cuſtodiæ aut coordinati: vel Syriacè; montani vel montoſi. Populi, 1 *Par.* 5: 19.

¶ Jubal, יוּבָל Defluens, ſive apportans, vel inveteraſcens, aut germinans, ſive jubilæus, vel buccina. Filius Lamech ex Ada uxore, *Gen.* 4: 21.

Jubileus, יוֹבֵל Buccina, vel defluens, ſive apportans, aut germinans, ſive inveteraſcens, *Levit.* 25. 11. *Num.* 36: 4.

Jucadam, יְקַרְעָם incurvatio populi, ſive incendium populi. Civitas eſt in tribu Juda, *Joſ.* 15: 56.

Juchal, יְהוּכָל Domini omnia, aut domini perfectio ſive conſummatio. Filius Selemiæ, *Ier.* 37: 3.

Juchal, יוּכַל potens, ſive perfectus, vel conſummatus. Filius Selemiæ, *Jer.* 38: 1.

Jud,

Jud, יְהֻד Laudans, sive confitens. Civitas in tribu Dan, *Ios.* 19: 45.

Juda, יְהוּדָה Laudatio, sive confessio. Quartus filius Jacob ex Lia uxore, *Gen.* 29: 35.

Judaia, יְהוּדִיָּה Laudatio, sive confessio domini. Uxor Ezrae. 1 *Par.* 4: 18.

Judaismus, Ἰουδαϊσμὸς Laudatio, sive confessio, *Gal.* 1: 14.

Judas, Ἰούδας idem. Filius Mathathiæ filii Johannis, 1 *Mach.* 2: 4. Unus ex duodecim apostolis, *Matth.* 10: 4. Est & nomen cujusdam Galilæi, de quo *Act.* 5: 37.

Judæa, יְהוּדָה Ἰουδαία Idem. Judæa aliquando tota terra duodecim tribuum appellatur, velut *Marc.* 3: 7. & *Psal.* 76: 2. *Notus in Judæa Deus.* Aliquando tantum tribus Juda & Benjamin appellitantur: ad distinctionem Galilææ & Samariæ, aliarumque in terra repromissionis regionum. Observabis itaque apud historicos Judæam pertinere ad Palæsthinam: Galilæam verò atque Samariam ad Phænicem. Neque obscurum est post Salomonis mortem decem tribus Israel defecisse à Roboam ad Ieroboam Ephratæum, 1 *Reg.* 12: 10. exinde duæ tribus, Judæ scilicet & Benjamin, quæ semini Davidis adhæserant, nunc domus David, nunc regnum Juda, Jerusalem, aut Benjamin in scripturis potissimum à prophetis nuncupatæ. Sicut decem tribus quæ defecerant, regnum Israel, domus Iacob, & Ioseph, Ephraim, regnum Samariæ, Jezrael, Bethel, Bethaven appellari notum est.

Iudæa quæ & Chananæa & repromissionis terra, quæ sancta in scripturis sacris nuncupata est, Syriæ regio in Asia majore, ad orientem habet mare mortuum, quod & salsum, *Num.* 34: 3. ubi quondam Sodoma & Gomorrha urbes sitæ erant. Ultra quod Jordanis fluvius, qui mare mortuum ingreditur: deinde Amorrhæi habitant. Post quos Moabitæ terram occupant:

cupant: deinceps Ammonitæ & magnus Euphrates. Ultra illos Babylon atque Chaldæorum est regio. Persia deinceps inchoat. Ad Aquilonem Galilæa cubat, in cujus tergo Libanus mons terminus Judææ eminet. Damascus deinde, & Euphrates celebre flumen: ultra quod Syria & Assyria sitæ sunt, quæ respiciunt & extenduntur ad orientalem plagam. Ulterius Sidon & Tyrus occidentem versus declinant & extenduntur. Occidentem versus Philisthiim quæ Palæsthina & Allophylorum terra dicitur, incipit: ultra quam mare magnum, quod & Mediterraneum, horret, *Exod.* 23: 31. hoc, Palæsthinorum mare appellatur, Ad meridiem Amalecitæ habitant, *Num* 13: 30. post quos Seir mons, & Idumæi, ultra illos Madianitæ sedent, deinde est mare rubrum: ultra quod Ægyptus sita est ad occidentem Judææ extensa. Habes paucis verbis limites seu terminos terræ promissionis a Mose & prophetis.

Iudæi, יְהוּדִים Laudantes, sive confitentes, 2 *Reg.* 25. 25.

Iudæus, יְהוּדִי Idem, s. n. *Zach.* 8: 23.

Iudi, Idem, Filius Nathaniæ filii Selemiæ filii Chusi, *Ier.* 36: 14.

Iudith, יְהוּדִית Laudans, sive confitens, aut Judæa. Altera uxor Esau, *Gen.* 26: 34. Fuit & nomen viduæ cujusdam nobilis, *Iud.* 8: 1.

Iulia, Ἰουλία Lanuginosa. G. *Rom.* 16: 17.

Iulius, Ἰούλιος Lanuginosus, vel lanugo. G. nomen centurionis cujusdam, *Act.* 27: 1.

Iunia, Ἰουνία A Iunone, idest, dominatrice. G. nomen viri concaptivi Pauli, *Rom.* 16: 7.

Iustus, Ἰοῦστος Latinum est. Cognomen Joseph qui dicebatur Barsabas, *Act.* 1. 23.

¶ Izrahia, יִזְרַחְיָה Oriens dominus, aut claritas domini. Filius Ozi filii Thola filii Issachar, 1 *Par.* 7: 3.

Litera L.

¶ Labim, לְהָבִים Inflammati, sive flammæ aut gladii Filius Misraim, *Gen.* 10: 13. Ab hoc Lybia, quæ prius (ut Hieronymus refert in Hebraicis quæstionibus) Phutensis regio appellata est, nomen habet.

Laad, לַעֲדָה Laudans, vel ad laudandum, vel ad confitendum. Filius Jahath filii Subal filii Juda. 1 *Par.* 4: 2.

Laada, לַעֲדָה Pro ornatu, vel ad congregandum, sive ad testificandum, aut transiens, vel prædans: aut Syriacè, auferens, Filius Sela filii Judæ, 1 *Par.* 4: 21.

Laadan, לַעְדָּן Pro voluptate, seu devorans judicium, aut pro ornatu, vel pro testimonio: aut Syriacè, ad tempus. Filius Thaan filii Thale, 1 *Par.* 7: 26.

Laban, לָבָן Albus vel candidus, aut later. Frater Rebeccæ filiæ Bathuelis filii Nachor ex Melcha. *Gen.* 24: 29. Est & locus in deserto ubi Moses deuteronomium prælegit filiis Israel, *Deut.* 1: 1.

Labana, לִבְנָה Luna, sive albedo aut thus, vel later. Civitas sacerdotum in tribu Juda, *Ios.* 15: 42.

Labanath, לִבְנָת Idem. Civitas quæ tribus Aser terminus est, *Ios.* 19: 26.

Lacedæmones, λακεδαίμονες Lacus dæmonum, vel puteus insanientium. G. 2 *Mach.* 5: 9.

Lachis, לָכִישׁ Ambulans vel vadens extitit, aut tibimet existens. Civitas tribus Judæ, *Ios.* 10: 3. & 15: 39. 2 *Reg.* 18: 14. Constructa à Roboam, 2 *Par.* 11: 9.

Lael, לָאֵל Ipsi Deo, aut ipsi forti, vel potens. Filius Eliasaph principis, *Num.* 3: 24.

Lahem, לֶחֶם Panis, vel pugna aut bellum. Nomen loci, 1 *Par.* 4: 22.

La-

Lahela. לַחְלָה Humiditas humida, aut tabula humida, vel viridis: sive maxilla humida. Nomen loci, 1 *Par.* 5:26.

Lais, לַיִשׁ Leo. Civitas in monte Ephraim, non procul à Sidone, *Iud.* 18:27. quæ & Dan & Lesem dicta est, *Iud.* 18. 27. Pater Phaltiel mariti Michol filiæ regis Saul, 2 *Sam.* 3:15. Vide Lesem.

Laisa, לַיְשָׁה Leçna, Civitas, quæ aliàs Dan dicitur. Ubi est origo Jordanis, *Isa.* 10:30.

Lamech, לֶמֶךְ λάμεχ Pauper vel humiliatus, aut percussus. Filius Mathusael, *Gen.* 4:18. Nomen etiam filii Mathusala, *Gen.* 5:25. *Luc.* 3:36.

Lamuel, לְמוּאֵל illis Deus, vel cum illis Deus, aut cum quo est Deus. Nomen regis. *Prov.* 31:1.

Laodicea, λαοδικεῖα Populus justus, G. Civitas in Asia quę Diospolis olim dicebatur, deinde Ros, postremo Laodicea, *Col.* 4:13.

Laodicenses, λαοδικεῖς Idem. pl. n. G. *Col.* 4:16.

Laomim, לְאֻמִּים Gentes, sive absque aquis. Filius Dedan filii Jecsan. *Gen.* 25:3.

Lapidoth, לַפִּידוֹת Fulgura, vel lampades, Maritus Deboræ Prophetidis, *Iud.* 4:4.

Lasa, לָשַׁע Ad clamandum, vel ad salvandum, aut liniendum. Nomen civitatis, quæ Hieronymo in Hebr. quæstionibus Callirhoe dicitur, *Gen.* 10:19.

Lasthenis, λασθένης Lapidis robur. G. nomen viri, 1 *Mach.* 11:32.

Latussim, לְטוּשִׁים Malleatores, sive limatores. Filius Dedan filii Iecsan, *Gen.* 25:3.

Lazarus, λάζαρος Dei adjutorium sive Dei atrium. D. Nomen viri, *Luc.* 16:20. Est & nomen cujusdam alterius in Bethania, amici Christi, fratri Mariæ & Marthæ, *Ioh.* 11:1. quem Christus suscitavit à mortuis, vers. 44.

¶ Lebana, לְבָנָה Luna, sive albedo, aut thus, vel later. Nomen viri, *Esd.* 2. 45.

Lebaoth, לְבָאוֹת Leænę, sive cordis signum, aut ad introitum. Civitas sortis Judæ est, *Ios.* 15: 32.

Lebna, לִבְנָה Luna, sive albedo, aut thus vel later: Locus in deserto, ubi 17. Israëlitarum mansio fuit, egressorum de Remmon Phares, *Num.* 33: 20. Est & civitas sacerdotum in tribu Juda, *Ios.* 10: 29.

Lebona, לִבְנָה Idem. Nomen oppidi, *Iud.* 21: 19.

Lecha, לֶכָה Ambulans, vel vadens. Nomen loci, 1 *Par.* 4: 21.

Lechi, לֶחִי Maxilla. Locus, cui Samson sic nomen indidit, *Iud.* 15: 9.

Leci, לֶקַח Lex, sive doctrina, aut assumptio mea. Filius Somidę filii Galaad, filii Machir filii Manasse, 1 *Par.* 7: 19. Hebr. Licchi.

Lecum, לְקוּם Resurgens, vel confirmans, sive ad resurgendum vel ad confirmandum. Civitas, quæ tribus Nephali terminus est, *Ios.* 19: 33.

Ledan, sive Leedan, לְעַדָן Pro voluptate, vel devorans judicium, sive pro ornatu vel testimonio: aut transitus vel deprædatio earum: aut Syriacè ad tempus. Vir de cognatione Gerson filii Levi, 1 *Par.* 23: 7. & 26: 21.

Lehemam, לְחֻמָם Panis eorum, aut pugna, vel bellum eorum, Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 40.

Lehemites, לַחְמִי Panis meus, aut pugna mea. 1 *Par.* 20: 5.

Lesem, לֶשֶׁם nomen, vel ponens, aut ipsi nominato vel posito, aut lygurius lapis pretiosus, de quo *Exod.* 28: 19. Nomen urbis in tribu Dan, *Ios.* 19: 47. quę & Lais dicitur & Dan: quæ tandem à Philippo Tetrarcha, senioris Herodis filio, in honorem Tiberii, Cæsarea Philippi appellata est. Vulgo à Barris, nunc Belina vocitatur.

Lesem-dan, לֶשֶׁם-דָן nomen judicii, vel ponens judi-

judicium, aut ad nomen judicii, sive ad ponendum judicium: aut lygurius judicii, qui est lapis pretiosus. Eadem urbs quæ Lesem & Lais. *Ios.* 19: 47.

Levi, לֵוִי λευΐ Copulatus. Tertius filius Jacob ex Lia, *Gen.* 29: 34. Sic vocabatur & Matthæus Apostolus, *Matth.* 9: 9. *Luc.* 5: 27. Pater Matthat, *Luc.* 3: 24.

Leviathan, לִוְיָתָן Copulatio vel societas sua, aut sibimet traditus. Magnus piscis marinus, *Iob* 40: 20.

Levita, לֵוִי Copulatus. *Iud.* 17: 9.

Levitæ, Idem, pl. n. *Levit.* 25: 32.

Levites, λευίτης Idem, s. n. *Act.* 4: 36.

¶ Lia, לֵאָה Laboriosa vel fatigata. Major filia Laban, *Gen.* 29: 16.

Libanus, לְבָנוֹן Albus, vel candidus, aut thus, vel cordis filiatio. Mons altissimus, teste Ptolomæo lib. 5. in Syria: à thure quod ibi colligitur, dictus, *Deut.* 1: 1. *Iud.* 3: 3. *Isa.* 2-13. in fine terræ promissionis versus Aquilonem, à quo denominata est terra quę est circa montem illum, *Ios.* 13: 5. in hoc monte cedri crescunt longissimæ, 1 *Reg.* 5: 6.

Libertini, (λιβερτῖνοι) Latinum est, filii manumissorum; *Act.* 6: 9.

Libyà vel Libye, פּוּט λιβύη Heb. dicitur Phut, & vertitur Aphrica: aut Syriacè, crassa, vel pinguis. Regio Ægypto contermina, authore Plinio in prologo 5. Hujus pars est Libya Mareotis, de qua idem in 5. cap. 6. Hieronymus duas ponit: unam Cyrenaicam, de qua *Act.* 2: 10. Et partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenem. Hæc porta Ægypti in parte Aphricę prima est & mari Lybico cognomentum dedit, postquam Libya Æthiopum usque ad meridianum pertingens oceanum. De hac Volater. lib. 12. Geogr. *Ier.* 46: 9. *Ezech.* 27: 10. & 10. 30. & 5. 38. *Nah.* 3: 9.

Libya, לוּבִים λιβύη *Dan.* 11: 43. In Hebræo est Lubim, cor maris vel corda, in pl. n. *Act.* 2: 10.

Libyes, לוּבִים 2 *Par.* 12: 3. & 16. 8. *Nah.* 3: 9. in Hebræo est Lubim, id est, cor maris, vel corda. p. n.

Linus, λῖνος rete, vel retiaculum. G. nomen viri, 2 *Tim.* 4: 21.

Lithostrotos, λιθόστρωτος Lapidibus stratus. G. nomen loci, in quo sedit Pilatus, Christum nostrum morti adjudicaturus. *Ioh.* 19: 13.

¶ Lobna, לִבְנָה Luna, sive albedo aut thus vel later. Civitas sacerdotum in tribu Iuda. *Ios.* 21: 13. 2 *Reg.* 8. 22. & 23. 31. 1 *Par.* 6: 57.

Lobni, לִבְנִי Idem, Filius Gerson filii Levi, *Num.* 26: 58. 1 *Par.* 6: 17. 20. 29.

Lobnitica. Idem. Nomen familiæ, *Num.* 3: 18.

Lod, לוֹד Nativitas, vel generatio. Nomen civitatis, quam ædificavit Samad filius Elphaal, 1 *Par.* 8: 12.

Lodabar, לוֹדְבָר Ipsimet verbum, aut ipsimet pestis vel mors seu generatio electa: vel ex Hebræo & Syro, nativitas filii. Nomen loci, 2 *Sam.* 9: 4.

Lod-hadid, לוֹד-חָדִיד Nascens gaudens, vel nascens acutus: aut ex Hebræo & Syro, generatio, vel nativitas nova. Nomen civitatis, *Esd.* 2: 33. *Neh.* 7: 37.

Lois, λωΐς Melior, G. avia Timothei, 2 *Tim.* 1: 5.

Lot, לוֹט involutus, sive colligatus, aut coopertus: vel resina pretiosa, quæ dicitur stacte. Filius Aran, *Gen.* 11: 27.

Lotan, לוֹטָן Idem. Filius Seir Horræi, *Genes.* 36: 20.

¶ Lucas, λουκᾶς Hebraicè potest transferri Ipsi resurrectio, vel Latinè, à luce. D. *Col.* 4: 14.

Lucius, λούκιος A luce, Latinum est. Nomen Prophetæ, *Act.* 13: 1. *Rom.* 16: 21.

Lud, לוּד Nativitas, vel generatio. Filius Sem, Gen.

Gen. 10: 22. Is tunc Ludas nominavit, quos nunc Lydos vocant.

Ludim, לוּדִים Idem, p. n. Filius Mesraim, *Gen.* 10: 13.

Luith, לוּחִית Tabulatum, vel tabulæ, aut viriditas. Mons est Lyrano & Hebræorum commentatori in commentariis super Isaiam, cap. 15: 5. Eusebio verò Pamphylo, vicus inter Areopolim & Joaram. Hebr. Luhith.

Luza, לוּז vel לוּזָה Amygdalus, seu discessio vel declinatio. Civitas Chananææ in tribu Benjamin, *Ios.* 18: 13. Quæ alias *Gen.* 28: 19. & 35. 6. nuncupatur Beth-el à Iacob. Est secunda Luza, quæ cecidit in sortem filiorum Ioseph juxta Sichem, in tertio lapide ipsius Sichem, sive Neapoleos, *Ios.* 16: 2. Est & tertia Luza, in terra Cethim, à veteris Luzæ proditore condita, *Iudic.* 1: 23.

¶ Lycaonia, λυκαονία Lupina. G. Provincia Asiæ est mediterranea, Tauro à Cilicia Trachea divisa à septentrione, Cappadociæ contermina. Volater. lib. 10. in qua Barnabas & Paulus prædicarunt, *Act.* 14: 6.

Lycia, λυκία Idem. G. provincia Asiæ, 1 *Mach.* 15: 23. *Act.* 27: 5.

Lyda, sive Lydda, λύδη vel λύδδη Stagnum, scil. aquarum. G. Civitas Palæsthinæ in littore magni naris sita quæ diospolis appellatur, 1 *Mach.* 11; 34. *Actor.* 9: 35. 38.

Lydi, sive Lydii, לוּד Nativitas vel generatio, Populi. Vide Lud, *Ier.* 46: 9.

Lydia, לוּדִים λυδία Idem. Asiæ minoris provincia inter Cariam & Phrygiam, authore Strabone lib. 13 cujus situm his verbis scribit Plinius in 5: cap. 29. Lydia perfusa flexuosi amnis Meandri recursibus super Iniam procedit, Phrygiæ ab exortu solis vicina,

ad septentrionem Mysiæ, meridiana parte Cariam amplectens, Meonia ante appellata, &c. Hujus mentio fit *Act.* 16: 14. *Ier.* 46: 10. *Ezech.* 27: 10. & 30: 5. *Ies.* 66: 19. Est & nomen mulieris purpurariæ, de qua *Act.* 16: 14.

Lysanias, λυσανίας Dissolvens tristitiam. G. Procurator constitutus a Romanis super Abilinam regionem, *Luc.* 2: 1.

Lysias, λυσίας Dissolvens. Princeps quidam exercitus, sive tribunus, 1 *Mach.* 3: 32. *Act.* 24: 23.

Lysimachus, λυσίμαχος Dissolvens pugnam. G. Frater Menelai, 2 *Mach.* 4. 29.

Lustra, λύστρα Dossolvens. G. Nomen civitatis in Lycoadia, *Act.* 14. 6.

Lustra, μύρα *Act.* 27: 5. in Græco scribitur Myra, & vertitur virgultum, sive unguentumodoriferum. G. Civitas Lyciæ, vide Plinium lib. 5 cap. 27. *Act.* 27: 5.

Litera M.

¶ Maacha, מַעֲכָה Compressa, vel attrita aut fixa. Filius Nachor ex Roma concubina, *Gen.* 22: 24. Filia Tholmai regis Gassur, 2 *Sam.* 3: 3. 1 *Par.* 3: 2. Filia Abessalom mater Abiam Regis, 1 *Reg.* 15: 2. quæ 2 *Par.* 13: 2. dicitur Michaia. Concubina item Caleb, 1 *Par.* 3: 48. Uxor Machir patris Manasse, 1 *Paral.* 7: 16. Uxor Jahiæ, 1 *Paral.* 9: 35.

Maachati, מַעֲכָתִי Compressus, vel attritu, aut fixus, seu ventris contritio. Pater Jezoniæ, 4 *Reg.* 25: 23. Civitas Ammorhæorum super Jordanen juxta montem Hermon, *Ios.* 12: 5. & 13. 11. 1 *Par.* 4: 19.

Maadi, מַעֲדִי Solennis, sive festivus, au ornatus, seu labilis, vel testificans, aut transiens: aut Syriacè, auferens. Nomen viri, *Esd.* 10: 34.

Maai,

Maái, מַעַי Venter aut coacervatio. Nomen viri, *Neh.* 12: 35.

Maala, מַחֲלָה Chorus vel cythara, sive infirmitas: aut Syriacè, venia. Filia Salphaad filii Galaad, *Num.* 16: 33. *Ios.* 17: 3. Heb. Mahala.

Maara, מְעָרָה Spelunca, sive evacuatio, aut effusio, vel discooperiens, aut evigilans, *Ios.* 17: 3.

Maasai, מַעֲשַׂי Opus meum. Filius Adiel. 1 *Par.* 9: 12.

Maasia, sive Maasias, מַעֲשִׂיָהוּ Opus domini. Filius Achaz, 1 *Par.* 15: 18. 2 *Par.* 28: 7. Nomen cujusdam doctoris, 1 *Par.* 26: 11. Pater Sophoniæ, *Ier.* 21: 1. Princeps civitatis Jerusalem, 2 *Par.* 34: 8.

Maasias, מַחֲסֵיָה *Ier.* 32: 12. & 51. 59. vertitur protectio sive confidentia domini. Pater Neriæ patris Baruch & Saraiæ, Heb. Mahasiàs.

Maaziau, מַעַזְיָהוּ Fortitudo domini, vel refugium domini. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 18. *Neh.* 10: 8.

Mabsam, מִבְשָׂם Aromatizans vel confundens eos. Filius Ismahelis, *Gen.* 25: 13. 1 *Par.* 4: 25.

Mabsar, מִבְצָר Munitus, vel muratus, sive prohibens vel auferens, aut vindemians. Civitas Idumææorum, *Gen.* 36: 42.

Macces, מַקֵּץ finis vel finiens, sive tædium aut evigilans, vel æstas, sive æstuans, aut spinans. Nomen loci, 1 *Reg.* 4: 9.

Maceda, מַקֵּדָה Incendium, aut adoratio, vel incurvatio. Civitas tribus Judæ, *Ios.* 10: 10. & 15. 41.

Macedo, *μακέδων*, Hebraicè Idem. Græcè verò, excelsus vel eminens. G. 1 *Mach.* 1: 1. *Act.* 16: 9.

Macedones, *μακέδονες* idem. p. n. G. *Act.* 19: 29.

Macedonia, *μακεδονία* Excelsa, vel eminens. G. Provincia, *Act.* 16: 9.

Maceloth, מַקְהֵלוֹת Ecclesiæ, vel cœtus, aut congregationes. Nomen loci ad quem profecti sunt filii Israel de Arada. *Num.* 33: 25.

Maceloth, מַקְלוֹת 1 *Par.* 8: 31. & 9. 37. & 27. 4. Virgæ aut baculi, sive voces, aut levitates, vel despectiones. Filius Abigabaon. Filius Jahiel, 1 *Par.* 9: 35.

Macenias, מַכְנַיְהוּ Possessio domini, sive emptio domini, aut pecus vel armentum domini, sive ædificatio domini. Sacerdos, 1 *Par.* 15: 18.

Macha, מַעֲכָה Compressa, vel attrita aut fixa. Nomen regis. 2 *Sam.* 10: 6.

Machabæus, μακκαβαῖος Percutiens, Græcè verò pugnator. D. Filius Mathathiæ, 1 *Mach.* 2: 4.

Machati, מַעֲכָתִי Compressus vel attritus aut fixus, aut ventris contritio. Nomen loci, *Deut.* 3: 14. *Ios.* 12: 5. Hebr. Maachati.

Machbanai, מַכְבַּנַּי Miser sive pauper filius meus, aut paupertas vel humiliatio filii aut intelligentiæ vel ædificationis. Nomen principis, 1 *Par.* 12: 13.

Machbena, מַכְבֵּנָה Paupertas vel percussio filii ejus, aut paupertas sive percussio intelligentis vel ædificantis. Nomen loci, 1 *Paral.* 2: 49.

Machi, מָכִי Percussor, aut pauper vel humilis. Pater Guel principis tribus Gad. *Num.* 13: 16.

Machir, מָכִיר Vendens, sive cognoscens. Filius Manasse, *Gen.* 50. 23. Pater Galaad, 1 *Par.* 7: 14. Filius item Ammihel, 2 *Sam.* 9: 4.

Machiritæ, מָכִירִי Vendentes, sive cognoscentes, *Num.* 26: 29.

Machmas, מִכְמָשׁ Percussor, vel pauper ablatus, aut percussor vel pauper palpans sive tangens vel auferens. Nomen vici magni sive oppidi in tribu Ephraim, 1 *Sam.* 13: 2. *Isa.* 13: 28.

Mach-

Machmas, מִכְמָס *Esd.* 2: 27. *Neh.* 7: 31. Occultatio, vel percussoris aut pauperis tributum. Oppidum quondam tribus Ephraim, ad australem plagam.

Machmethath, מִכְמְתָת Percussoris vel pauperis donum, aut percussoris vel humilis mors. Terminus tribus Manasse, *Ios.* 16-6. & 17-7.

Madai, מָדַי Mensura, sive judicans, aut indumentum. Filius Japhet. *Gen.* 10: 2. Hic primum Medorum genti nomen indidit.

Madan, מָדָן Litigium, sive judicans, aut mensura, vel indumentum. Filius Abrahę ex Cetura, *Gen.* 25: 2.

Madia, מַדְיָה Solennitas, vel festivitas domini, vel adornatio vel testimonium aut fœdus domini, vel transiens dominus. Nomen viri, *Neh.* 12: 5.

Madian, מִדְיָן *μαδιὰν* judicium vel judicans, sive litigans, aut objurgans. Filius Abrahæ ex Cetura, *Gen.* 25: 2. A quo civitas trans Arabiam ad meridiem Judææ sita, in defetto Saracenorum contra Orientem maris rubri. Inde Madianitæ. Alia urbs est juxta Arnonem & Ariopolin cujus nunc ruinæ tantum demonstrantur, qui Hobab, sive Jethro socer Mosis sacerdos Madian habitavit, *Exod.* 2: 15. *Act.* 7: 29.

Madianita, מִדְיָנִי Idem.

Madianitæ, מִדְיָנִים Idem, *Gen.* 37: 28.

Madianitis, מִדְיָנִית Idem. f. n. f. g. *Num.* 25: 6.

Madmena, מַדְמֵנָה Mensura numeri, vel muneris, aut indumenti munus, vel indumenti præparatio, aut numerus vel sterquilinium. Civitas tribus Judæ. 1 *Par.* 2: 49. quæ & Bersabe dicitur.

Madon, מָדוֹן Jurgium, aut indumentum, vel mensura ejus. Civitas regis Jobab, *Ios.* 11: 1.

Magala, מַעְגָלָה Semita, vel circulus, aut rotunditas, sive currus, vel plaustrum, aut vitula. Nomen loci, 1 *Sam.* 17: 20.

Mag-

Magdalena, μαγδαληνὴ Magnifica vel magnificata, aut exaltata, vel turris. D. mulieris nomen, *Matth.* 28: 56. *Luc.* 8: 2.

Magdalgad, מִגְדַּל־גָּד Turris fœlix vel accincta, sive magnitudo fœlicitatis, vel magnitudo accincta. Civitas tribus Judæ, *Ios.* 15: 37.

Magdalel, מִגְדַּל־אֵל Turris sive magnitudo Dei. Civitas in tribu Nephthali, *Ios.* 19: 38.

Magdalum, מִגְדּוֹל Turris vel magnitudo. Urbs Ægypti, *Ier.* 44: 1. *Exod.* 14: 2. *Num.* 33: 7.

Magdiel, מַגְדִּיאֵל Annuntians vel euangelizans Deum, sive pomum Dei, id est, fructus electus Dei. Civitas est Idumæorum principum. *Gen.* 36. 43. 1 *Par.* 1: 59.

Maggedan, μαγδαλὰ *Matth.* 15: 39. in Græco, Magdala: & Hebraicè vertitur turris vel magnitudo. D. Civitas in littore stagni Genezareth sive maris Galilææ, cujus fit mentio *Matth.* 15: 39. Hieronymus hanc regionem nunc Macedan contra Jerasaam scribit in locis Hebr.

Mageddo, מְגִדּוֹ Annuntiatio, vel euangelizatio, aut pomum sive fructus electus. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 17: 11. quam reparavit Salomon, 1 *Reg.* 9: 15. 1 *Par.* 7: 29. Locus in quo occisus est Josias, 2 *Regum.* 23: 29.

Mageddon, מְגִדּוֹן Idem, *Zach.* 12: 11.

Mageth, μαχὲθ Torcular, aut liquefactio. D. Nomen civitatis, 1 *Mach.* 5: 26.

Magi, μάγοι Sapientes, vel philosophi: aut qui præsunt sacris, id est, sacerdotes. Persicum est, *Matth.* 2: 1.

Magog, מָגוֹג μαγὼγ Tegens, vel tegulans, aut tabefactus, vel liquefactus. Filius Japhet, *Gen.* 10: 2. A quo Scythæ genus, qui primum Magogi dicti sunt. *Apoc.* 20: 8.

Ma-

Magron, מְגַרּוֹן Timor, ſive horreum, aut de gutture. Civitas, *Iſa.* 10: 28.

Mahalath, מַחֲלַת Chorus, ſive infirmitas: aut Syriacè, venia. *Pſal.* 53. 1. & 88: 1. in titulo. Uxor Roboam, 2 *Par.* 11: 18.

Mahalon, מַחְלוֹן Idem. Filius Elimelech Bethlehemitæ, *Ruth.* 1: 2.

Mahanaim, מַחֲנַיִם Caſtra, turmæ. Nomen loci, in quo obviam facti ſunt angeli patri noſtro Jacob, ab ipſo propterea impoſitum quod duas turmas vidiſſet eo loco, ſuam & angelorum, *Gen.* 32: 2.

Maharai, מַחְרַי Accelerans, ſive dotatio, aut montanus, vel de monte meo. Nomen viri, 2 *Sam.* 23: 28. 1 *Par.* 11: 30.

Mahath, מַחַת Abſtergens, aut delens, ſive confringens, aut formidans: aut Syriacè, percuſſio, Filius Amaſai, filii Elcana, 1 *Par.* 6: 35. 2 *Par.* 29: 12. & 31: 13.

Mahazioth, מַחֲזִיאוֹת Videns ſignum, aut videns literam. Nomen viri, 1 *Par.* 25: 4.

Maheleth, מַחֲלַת Chorus, vel cithara, aut infirmitas: Vel Syriacè, venia. Tertia uxor Eſau, filia Iſmahelis, *Gen.* 28: 9.

Mahida, מַחִידָא Ænigma, aut acumen, vel radens ſive abſtergens manum: aut Syriacè, percuſſa manus: nomen viri, *Eſd.* 2. 52.

Mahir, מַחִיר Pretium. Filius Caleb patris Sur, 1 *Par.* 4: 11.

Mahol, מָחוֹל Chorus vel cithara, aut infirmitas, ſive arenoſus: aut Syriacè, venia. Nomen viri, 1 *Reg.* 4: 31.

Mahumites, מְחוּמִים Nuntians vel delens aut radens, vel medullæ, 1 *Par.* 11: 46.

Maimin, מִימִן dexter, aut aquas præparans. Nomen viri, 1 *Par.* 24. 9.

Ma-

Malachias, מַלְאָכִי Angelus sive nuntius meus. Heb. Malachi. Nomen prophetæ, *Malach.* 1: 1.

Malachim, מְלָכִים Regum, scil. liber. Scribendum melachim.

Malalai מְלַלַי Circumcisio vel lucutio mea. Nomen viri. *Neh.* 12: 35.

Malaleel, מְהַלַלְאֵל μαλελεὴλ Laudans Deum, vel illuminatio Dei. Filius Cainan, *Gen.* 5: 12. *Luc.* 3: 37. Heb. Maalaleel.

Malaser, מַלְצַר Circumcisio angustiæ vel vinculi sive dispensator. Nomen viri, *Dan.* 1: 11.

Malchus, μάλχος Rex vel regnum aut consiliarius. D. nomen illius cui Petrus auriculam abscidit, *Ioh.* 18: 10.

Mallotæ, μαλλῶται Adimplentes vel adimpleti. D. nomen populi, 2 *Mach.* 4: 30.

Maloch, מָלוֹךְ Regnans, aut consulens. Filius Azabiæ filii Amasiæ, 1 *Par.* 6: 44.

Mambre, מַמְרֵא Rebellis aut amarus vel commutans vel permutans. Civitas, *Gen.* 19: 18. quæ & Hebron & Arbee dicitur. *Gen.* 23: 19. & 35. 27. Frater Eschol & Aner. *Gen.* 14: 13. Heb. Mamre.

Mambres, ἰαμβρῆς Idem, sed in Græco scribitur Jambres: & Hebraicè potest transferri mare cum ægestate vel paupertate. D. Unus ex illis qui Mosi restiterunt, 2 *Tim.* 3: 8.

Mammona, μαμωνᾶ Pecunia, vel divitiæ, aut cupiditas. Syrum est. *Luc.* 16: 9. *Matth.* 6: 24.

Mamuchan, מְמוּכָן Paratus vel certus aut depauperatus vel percussus. Dux Persarum, *Esth.* 1: 11.

Mamzer, מַמְזֵר De scorto natus, *Deut.* 23: 2.

Man, מָן Donum aut munus, aut quid? aut cibus præparatus. *Exod.* 16: 31.

Manna, μάννα Idem. *Iohan.* 6: 49.

Ma-

Manahath, מְנַחַת Requies, aut Munus, sive præparata formido vel confractio, aut numerus stuporis: vel ex Hebræo & Syro, præparata descensio, vel numerus descendens. Filius Sobal filii Seir, *Gen.* 36: 23. 1 *Par.* 1: 40. Est & regionis nomen, 1 *Par.* 8: 40.

Manahem, מְנַחֵם Consolator aut ductor eorum, sive præparatio caloris, aut munus incensum, vel numerans calefactionem. Filius Gaddi, 2 *Reg.* 15: 14.

Manaim, מַחֲנַיִם Castra. Terminus tribus Gad in regione Galaaditide. Levitis etiam in urbem refugii concessa, *Ios.* 13: 26. & 21. 38. 1 *Par.* 6: 80. Heb. Mahanaim.

Manasse, sive Manasses, מְנַשֶּׁה Oblitus, aut oblivio. Filius primogenitus Joseph, *Gen.* 41: 51. Pater Esdrihel, 1 *Par.* 7: 14. Filius Ezechiæ Regis Juda filii Achaz, 2 *Reg.* 21: 1. 1 *Par.* 3: 13.

Mane, מְנָא numeratus, vel numerans, *Dan.* 5: 25.

Man-hu? מָן־הוּא Quid hoc? *Exod.* 16: 15.

Manlius, μάνλιος Solutus, vel non ligatus. G. 2 *Mach.* 11: 34.

Manne, מָנוֹחַ Requies, aut munus. Pater Samson, *Iud.* 13: 2.

Maoch, מָעוֹךְ Compressus, vel attritus, aut fixus. Pater Achis regis Geth, 1 *Sam.* 27: 2.

Maon, מָעוֹן Habitaculum sive delictum, vel de peccato. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 55. Filius Sammai filii Recem, 1 *Par.* 2: 45. Est & nomen solitudinis, 1 *Sam.* 23: 24.

Maonathi, מְעוֹנֹתַי Idem. Filius Othoniel filii Cenez, 1 *Par.* 4: 13.

Maozin, מָעֻזִּים Fortificati vel fortitudines, aut refugia. Nomen idoli, *Dan.* 11: 38.

Ma-

Mara, מָרָא vel מָרָה Amara vel amaritudo. Quinta Israelitarum mansio fuit: ibi enim Moses jactu ligni amaras aquas in dulcem vertit saporem, *Exod.* 15: 23. *Num.* 33: 8.

Marai, מָהָרַי Accelerans sive dotatio, aut montanus, vel de monte meo. Nomen viri, 1 *Par.* 27: 13.

Maraia, מְרָיָה Amaritudo, vel myrrha domini, aut, Docens vel præceptor dominus. Nomen viri, *Neh.* 12: 12.

Marajoth, מְרָיוֹת Amaritudines vel rebelliones, aut commutationes, vel permutationes. Nomen viri, *Neh*, 12: 15.

Maran-atha, μαραὰν ἀθᾶ Dominus venit, Syrum est. 1 *Cor.* 16: 22.

Marcus, μάρκος Limatus vel fricatus aut expolitus, id est, à rubigine absterstus. D. *Act.* 12: 12. *Col.* 4: 10. consobrinus Barnabæ.

Mardochai, מָרְדֳּכַי Amara contritio vel myrrha contrita, sive docens contritionem: aut ex Hebræo & Syro, myrrha purissima. Nomen viri, *Esd.* 2: 2.

Mardochæus, Idem. Filius Jair filii Semei, patruus Esther, *Esth.* 2: 5. *Neh.* 7: 7.

Mare rubrum, יַם סוּף, ad austrum Judææ à Græcis Erythræum dicitur, autore Pomponio Mela lib. 3. Strabone lib. 16. Aliis etiam Sinus Persicus & arabicus, teste Plinio lib. 6. cap. 24. Hebræis dicitur Jam suph, id est, junceum, vel cannosum, quia in litore abundant junci vel cannæ seu caricæ. Alii volunt ex fundo maris illas prodire & nasci carices. Observandum etiam, mare Suph, aliquoties sumi pro mari salso vel mortuo, quod sit carectosum. Illic juxta rubrum pelagus septima fuit mansio Israelitarum, *Num.* 33: 10.

Mares, מָרֵס Irroratio vel distillatio: aut Syriacè, apostema, vel confractio. Nomen principis cujusdam, *Esth.* 1: 14. Ma-

Mareſa, מָרֵאשָׁה à capite vel à principio: aut caput vel principium, ſive hæreditas: aut amaritudo mulieris aut amara mulier. Civitas in tribu Juda, *Ioſ.* 15: 44. 1 *Par.* 4: 21.

Mareſa, מָרֵשָׁה 1 *Par.* 4: 21. 2 *Par.* 11: 8. & 14. 9. & 20. 37. *Mich.* 1: 1. vertitur à capite vel à principio, aut hęreditas, vel amaritudo agri. Civitas in tribu Juda, patria Michææ prophetę: nam inde Moraſthi appellatur, quam ędificavit Roboam, 2 *Par.* 11: 8.

Mareth, מָרֵעֵת Spelunca, vel evacuatio, aut effuſio, ſive diſcooperiens, aut evigilans. Civitas in tribu Juda, *Ioſ.* 15: 59.

Maria, מָרִים *μαεία* exaltata, vel amaritudinis mare, aut myrrha maris, ſive doctrix vel magiſtra maris: aut ex Syro & Hebræo, domina maris, filia Amram filii Caath ſoror Aaron & Moſis, *Num* 12: 1. Filius Ezra. 1 *Par.* 4: 17. Nomen item virginis quæ Chriſtum tulit in utero *Matth.* 1: 17. Soror item Marthæ ſororis Lazari, *Luc.* 10: 39. *Ioh.* 11: 17. Heb. Mirjam. De quadam Maria loquitur & Paulus, *Rom.* 16: 6.

Marimuth, מָרִמוֹת Amaritudo vel myrrha mortis: aut altitudinis ſive fraudulentiæ, Nomen viri, *Eſd.* 10: 35.

Marma, מִרְמָה Dolus vel fraudulentia, ſive altitudo vel extollens ſe. Filius Saharaim ex Hodes uxore ſua, 1 *Par.* 8: 10.

Marſana, מַרְסְנָא Amaritudo aut myrrha rubi vel inimici, aut oſtendens rubum vel inimicum. Nomen principis, *Eſth.* 1: 14.

Martha, *μάρθα* Provocans ſive amaricans: vel Syriacè, domina, vel doctrix. D. Soror Mariæ ſororis Lazari illius quem ſuſcitavit Chriſtus, *Luc.* 10: 38. *Ioh.* 11: 20.

Massa, מַשָּׂא Onus, sive assumptio: vel aliquando translativè, prohetia. Filius Ismahelis, *Gen.* 25: 14. 1 *Par.* 1: 30.

Masal, מָשָׁל Parabola, aut imperans vel dominans. Civitas in tribu Aser, 1 *Par.* 6: 74. quę *Ios.* 19: 26. dicitur Messal.

Masaloth, μεσαλωθ Idem. D. Nomen urbis, 1 *Mach.* 9: 2.

Masepha, מִצְפֶּה Speculatio sive specula, aut cooperimentum, vel expectatio, Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 38. quæ alias Maspha dicitur.

Maserephoth, מַשְׂרְפוֹת-מַיִם In Hebræo est Masrephoth maim, id est adustiones, incendia, combustiones aquarum. Locus est ubi excoquunt aquam ad ignem, refrigerandoque salem faciunt. Commentator Hebræorum super Josue sic inquit, Salinæ sunt, ubi aqua maris trahitur ad fossas ad hunc usum factas, & sole siccatur, *Ios.* 11: 8. & 13. 6.

Maserei, מַשְׂרֵעִי Stratum, sive auferens vel tangens socium vel amicum aut pastorem vel malitiam. Filius Sobal filii Hur, primogenitus Caleb ex Ephrata concubina, 1 *Paral.* 2: 53.

Masma, מִשְׁמָע Exauditio, sive audiens vel obediens. Filius Ismahelis, *Gen.* 25: 14. 1 *Par.* 4: 25.

Masmana, מִשְׁמַנָּה Pinguedo aut oleum ejus, sive tangens vel auferens præparationem vel munus aut numerum. Nomen viri principis. 1 *Par.* 12: 10.

Masobia, מִצֹּבָיָה Statio domini, sive stans dominus, aut damula. Nomen loci, 1 *Par.* 11: 47.

Maspha, מִצְפָּה Speculatio, sive specula aut cooperimentum vel expectatio. Civitas in tribu Juda, 1 *Sam.* 22: 3. 2 *Reg.* 25: 23. quam ædificavit Asia Rex Juda, 1 *Reg.* 15: 22. quæ *Ios.* 15: 38. Masepha dicitur iisdem consonantibus & punctis.

Masphat, מִצְפָּתָה Speculatio sive specula, aut coope-

cooperimentum, vel expectatio, Civitas quæ maſpha dicitur in tribu Juda, 1 *Sam.* 7:7. *Ier.* 40:6. Heb. Miſphathah.

Maſphæ, Idem, *Joſ.* 11. 3. & 13. 26.

Maſreca, מַשְׂרֵקָה Sibilus vel ſibilans, aut attractio vanitatis vel tangens vanitatem vel vacuitatem, aut vitis. Civitas Idumææ, regia Semlæ quinti regis in Edom, *Gen.* 36:36.

Mathaniau, מַתַּנְיָהוּ Donum domini, vel lumborum dominus: aut ex Syro & Hebræo, expectatio domini. Nomen viri, 1 *Par.* 25:4.

Mathan, מַתָּן Donum, vel lumbus, ſive mors eorum: aut Syriacè, expectatio vel ſpes. Pater Saphatiæ, *Ier.* 38:1. 2 *Par.* 23:17.

Mathana, מַתָּנָה Idem. Civitas in Arnon ſita, *Num.* 21:18.

Mathanai, מַתַּנַי Idem. Nomen viri, *Eſd.* 10:33.

Mathania, ſive Mathanias, מַתַּנְיָה Donum domini, vel lumborum dominus: aut ex Syro & Hebræo, ſpes domini. Filius Joſiæ, patruus Joachin, frater Joacim ſive Eliacim à Nabuchodonoſor Sedecias nominatus, 2 *Reg.* 24:17. Filius item Micha, 1 *Par.* 9:15. 2 *Par.* 29:13.

Mathanites, מַתַּנִי Donum aut lumbus: aut Syriacè, ſpes, vel expectans, 1 *Par.* 11:43.

Mathat, ματθάτ Donum, vel donans. D. Pater Heli patris Joſeph viri Mariæ. *Luc.* 3:24.

Mathath, מַתַּתָּה Donum ejus, nomen viri, *Eſd.* 10:23.

Mithathia, ſive Mathathias, מַתִּתְיָה Donum domini. Pater Judæ Machabæi, 1 *Mach.* 2:2. Primogenitus Sellum Coritę, 1 *Par.* 9:31. Sacerdos, 1 *Par.* 15:18.

Mathias, ματθίας Donum Domini. D. 2 *Mach.* 14:29. Nomen item Apoſtoli qui in locum Judæ proditoris electus eſt, *Act.* 1:23.

Mathusael, מְתוּשָׁאֵל Mortem suam postulans, aut mors sua infernus vel sepulchrum. Filius Maviael, *Gen.* 4: 18.

Mathusala, מְתוּשֶׁלַח μαθουσάλα Mortem suam misit aut mortis suæ arma: vel ex Hebræo & Syro, mortem suam spolians vel mortis spolium. Filius Henoch filii Jared, *Gen.* 5. 21. *Luc.* 3: 37.

Matred, מַטְרֵד Virga descendens, aut virga imperantis, sive lectuli descensio vel imperium: aut Syriacè, labor. Pater Meetabel uxoris Adar regis in Edom septimi, *Gen.* 26: 39.

Matthæus, ματθαῖος Donatus. D. nomen Apostoli, *Matth.* 9: 9. qui & Levi dictus est. *Marc.* 2: 14.

Majael, מְחִיָּאֵל Annuntians Deum, aut radens vel delens Deus: vel ex Syro & Hebræo percussus à Deo. Filius Irad, *Gen.* 4: 18.

Mauman, מְהוּמָן Turbatus, aut tumultuans, vel multitudo. Nomen eunuchi cujusdam, *Esth.* 1: 10.

¶ Mecherathites, מְכֵרָתִי Venditio, aut cognitio, 1 *Par.* 11: 36.

Mechmas, מִכְמַשׁ Percussor vel pauper ablatus, aut percussor vel pauper palpans vel tangens sive auferens. Nomen oppidi in tribu Ephraim, *Neh.* 11: 31. qui 1 *Sam.* 13: 2. dicitur Machmas iisdem consonantibus & punctis.

Mechnedebai, מִכְנַדְבַּי Percussor vel pauper vovens sive spontaneus: aut Percussio vel paupertas voventis vel principis aut spontanei. Nomen viri. *Esd.* 10: 40.

Medaba, מֵידְבָא Aquę doloris: vel ex Hebræo & Syro, aquæ manantes. Urbs Arabiæ in tribu Ruben, *Num.* 21: 30. *Ios.* 13: 9. 1 *Par.* 19: 7. *Isa.* 15: 2.

Medad, מִידָד Mensurans, sive aquæ dilectionis vel uberum aut patrui. Nomen viri, super quem re-

requievit spiritus domini in castris, *Num.* 11: 26.

Meddin, מִדִּין Iudicium, sive litigans, aut objurgans. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 61.

Medemena, מַדְמֵנָה Mensura muneris, vel numeri, aut indumenti munus, vel indumenti præparatio, aut sterquilinium. Civitas tribus Judæ, quæ aliàs Bersabee dicitur, *Ios.* 15: 31. *Isa.* 10: 31.

Medena, מָדַי Mensura, vel abundans, sive indumentum. Provincia, de qua *Esd.* 6: 2. Heb. Madai.

Medi, μῆδοι Idem, pl. n. Populi, *Isa.* 13: 17. *Act.* 2: 9.

Media, μηδία Idem. s. n. Provincia Asiæ ab ortu habet Caspios & Parthos, à meridie Sittacenen & Susianen, & Persida, ab occasu Adiabenen, à Septentrione Armeniam. Plinius author in 6. cap. 26. Hanc appellatam à Madai Japheth filio, Josephus lib. 1. cap. 14. Jud. antiq. refert. Strabo verò in 11. à Medo Medææ filio. De hac Ptolemæus lib. 6. cap. 2. Plinius lib. 6. cap. 14. Hieronymus ipsam inter flumina Indum & Tigrim collocat, *Ier.* 25: 25. Huic provinciæ attribuit sacra scriptura Aracusiam, Parthiam, Assyriam & Persidam.

Medus, מָדַי Idem. *Dan.* 5: 31.

Meetabel, מְהֵיטַבְאֵל Quam bonus Deus, sive benefaciens Deus. Uxor Adar regis in Edom septimi, *Gen.* 36: 39.

Megbis, מַגְבִּישׁ Eminens, sive altitudo. Nomen viri, *Esd.* 2: 30.

Megphias, מַגְפִּיעָשׁ Corpus compressum vel congregatum, aut corporis vel vestimenti tinea. Nomen viri, *Neh.* 10: 20.

Mehusim, מְחֻשִׁים Tacentes, aut festinantes, sive sensuales. Pater Abitob, 1 *Par.* 8: 11.

Melcha, מִלְכָּה Regina, vel consiliatrix. Uxor

Nachor, filii Thare, filia Aran fratris mariti sui Nachor, *Gen.* 11: 29. Filia item Salphaad, filii Hepher filii Galaad, *Num.* 26: 33.

Melcha, μελεὰ *Luc.* 3: 31. Idem. Sed in Græco scribitur Melea, & Hebraicè vertitur adimplens vel adimpletus. D.

Melchi, μελχὶ Rex meus, sive consilium meum. D. Pater Levi patris Matthat, *Luc.* 3: 28.

Melcheas, מַלְכִּיָּה Rex dominus, aut consiliator dominus. Pater Phassur, *Ier.* 21: 1. Filius Amelech. *Ier.* 38 6. Filius Athanai filii Zara, 1 *Par.* 6: 40.

Melchiel, מַלְכִּיאֵל Rex meus Deus, aut regnum Dei, sive consiliator meus Deus, Filius Beriæ filii Aser, *Gen.* 46: 17. 1 *Par.* 7: 31.

Melchielitæ, מַלְכִּיאֵלִי Idem. *Num,* 26: 45.

Melchiram, מַלְכִּירָם Rex excelsus, aut consiliator, vel consilium excelsum. Filius Jechoniæ filii Joacim, 1 *Par.* 3: 18.

Melchisedec, מַלְכִּיצֶדֶק μελχισεδὲχ Rex justitiæ. Sacerdos & rex Solymæ sive Jerusalem fuit, *Gen.* 14: 18. *Heb.* 7: 1.

Melchisua, מַלְכִּישׁוּעַ Rex salvator, aut rex vel consilium salvatoris vel salutis, sive rex magnificus. Filius Saul, 1 *Sam.* 14: 49. & 31. 21. 1 *Par.* 8: 33.

Melchom, מַלְכֹּם Rex eorum, vel consiliator eorum. Idolum quod colebant filii Ammon, 2 *Reg.* 23. 13. 1 *Par.* 20. 2. *Ier.* 49: 1.

Melech, מֶלֶךְ Rex aut consiliarius. Filius Micha filii Meribbaal. 1 *Par.* 8: 33.

Melite, μελίτη Melliflua. G. insula inter Epirum & Italiam spectans Siciliam ad septentrionem, *Actor.* 28: 1.

Mello, מִלּוֹא Plenitudo, vel repletio. Urbs terræ Chanaan in tribu Ephraim, cujus cives Abimelech

melech Regem sibi constituerunt, *Iud.* 9:6. Ab hoc loco David cœpit munire terram, 2 *Sam.* 5:9. Salomon hanc reparavit, 1 *Reg.* 9:15. 2 *Reg.* 12:20. 2 *Par.* 32:5.

Mellothi, מִלּוֹתִי Plenitudo, vel circumcisio. Nomen viri, 1 *Par.* 25:4.

Melluch, מַלּוּךְ Regnans, vel consulens. Nomen viri, *Esd.* 10:32.

Meltias, מְלַטְיָה Liberatio domini. Nomen viri, *Neh.* 3:7.

Memius, μέμμιος Maculatus, vel vituperatus. D. 2 *Mach.* 11:34.

Memphis, נֹף, Hebraicè dicitur Noph, & vertitur favus, aut distillatio, vel elevatio, aut cribrum. Civitas Ægypti, *Isa.* 19:13.

Memphis, מוֹף *Osee.* 9:6. Hebraicè dicitur Moph, id est ab ore vel Syriacè coopertorium.

Menna, vel Mainan, μαϊνὰν numeratus, vel remuneratus, aut præparatus. D. Pater Melcha, sive ut Græcè habetur, Melea, *Luc.* 3:31.

Menelaus, μενέλαος Potentia, aut robur populi, G. Nomen viri, 2 *Mach.* 4:23.

Menni, מְנִי Præparatio, vel munus, aut numerus, nomen regionis, *Ier.* 51:27.

Mennith, מִנִּית Idem. Urbs Ammonitarum, *Iud.* 11:33.

Mephaath, מֵיפַעַת Aquarum apparitio, sive aquarum impetus. Civitas Levitarum in tribu Ruben, in terra Moab, *Ios.* 13:18. & 21:36. *Ier.* 48:21.

Merajoth, מְרָיוֹת Amaritudines, vel rebelliones, aut commutationes vel permutationes. Filius Achitob, 1 *Par.* 9:11. Filius Zaraiæ filii Ozi, 1 *Par.* 6:6.

Merala, מְרֵעָלָה Sopor vel inebriatio: aut amaritudo

ritudo ascensionis, vel holocausti, aut myrrhæ holocaustum sive folium, aut docens holocaustum vel ascensum. Limes est Zabuloniæ tribus, *Ios.* 19: 11.

Merari, מְרָרִי Amarus, sive irritatus, aut provocatus. Filius Levi filii Jacob, *Gen.* 46: 11. 1 *Par.* 6: 1.

Merarítæ, Idem, p. n. *Num.* 26: 57.

Mercurius, ἑρμῆς A mercibus dictus est: quia mercaturæ Deus putabatur à gentilibus. Latinum est. *Act.* 14: 12.

Mercurius, מַרְגֵּמָה *Prov.* 26. 8. In Hebræo est Margema. Sunt qui dicant significare fundam in qua jaciuntur lapides. Alii acervum lapidum. Potest etiam derivari ab ארגמן quod significat purpuram: ut sit sensus: Sicut qui ligat lapidem vel saxum in purpura: ita qui tribuit insipienti honorem.

Mered, מֶרֶד Rebellis, vel descendens, aut imperans. Filius Bethiæ, filii Pharaonis, 1 *Par.* 4: 17.

Meremoth, מְרֵמוֹת Amaritudo, sive myrrha mortis, aut altitudines, vel deceptiones, nomen viri. *Esd.* 8: 33.

Merib-baal, מְרִיב-בַּעַל Rebellio vel impugnatio idoli vel dominantis, sive subjicientis, aut possidentis. Filius Jonathan filii Saul, 1 *Par.* 8: 34: & 9. 39.

Merimuth, מְרֵמוֹת Fraudulentiæ: aut amaritudo vel myrrha mortis, sive altitudines. Nomen viri, *Neh.* 10: 5. & 12. 3.

Merob, מֵרֹב Pugnans sive objurgans, aut multiplicans: vel Syriacè, magisterium. Primogenita Regis Saul, 1 *Sam.* 14: 49.

Merodach, מְרֹדָךְ Amara contritio, vel myrrha contrita: aut ex Hebræo & Syro, myrrha purissima. Rex Babyloniorum, *Isa.* 39: 1. qui 2 *Reg.* 20: 12. dicitur Berodach.

Merom, sive *Merome*, מֵרוֹם vel מֵרוֹמִי Celsitudo

aut

aut sublimitas. Aqua seu flumen in terra Chanaan, *Iudic.* 5: 18.

Merom, מרום Altitudines. Aqua seu flumen in terra Chanaan, juxta quod gentes convenerant adversus Israelitas, *Ios.* 11: 5. 7. Hieronymus in locis Hebraicis Merrum vicum fuisse dicit in XII. milliario urbis Sebaste juxta Dothaim.

Meromc, מרומי Altitudines, sive amaritudo aquarum. Nomen loci, *Iud.* 5: 23.

Meronathites, מרונתי Cantatio mea, sive exultans, aut exclamans: vel Syriacè, dominans, 1 *Par.* 27: 30. *Neh.* 3: 7.

Meroz, מרוז Secretum, vel macies. Urbs Galilææ, *Iud.* 5: 23.

Mes, מש Auferens, vel tangens. Filius Aram, *Gen.* 10: 23. qui 1 *Par.* 1: 17. dicitur Mosoch. Ab hoc Meones traxerunt originem.

Mesa, מישע Salus, vel aqua salutis: aut aquas aspiciens. Rex Moab, 2 *Reg.* 3: 4. Filius item Caleb fratris Jerameel, 1 *Par.* 2: 42.

Meselemia, משלמיהו Pax domini, vel perfectio domini, aut retributio domini, vel parabola domini, aut dominium domini. Nomen viri, 2 *Par.* 26: 1.

Mesezebel, משיבאל Auferens fluxum Deus: vel ex Syro & Hebræo, liberatio vel salus Dei. Pater Barachiæ, *Neh.* 3: 4.

Mesizabel, Idem. Nomen viri, *Neh.* 10: 21.

Mesollam, משלם Pacificus sive perfectus, aut retribuens, vel parabola eorum sive potestas eorum. Filius Saphatiæ, 1 *Par.* 9: 8. Filius item Sadoc. ibidem.

Mesopotamia, μεσοποτάμια Majoris Asiæ Syriæque pars. Regio est inter Babyloniam & Arabiam, ad lævam Tigridis fluvii, ubi habitaverunt Sapientes Babyloniæ, authore Strabone l. 11. & 17. & Ammiano

lib. 23. Mesopotamia est intra amnes Tigridem & Euphratem, à septentrione Tauro excepta, quæ ipso vocabulo Græco in medio fluminum esse posita monstratur: mesos enim medius: potamos vero, fluvius vertitur, *Act.* 7: 2. Hebraicè verò, *Gen.* 24: 10. *Deut.* 23: 4. *Iud.* 3: 8. 1 *Par.* 19: 6. & in titulo *Psal.* 60: 2. אֲרַם נַהֲרַיִם dicitur Aram Naharaim, id est, Syria fluviorum. scil. duorum. Nam dictio ipsa, dualis est numeri. In aliis verò locis pro Mesopotamia, in Hebræo est פַּדָּן Paddan, quod transfertur redemptio: vel Syriacè, parilitas, aut conjunctio. Hæc nomina sortitur & Syria, *Gen.* 25: 20. & 28. 5. 6.

Mesopotamia, עֵבֶר-הַנָּהָר *Ios.* 24: 3. in Hebræo est Eber hannahar, id est, trans flumen.

Mesphar, מִסְפָּר numerus, vel narratio, aut librarius vel scriba, sive tributi taurus. Nomen viri, *Esdr.* 2: 2.

Mespharath, מִסְפֶּרֶת numerans, vel narrans, aut tributi fructificatio vel augmentatio. Nomen viri, *Neh.* 7: 7.

Mesphe, מִצְפֶּה Speculatio vel specula, aut cooperimentum vel expectatio. Civitas in tribu Benjamin, *Ios.* 18: 26.

Mesrahim, מִצְרַיִם Angustiæ sive tribulationes. Filius Cham, *Gen.* 10: 6. Ab hoc Ægyptus Hebræa lingua Mesraim nuncupatur: quæ & sæpe in sacris Literis dicitur terra Cham, à Cham filio Noë, *Psal.* 106: 22. Ut testatur Hieronymus in quæst. Hebraicis.

Messa, מַשָּׂא Onus vel assumptio: sive aliquando translativè prophetia. Regio Judææ juxta Hieronymum in locis Heb. in qua habitaverunt filii Jectan, *Gen.* 10: 30.

Messa, מַשָּׂה 2 *Reg.* 11: 6. eradicatio sive conculcatio. Nomen viri.

Messal, מִשְׁאָל Postulans vel postulatus aut commo-

modatus, sive sepulchrum, vel infernus, aut fovea, sive ablatio, aut tactus Dei. Civitas in tribu Aser, *Ios.* 19: 25. quæ & Massal, 1 *Par.* 6: 74. dicitur.

Messalemeth, מְשַׁלֶּמֶת Solutio aut pacificatio, vel perfectio, aut retributio vel parabola mortis, aut dominium mortis. Mater Amon, regis Juda, 2 *Reg.* 21: 19.

Messias, מָשִׁיחַ *μεσσίας* unctus. Græce autem dicitur χριστὸς Christus, *Ioh.* 1: 41. & 4. 25.

Mesulam, מְשֻׁלָּם Pacificus, sive perfectus, aut retribuens, vel parabola eorum, sive potestas eorum. Pater Asalia patris Sphan scribæ, 2 *Reg.* 22: 3.

Metabeel, מְהֵיטַבְאֵל Quam bonus Deus, aut benefaciens Deus. Nomen viri, *Neh.* 6: 10.

Methca, מִתְקָה Dulcedo, aut suavitas. Nomen loci in quo castrametati sunt filii Israël profecti de Taath, *Num.* 33: 28.

Metri, מַטְרִי pluvia, sive custodia vel carcer. Nomen viri, 1 *Sam.* 10: 21.

Meza, מֵזָה Distillatio vel aspersio, aut ex isto, vel Syriacè incensio vel consumptio. Filius Rahuel filii Esau, *Gen.* 36: 13.

Mezaab, מֵיזָהָב Deauratus, vel aquæ auri, sive quid aurum: Pater Matred patris Meetabel uxoris Adar regis in Edom septimi, *Gen.* 36: 39.

¶ Miamin, מִימִן Dexter, aut aquas præparans. Nomen viri, *Neh.* 10: 7.

Mibahar, מִיבְחָר Electus, sive electio, aut juventus. Nomen viri, 1 *Par.* 11: 38.

Micha, מִיכָא vel מִיכָה Pauper vel humilis, aut percutiens vel percussus, sive quis hic? id est in hoc loco: sive aquæ hic. Pater Abdon, 2 *Par.* 34: 20. qui 2 *Reg.* 22: 12. dicitur Michaia. Filius Joel, 1 *Par.* 5: 5. Filius Meribbaal filii Jonathan, 1 *Par.* 8: 35.

8: 35. Filius Miphiboseth, 2 *Sam.* 9: 12.

Michael, מִיכָאֵל Quis sicut Deus? aut humilitas sive paupertas Dei, vel percussio Dei, sive percutiens Deus. Filius Izrahia filii Ozi filii Thola filii Issachar, 1 *Par.* 7: 3. Pater Galaad, 1 *Par.* 5: 13. Pater item Sthur principis tribus Aser, *Num.* 13: 14. Est & nomen angeli, *Dan.* 10: 13.

Michaia, מִיכָיָה Quis sicut dominus? aut paupertas vel humilitas domini, sive percutiens dominus, vel percussio domini. Pater Achobor, 2 *Reg.* 22: 12. Filius Meribbaal filii Jonathan, 1 *Par.* 8: 34. Mater item Abiam regis Juda, 2 *Par.* 13: 2. quæ 1 *Reg.* 15: 2. dicitur Maacha.

Michas, מִיכָה Idem. Nomen viri de monte Ephraim. *Iud.* 17: 1.

Michæa, sive Michæas, מִיכָיְהוּ Idem. Filius Gamariæ filii Saphan scribæ, *Ier.* 36: 11. 13. Filius item Jemla, 1 *Reg.* 22: 9.

Michæas, *Ier.* 26: 18. *Mich.* 1: 1. Pauper vel humilis, aut percutiens vel percussus, sive quis hic, id est in loco: vel aquæ hic. Nomen prophetæ.

Michol, מִיכַל Quis omnia? q. d. tu, aut quæ perfecta vel consummata? q. d. nulla nisi tu: sive aqua tota, aut aquarum perfectio vel consummatio, seu prohibitio. Nomen filiæ minoris regis Saul, 1 *Sam.* 14: 49.

Mido, μύνδος Cura, sive consilium. G. Græca exemplaria legunt Mundus, 1 *Mach.* 15: 23.

Miletum, μίλητον Rubra vel coccinea. G. Civitas in Asia, maritima decem stadiis ab ostio Meandri amnis secreta, *Act.* 20: 15.

Milicho, מִלְכּוֹ Regnum ejus, vel consilium ejus. Nomen viri, *Neh.* 12: 14.

Miphiboseth, מְפִבֹשֶׁת de ore ignominia, sive de ore confusio, aut oris ignominia, vel confusio, aut vere-

verecundia vel mora. Filius Jonathæ filii Saul, 2 *Sam.* 4: 4. & 9. 11. Fuit item alter, filius Saul ex Respha, 2 *Sam.* 19: 24. & 21. 7.

Misaam, מִשְׁעָם Salvator eorum, sive respiciens eos, aut auferens, vel tangens populum: vel Syriacè. lenitas eorum. Filius Elphaal filii Mehusim, 1 *Par.* 8: 12.

Misach, מִישָׁךְ Prolongans, sive attrahens, aut aquas vallans vel sepiens. Vir qui & Misael dicitur, *Dan.* 1: 8.

Misael, מִישָׁאֵל Quis postulatus aut commodatus, sive quis postulans, aut commodans? sive abstulit Deus vel recessit. Nomen viri quem princeps eunuchorum regis Nabuchodonosor vocavit Misach, *Dan.* 1: 8. Filius item Oziel filii Caatæ, *Exod.* 6: 22.

Misor, מִישׁוֹר Planicies, aut serra, sive murus vel muratus aut bos vel bovinus. Hebraicè legitur Jahesa, *Ios.* 21: 39.

Misphat, מִשְׁפָּט Judicium. Fons Misphat, sive judicii. aliàs Cades. *Gen.* 14: 7.

Mitylene, μιτυλήνη Munditia, vel absterso torcularis. G. Insula contra Asiam, quæ à proximo continenti abest quinquaginta septem millia passus. *Act.* 20: 14.

Mithridates, מִתְרְדָת Explorans vel contemplans legem, aut solvens legem, sive mortis descensus vel dominium. Filius Gazabar, *Esd.* 1: 8.

¶ Mna, מָנֶה μνᾶ Libra, talentum, genus ponderis quod continet certum numerum unciarum, *Ezech.* 45: 12. *Luc.* 19: 13.

Mnason, μνάσων indagator, aut respondens, vel reminiscens. *Act.* 21: 16.

Mnestheus, μνεσθεύς Alacritas aut ira, vel robur Dei. Nomen viri, 2 *Mach.* 4: 21.

¶ Moab,

¶ Moab, מוֹאָב De patre: quoniam de patre eum filia genuit. Filius Lot ex filia sua majore, *Gen.* 19: 36. A quo urbs Arabiæ (quæ aliàs, ut Eusebius refert, Areopolis dicitur) & regio nomen acceperunt, *Isa.* 11: 14. Est & regnum filiorum Lot ad orientem Judææ situm, proximum mari mortuo & Jordani. Est præterea nomen Regis, 1 *Sam.* 12: 9. & 22. 3. 1 *Par.* 4: 22.

Moabitæ, מוֹאֲבִים Idem, *Deut.* 2: 9. 11.

Moabites, מוֹאָבִי Idem, *Deut.* 23: 3.

Moabitides, מוֹאֲבִיּוֹת Idem. pl.n. f.g. 1 *Reg.* 11: 1.

Moabitis, מוֹאֲבִיָּה Idem. f. n. f. g. *Ruth* 1: 4.

Moadia, מוֹעַדְיָה Solennitas vel festivitas domini, sive adornatio vel testimonium aut fœdus domini, vel transitus domini. Nomen viri, *Neh.* 12: 17.

Mobonnai, מִבְנַי Filius vel filiatio, sive ædificatio, aut intellectus vel intellectio. Nomen viri, 2 *Sam.* 23: 27.

Mochona, מְכֹנִי Basis vel sustentaculum, aut præparatio, Civitas, *Esd.* 11: 28.

Mochori, מָכְרִי Venditio vel cognitio, Pater Ozi, 1 *Par.* 9: 8.

Modin, *μωδεὶν* Iudicium vel judicatio, aut jurgium. D. Mons sive civitas, 1 *Mach.* 2: 1.

Mohola, מַחֲלָה Chorus vel cithara, sive infirmitas: aut Syriacè, venia. Nomen viri, 1 *Par.* 7: 18.

Moholi, מַחְלִי Idem. Filius Merari filii Levi, *Exod.* 6: 19.

Molada, מוֹלָדָה Nativitas vel generatio. Civitas quæ in tribu tam Judæ quam Simeonis reperitur, *Ios.* 15: 26. & 19. 2. 1 *Par.* 4: 28.

Molathi sive Molathites, מְחוֹלָתִי Chorus vel cithara, sive infirmitas: aut Syriacè, venia, 1 *Sam.* 18: 19. 2 *Reg.* 21: 8.

Mol-

Molchom, מַלְכָּם Rex eorum, vel consiliarius eorum. Filius Saharaim ex Hodes uxore, 1 *Par.* 8: 6. Sic vocabatur & Moloch Ammonitarum idolum, *Ier.* 49: 1.

Molid, מוֹלִיד Generatio vel nativitas, aut circumcisio manus. Filius Abisur filii Semei filii Onam, 1 *Par.* 2: 29.

Moloch, מוֹלֵךְ μολὸχ Regnans aut consiliarius. Idolum Ammonitarum, 2 *Reg.* 23: 10. *Act.* 7: 43. quod & Molchom dicitur.

Moloch, מִלְכֹּם 1 *Reg.* 11: 33. Rex eorum, aut consiliarius eorum. Heb. Milcom. Idolum Ammonitarum.

Moos, מַעַץ Lignum vel ligneus, sive consiliarius. Filius Ram Primogeniti Jerameel, 1 *Paral.* 2. 29.

Mophim, מָפִים Ex ore: vel Syriacè, cooperimenta. Filius Benjamin, *Gen.* 46: 21.

Marasthi, מוֹרַשְׁתִּי Hæres, vel paupertas, aut de paupertate, vel de hæreditate, Vicus contra Orientem Eleutheropoleos, patria Michææ prophetæ, *Ier.* 26: 18.

Morasthites, Idem, *Mich.* 1: 1.

Moria, מוֹרִיָּה Amaritudo vel myrrha domini, aut ostendens vel judicans dominus: sive ex Syro & Hebræo, dominatio domini. Collis, 2 *Par.* 3: 1. qui terra visionis, *Gen.* 22. 2. dicitur, à latere montis Sion. Moria, inquiunt doctiores, est mons in tribu Benjamin. in quo fuit templum ædificatum à Salomone. Hic mons est multijugus, & in uno è jugis ejus jussus est Abraham immolare filium suum Isaac. Non desunt qui dicant hunc montem partem esse Montis Sionis. Rectius sentiunt qui affirmant montem Moria & montem Sion esse eundem montem, quum ex *Ioel* 3: 21. *Psal.* 2: 6. & aliis locis clarum sit, tem-

templum Domini fuisse constructum in Sion, & author Chronicorum scribat illud fuisse constructum in monte Moria, *Gen.* 22: 2. 2 *Par.* 3: 1. Est ergo Moria & Sion idem mons, sed Moria vetus est montis appellatio, & Sion recens.

Mosa, מוֹצָא Azymum, aut inventus, vel exitus, sive exprimens vel emungens. Filius Caleb ex Epha concubina, 1 *Par.* 2: 46. Filius Zamri, filii Jojada, 1 *Paral.* 8: 36.

Mosa, מִישָׁא 1 *Par.* 8: 9. onus sive assumptio, vel Prophetia aliquando translative, aut aquarum elevatio. Filius Sahraim ex Hodes uxore.

Mosera, מוֹסֵרָה Eruditio sive disciplina, aut vinculum: vel Syriacè, datio vel traditio. Nomen montis, ubi Aaron mortuus est & sepultus, *Deut.* 10. 6. qui Hor, *Num.* 20: 27. & Mosoroth, *Num.* 33: 30. dicitur.

Moseroth, Idem. p. n. Locus in quo castrametati sunt filii Israël profecti de Hesmona, *Num.* 33: 30.

Mosobab, מְשׁוֹבָב Reversus aut aversus vel conversus. Nomen principis, 1 *Par.* 4: 34.

Mosoch, מֹשֵׁךְ Attrahens, vel prolongans, aut vallans vel sepiens. Filius Japhet, *Gen.* 10: 2. Ab hoc Cappadoces originem traxerunt, *Ezech.* 27: 30. Filius item Aran, 1 *Par.* 1: 17. qui *Gen.* 10: 23. dicitur *Mes.*

Mosollam, מְשֻׁלָּם Pacificus sive perfectus, aut retribuens, vel parabola eorum, sive potestas eorum, Pater Salo, 1 *Par.* 3: 19. & 5. 13. & 8. 17. & 9. 8. Præpositus instauratoribus templi, 2 *Par.* 34: 12.

Mosollamia, מְשֻׁלֶּמְיָה Pax domini, sive perfectio domini, aut retributio domini, vel parabola, aut dominium domini.

Mosollamith, מְשֻׁלֶּמִית Pacifica, sive perfecta, aut retribuens, vel parabola mortis, aut dominium mortis. Filius Emmer, 1 *Par.* 9. 12.

Mo-

Mosollamoth, מְשֹׁלֲמוֹת Pacificatio, aut perfectio, sive retributio, aut parabola mortis vel dominium mortis. Pater Barachiæ Principis, 2 *Par.* 28: 12.

Moses, מֹשֶׁה *μωσῆς* Attractus, vel assumptus, subaudi de aquis. Filius Amram filii Caath filii Levi, 1 *Par.* 23: 13. *Exod.* 2: 10. *Act.* 7: 20. Heb. Mose.

Mozel, מְאוּזָל Ambulans vel vadens. Nomen regionis, *Ezech.* 27: 19.

¶ Munim, מְעוּנִים Habitacula, sive afflicti, aut delinquentes, vel respondentes. Nomen viri, *Esd.* 2: 50.

Musach, מוּסָךְ Unctio, sive cooperimentum, aut libatio. 2 *Reg.* 16: 18.

Musi, מוּשִׁי Auferens, vel tangens, aut recedens, vel ablatus. Filius Merari filii Levi, *Exod.* 7: 19. 1 *Par.* 6: 19.

¶ Myndus, *μύνδος* Muta. G. Nomen insulæ in mari Icario, 1 *Mach.* 15: 23.

Mysia, *μυσία* Scelesta vel abominabilis. G. Provincia Asiæ nunc Acolis dicta, quam Paulus adnavigavit. *Act.* 16: 7. Est & altera ejusdem nominis juxta Danubium flumen. Suntque authores, qui dicant transiisse ex Europa Mesas & Brigas & Hunos, à quibus appellantur in Asia Mysi, Phryges & Bithinii.

Litera N.

¶ Naalol, נַהֲלָל vel נַהֲלוֹל Laudatus sive lucidus, aut stolidus. Civitas Levitarum in tribu Zabulon, *Ios.* 19: 15. & 21. 35. *Iud.* 1: 30.

Naama, נַעֲמָה Pulchra, sive decora, aut movens valde. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 41. Mater item Roboam, 1 *Reg.* 14: 21.

Naaman, נַעֲמָן *νεεμὰν* Pulcher, sive decorus, aut motum præparans. Filius Benjamin, *Gen.* 46: 21. qui 1 *Par.* 8: 2. dicitur nohaa. Princeps militiæ regis

Syriæ, 2 *Reg.* 5: 1. *Luc.* 4: 27. Filius item Bela filii Benjamin. 1 *Par.* 8: 2.

Naamathites, נַעֲמָתִי Pulchritudo, vel jucunditas, sive motus mortis meæ, *Iob.* 11: 1.

Naara, sive Naaratha, נַעֲרָה Puella, vel juvenis, aut excussio, vel vigilans. Terminus tribus Ephraim, *Ios.* 16. 7. Altera uxor Ashut, 1 *Par.* 4: 5.

Naarai, נַעֲרַי Puer vel juvenis, sive excutiens aut vigilans. Nomen viri, 1 *Par.* 11: 37.

Naaria, נַעַרְיָה Puer Domini, aut excussio domini, sive vigil domini, vel vigilans dominus. Filius Semeiæ filii Secheniæ, 1 *Par.* 3: 22. & 4: 42.

Naas, נָחָשׁ Coluber vel serpens, aut augurans vel divinans sive æneus. Civitas, 1 *Par.* 4: 12. Rex Ammonitarum, 1 *Sam.* 12: 12. 1 *Par.* 19: 2. Est & nomen cujusdam viri, de quo, 2 *Sam.* 17: 27.

Nabajoth, נְבָיוֹת Loquelæ, sive prophetiæ, aut fructus, vel germinationes. Filius Ismahelis, *Gen.* 25: 12. ab hoc omnis regio ab Euphrate usque ad mare rubrum usque hodie Nabathena dicitur, quæ pars Arabiæ est, *Isa.* 60: 7.

Nabal, נָבָל Stultus, vel insipiens, viri nomen, cujus uxor Abigail dicebatur, 1 *Sam.* 25: 3. 19.

Nabat, נְבָט Aspiciens sive intuens. Pater Jeroboam servi Salomonis, 1 *Reg.* 11: 26.

Nabo, נְבוֹ Loquela sive prophetia, aut loquens, vel prophetans, sive fructificans vel germinans. Civitas in terra Moab, in tribu Ruben, *Ier.* 48: 22. quam ædificaverunt filii Ruben, *Num.* 32: 38. Est & nomen montis ejusdem nominis, *Isa.* 15: 2. qui aliàs Abarim dicitur. Idoli præterea nomen, *Isa.* 46: 1.

Naboth, נָבוֹת Idem. Nomen viri, 1 *Reg.* 21: 3.

Nabu, נְבוֹ Loquela, sive prophetia, aut loquens, vel prophetans, sive fructificans aut germinans. Nomen unius ex principibus regis Babylonis. *Ier.* 39: 3.

Na-

Nabuchodonoſor, נְבוּכַדְנֶאצַּר Gemitus ſive planctus judicii anguſtiæ vel preſſuræ, vel coarctans judicium anguſtiæ vel preſſuræ. Rex Babyloniorum, 2 *Reg.* 24: 10.

Nabuchodonoſor, נְבוּכַדְרֶאצַּר in toto Jeremia excepto capite 27. 8. & 28. 11. & 29. 1. & 34. 1. & 39. 1. *Ezech.* 26: 7. & 29. 18. & 30. 10. In quibus omnibus locis in Hebræo ſcribitur Nabuchodonoſor, quod vertitur, gemitus ſive planctus generationis anguſtiæ vel preſſuræ, aut coarctatio generationis anguſtiæ, vel preſſuræ.

Nabuſezbaz, נְבוּשַׁזְבָּן Loquela ſive prophetia vel germinatio manans vel fluens, aut ex Hebræo & Syro, fructus vel germinatio liberationis. Nomen viri, *Ier.* 39: 13.

Nabuthæi, *ναβαταῖοι* Loquentes, ſive prophetantes, aut germinantes. D. 1 *Mach.* 5: 25.

Nabuzardan, נְבוּזַרְאֲדָן Germinatio vel prophetia extranei ſive ventilati aut effuſi judicii, vel germinatio ſive prophetia extranei ſive ventilati aut effuſi dominii vel baſis. Princeps exercitus regis Babyloniorum, 2 *Reg.* 25: 8.

Nachor, נָחוֹר *ναχὼρ* Raucus vel aridus, aut iratus, vel incenſus, aut Syriacè, ſuffocatus. Filius Sarug, *Gen.* 11: 22. *Luc.* 3: 34. Filius item Thare, *Gen.* 11: 27.

Nachon, נָכוֹן paratus, vel certus. Nomen loci, 2 *Sam.* 6: 6.

Nadab, נָדָב ſpontaneus, aut vovens, vel princeps. Filius Aaron, *Exod.* 6: 23. Filius item Semei filii Onam filii Jerameel, 1 *Par.* 2: 28. Filius Jahiel, 1 *Par.* 9: 36. Filius Jeroboam, 1 *Reg.* 14: 20.

Nadabia, נַדַבְיָה Votum domini, ſive ſpontaneus aut princeps domini. Filius Jechoniæ filii Joacim, 1 *Par.* 3: 18.

Nagge, νάγγαι claritas, vel splendor. D. Nomen viri, *Luc.* 3: 25.

Nahabi, נַחְבִּי Occultus, vel absconditus, sive dilectus meus aut requiescens mecum, sive ductor mecum. Filius Vapsi. *Num.* 13: 15.

Nahaliel, נַחֲלִיאֵל Torrens Dei, sive hæreditas Dei, aut vallis Dei. Locus ubi castra fixerunt Israëlitæ, *Num.* 21: 19.

Naham, נַחַם Consolatio, vel pœnitentia, sive ducens eos, aut requies eorum, frater Odaiæ mulieris, 1 *Par.* 4: 19.

Naham, נַעַם 1 *Par.* 4: 15. Filius Caleb filii Jephone, transfertur Pulcher, sive jucundus, aut movens eos.

Nahamani, נַחֲמָנִי Consolator, sive pœnitens, aut requiei munus vel numerus, sive requiei præparatio. Nomen viri, *Neh.* 7: 7.

Naharai, נַחְרַי Naris, sive nasus, aut hinniens, vel calefactio, sive ariditas, vel raucedo: aut Syriacè suffocatio. Armiger Joab, 2 *Sam.* 23: 37. 1 *Par.* 11: 39.

Nahasson, נַחְשׁוֹן Idem, Filius Aminadab, frater Elisabeth uxoris Aaron, *Exod.* 6: 23.

Nahath, נַחַת Requies, vel ductor, aut Syriacè, descensio. Filius Rahuel, filii Esau. *Gen.* 36: 13. 2 *Par.* 31: 13.

Nahum, נַחוּם Consolator, sive pœnitens, aut ductor eorum. Nomen prophetæ, *Nah.* 1: 1. *Neh.* 7: 7.

Nain, ναΐν Pulchritudo, sive jucunditas, vel commotio, aut motus eorum. D. Civitas, *Luc.* 7: 11.

Najoth, נָיוֹת Pulchritudo, sive decor, aut habitaculum. Nomen loci, 1 *Sam.* 19: 18.

Namsi, נַמְשִׁי Ablatus, sive auferens, aut tangens,

gens, vel dormitionis munus. Pater Jehu regis Israël, 1 *Reg.* 19: 16.

Namuel, נְמוּאֵל Dormiens Deus, vel dormitio sive somnus Dei. Filius Simeonis filii Jacob, 1 *Par.* 4: 24. qui *Gen.* 46: 10. dicitur Jamuel.

Namuelitæ, נְמוּאֵלִי *Num.* 26: 12.

Nanea, *ναναία* id est Diana, sic enim appellabatur Diana lingua Persica, 2 *Mach.* 1: 13.

Napheg, נֶפֶג Imbecillis, aut remissus, aut laxatus. Filius Isaar filii Caath filii Levi, *Exod* 6: 21. Filius item David, 1 *Par.* 14: 6.

Naphis, נָפִישׁ Anima, vel refrigeratus, aut requiescens, vel Syriacè, multiplicans. Filius Ismahelis, *Gen.* 25: 15. 1 *Par.* 5: 19.

Narcissus, *νάρκισσος* stupefactus, vel negligens. G. Nomen viri, cujus meminit Paulus, *Rom.* 16: 11.

Nasia, נְצִיחַ Victor, sive æternus, aut fortis. Nomen viri, *Esd.* 2: 54.

Nathan, נָתָן Dans, vel donatus. Filius David, 2 *Sam.* 5: 14. 1 *Par.* 3: 5. Nomen item prophetæ, 2 *Sam.* 7: 2. Filius item Ethei filii filię Sesan ex servo, 1 *Par.* 2: 36.

Nathanael, נְתַנְאֵל Donum Dei. Frater Semeiæ & Choneniæ, 2 *Paral.* 35: 8. Filius Suar princeps tribus suæ Issachar, *Num.* 1: 8. Quartus filius Isai, 1 *Par.* 2: 14.

Nathanel, Idem.

Nathania, sive Nathanias, נְתַנְיָה Donum domini. Pater Ismahelis, 2 *Reg.* 25: 23.

Nathan-mélech, נְתַן־מֶלֶךְ Donum regis, sive donum consilii. Nomen eunuchi, 2 *Reg.* 23: 11.

Nathinæi, נְתִינִים Dati, vel donati, 1 *Par.* 9: 2. *Neh.* 7: 46.

Nathon, נָתָן dare, vel dando. Civitas in tribu Zabulon, *Ios.* 19: 14.

Nave, ναυῆ Posteritas, vel stirps, aut filius, vel æternus, seu permanens, vel pulchritudo, sive habitaculum, aut Syriacè, piscis. D. *Eccles.* 46: 1.

Nararæi, ναζωραῖοι Separati, sive coronati, aut sanctificati. D. *Act.* 24: 5.

Nazarenus, ναζαρηνὸς Idem. Sed si per tsade scribatur, vertitur custodiens, vel floridus, aut virgultum. D. *Marc.* 1: 24.

Nazareth, ναζαρὲτ Sanctificata, aut separata, vel coronata. Si autem per tsade scribatur, vertitur, Custodita, vel florida, aut virgultum. D. Viculus Galilææ juxta montem Thabor, in quo fuit nutritus Jesus Dominus noster, *Matth.* 2: 23. *Luc.* 4: 16. ædificata super montem.

Nararæus, נָזִיר Separatus, sive coronatus, aut sanctificatus. *Iud.* 13: 5.

Nazaræus, ναζωραῖος *Matth.* 26: 71. Idem. vel per literam tsade cultos, sive flos, aut virgultum. D.

¶ Neapolis, νεάπολις Nova civitas. G. Civitas Cariæ, aut Thraciæ, *Act.* 16: 11. Hanc vocari Sichem testis est Hieronymus in heb. quæstionibus.

Nebahaz, נְבַחַז Fructificans vel germinans visionem, aut loquens vel prophetans visionem. Idolum Hevæorum, 2 *Reg.* 17: 31.

Nebai, נֵבַי Fructificans vel germinans, aut loquens vel prophetans. Nomen viri, *Neh.* 10: 19.

Neballat, נְבַלָּט Prophetia, sive loquela involuta, vel abscondita, aut germinans, vel fructificans, sive prophetans involutè vel absconditè. Civitas, *Neh.* 11: 34.

Nebo, נְבוֹ Loquela, sive prophetia, aut loquens vel prophetans, sive fructificans vel germinans. Urbs

est &

est & mons terræ Moabitarum supra Jordanem contra Jerichuntem civitatem in sorte tribus Ruben, *Num.* 32: 3. *Deut.* 34: 49. 1 *Par.* 5: 8. Nomen viri, *Esd.* 2: 29. & 10. 43. Vide Nabo.

Nebsan, נִבְשָׁן Loquela, sive prophetia, aut germinatio dormitationis, vel mutationis, sive germinatio vel loquela dentis vel éboris. Nomen civitatis in tribu Juda, *Ios.* 15: 62.

Nechao, נְכֹה Claudus, vel percussus. Nomen Pharaonis regis Ægypti, illius videlicet cui Josias rex Juda ivit in occursum, 2 *Reg.* 23: 29. 2 *Par.* 35: 20.

Néceb, נֶקֶב Foramen, aut maledictio, sive vocatio, aut nominatio, vel explicatio. Civitas tribus Nephthali, quæ & Adami dicitur, *Ios.* 19: 33.

Necoda, נְקוֹדָא Depictus, sive varius, aut punctuatus, vel pastor, aut incurvatus, vel incensus. Nomen viri, *Esd.* 2: 48.

Nehel-eschol, נַחַל־אֶשְׁכּוֹל Torrens botri, aut vallis botri. Nomen loci. *Num.* 13: 25.

Nehelamites, נֶחֱלָמִי Somniator, vel somnus, sive torrens aut vallis aquarum, vel hæreditas aquarum, *Ier.* 29: 24.

Nehemias, נְחֶמְיָה Consolatio, vel requies domini, aut pœnitens dominus, sive directio domini. Nomen viri, *Esd.* 2: 2.

Nehiel, נְעִיאֵל Commotio, vel motus Dei. Civitas quæ terminus est Aser, *Ios.* 19: 27.

Nehusta, נְחֻשְׁתָּא Ænea, vel ærea, aut augurans, vel serpens, aut serpentina. Mater Ioachin filii Joacim 2 *Reg.* 24: 8.

Nehustan, נְחֻשְׁתָּן Æneum, vel cupreum, aut augurium, sive serpentis datum, vel donum, 2 *Reg.* 18: 4.

Nemra, נִמְרָה Leopardus, sive rebellio: aut amaritudo, vel commutatio. Civitas, *Num.* 32: 3.

Nemrim, נִמְרִים Idem. p. n. Civitas, *Isaiæ* 15: 6.

Nemrod, נִמְרוֹד Rebellis, vel dormitio descensionis, aut dormiens dominans. Filius Chus, *Gen.* 10: 8.

Neomenia, νεομηνία Novilunium. G. *Colos.* 2: 16.

Nephath-dor, נָפַת-דֹּאר Favus habitationis vel generationis, aut distillans sive elevans vel cribrans habitationem vel generationem. Civitas in tribu Manasse, eadem quæ Dor dicitur. Vide suo loco, 1 *Reg.* 4: 11. ubi corruptè legitur, Nephad-dor. Ex Hebræo verti poterat, in omni termino Dor.

Nepheg, נֶפֶג Imbecillis, aut remissus, vel laxatus. Filius David, 2 *Sam.* 5: 15. 1 *Par.* 3: 7.

Nephi, Purificatio. D. 2 *Mach.* 1: 36.

Nephthali, נַפְתָּלִי Comparatio, vel æquiparatio, aut retorsio vel tortuositas. Nomen loci, 1 *Reg.* 4: 15. 2 *Reg.* 15: 29. Sextus filius Jacob ex Bala ancilla Rachel uxoris suæ, *Gen.* 20: 8.

Nephthalitæ, Idem.

Nephthar, νέφθαρ Purificatio. D. 2 *Machab.* 1: 36.

Nephthóa, נַפְתּוֹחַ Apertus vel apertio, sive sculptura. Nomen fontis, *Ios.* 15: 9. & 18. 15.

Nephtuim, נַפְתֻּחִים Idem. p. n. Filius Mesraim, *Gen.* 10: 13.

Nephusim, נְפוּסִים Diminuti, aut dilacerati. Nomen viri, *Esd.* 2: 50.

Ner, נֵר Lucerna, sive novale. Pater Abner, 1 *Sam.* 14: 51. Pater Cis patris Saul, 1 *Par.* 8: 33. Filius Jahiel, 1 *Par.* 9: 36.

Neregel, נֵרְגַל Explorans, vel pedester, sive lucerna discooperta, vel coacervata: aut novale dis-

coo-

coopertum vel revolutum. Unus ex principibus regis Babylonis, *Ier.* 39: 3.

Nergel, Idem. Idolum Cuthæorum, 2 *Reg.* 17: 30.

Nereus, νηρεὺς Lucerna, vel novale, Græcè verò magnus vertitur. D. Nomen viri, *Rom.* 16: 15.

Neri, νηρὶ Lucerna, vel novale. D. Nomen viri, *Luc.* 3: 27.

Neri, נֵרִיָּה *Ier.* 32: 12. Lucerna Domini, aut novale domini. Heb. Neria: Pater Baruch, filius Maasiæ.

Nerias, Idem, *Ier.* 51: 59.

Nesib, נְצִיב Stans, sive statio, vel erectio, scilicet alicujus tituli: aut Syriacè, plantatio. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15. 43.

Nesroch, נִסְרֹךְ Fuga, vel tentatio tenera vel delicata, aut vexillum delicatum: vel Syriacè, tabula tua. Idolum quod adorabat Sennacherib, 2 *Reg.* 19: 37. *Isa.* 37: 38.

Netophati, נְטוֹפָתִי Gutta, sive distillatio, aut gummi. Nomen loci, 1 *Par.* 2: 54.

Netophathites, Idem, 2 *Sam.* 23: 28. 2 *Reg.* 25: 23. 1 *Par.* 11: 30.

Netupha, נְטוּפָה Gutta, sive distillatio, aut gummi, vel declinatio. Nomen loci, *Esd.* 2: 22.

Netuphati, Idem. Nomen loci, *Neh.* 12: 28.

Neumenius, νεμήνιος Novus mensis, vel novilunium. G. Filius Antiochi, 1 *Mach.* 12: 16.

¶ Nicanor, νικάνωρ Victor, vel victoriosus. G. 1 *Mach.* 3: 38. Est & nomen diaconi, *Act.* 6: 5.

Nicodemus, νικόδημος. Hebraicè transfertur innocens sanguis. Græcè verò, Victoria populi. D. Nomen viri Pharisæi Judæorum principis, *Ioh.* 3: 1.

Nicolaitæ, νικολαΐτης Victoriæ plebis. G. *Apoc.* 2: 6.

Nicolaus, νικόλαος Idem, s. n. G. Nomen diaconi, *Act.* 6: 5.

Nicopolis, νικόπολις Victoriæ civitas, vel victorioſa civitas. G. Thraciæ civitas quæ Hyſtro flumini imminet, *Tit.* 3: 12.

Niger, νίγερ, Latinum eſt. Cognomen prophetæ cujuſdam, *Act.* 13: 1.

Nilus, שִׁחוֹר Hebraicè dicitur Sihor, & vertitur niger vel turbidus, aut matutinus. Fluvius Ægypti, *Iſa.* 23: 3.

Ninive, נִינְוֵה Pulchra, ſive ſpecioſa, aut habitaculum. Civitas, quam ædificavit Aſſur, *Gen.* 10: 12. quæ & Ninus dicitur, Niſibis autem ab Euſebio.

Ninivitæ, νινευῖται Pulchri, ſive ſpecioſi, aut habitacula, *Matth.* 12: 41.

Niſan, נִיסָן Vexillum ſive probatio, aut tentatio, vel fuga: aut Syriacè miraculum. Menſis reſpondens noſtro Martio, *Neh.* 2: 1.

¶ Noa, נוֹעָה Movens, vel commota. Filia Salphaad filii Epher filii Galaad, *Num.* 26: 33. Civitas item, quæ terminus eſt Zabulon, *Joſ.* 19: 13.

Noadia, נוֹעַדְיָה Teſtificatio, vel cœtus aut congregatio domini, ſive ornatus domini, aut tranſiens dominus: vel ex Syro & Hebræo, ablatio domini. Nomen viri, *Eſd.* 8: 33.

Nob, נוֹב Loquela, ſive prophetia, aut loquens vel prophetans, ſive fructificans vel germinans. Civitas Sacerdotum, *Neh.* 11: 32.

Nobe, Idem. Civitas in tribu Dan vel Benjamin, *Iſa.* 10: 32.

Nobe, נוֹבַח *Num.* 32: 42. *Iud.* 8: 11. Latrans, vel latratus. Civitas quæ & Canath dicebatur, in tribu Manaſſe, 1 *Sam.* 21: 1.

Nodab, נוֹדָב Vovens, ſive ſpontaneus, aut principalis. Nomen viri, 1 *Par.* 5: 19.

Noe, נוֹחַ νῶε Ceſſatio, vel requies. Filius Lamech, filii Mathuſale, *Gen.* 5: 29. *Luc.* 3: 36.

Noe-

Noema, נְעֲמָה Pulchra, sive decora, aut movens valde. Filia Lamech ex Sella uxore sua, *Gen.* 4: 22.

Noeman, נַעֲמָן Pulcher, sive decorus, aut motum præparans. Filius Bale filii Benjamin, *Num.* 26: 40.

Noemanitæ, נַעֲמִי Idem, p. n. *Num.* 26: 40.

Noemi, נָעֳמִי Pulchra, sive decora. Uxor Elimélech Bethlemitæ, *Ruth* 1: 2.

Nóga, נוֹגַהּ Claritas sive splendor. Filius David, 1 *Par.* 14: 6.

Noge, Idem. Filius David, 1 *Par.* 3: 7.

Nohaa, נוֹחָה Requiescens, aut ducens vel ductor. Filius Benjamin, 1 *Par.* 8: 2. qui *Gen.* 46: 21. dicitur Naaman.

Nóphe, נֹפַח Insufflans, aut timidus, sive illaqueans. Nomen loci, *Num.* 21: 30.

Nopheth, נֹפֶת Favus, aut cribrum, sive distillatio. Urbs in tribu Manasse, *Ios.* 17: 11.

Noraan, נַעֲרַן Puer vel juvenis, sive excutiens, aut vigilans vel movens canticum. Nomen loci, 1 *Par.* 7: 28.

¶ Numenius, νουμήνιος Novus mensis, vel novilunium. G. 1 *Mach.* 12: 16.

Nun, נוּן vel נֻן Posteritas, vel stirps, aut filius, vel æternus, seu permanens, aut Syriacè, piscis. Pater Osee cujusdam, *Num.* 13: 9. Pater item Josue, *Ios.* 1: 1. Filius Elisama filii Ammiud, *Par.* 7: 27.

¶ Nympha, νυμφᾶ Sponsa. G. *Col.* 4: 15.

Litera O.

¶ Obadia, עוֹבַדְיָה Servus domini, vel operarius omini. Filius Arnan filii Raphaiæ, filii Jesaiæ, 1 *Par.* 21. Filius Izrahia filii Ozi, 1 *Par.* 7: 3.

Obal,

Obal, עוֹבָל Perversitas vetustatis, aut perversitas fluxus. Filius Jectan. Vide Hebal.

Obdia, sive Obdias, Idem quod Obadia. Filius Asel, filii Elasa, 1 *Par.* 8: 38. & 9: 44. & 12. 9.

Obed, עוֹבֵד Servus vel operarius. Pater Gaab, *Iud.* 9: 26. Filius Booz, pater Isai, *Ruth.* 4: 17. 1 *Par.* 2: 11. Filius Ophal filii Zabad, 1 *Par.* 2: 37. & 11. 47.

Obed-edom, עוֹבֵד-אֱדֹם Servus hominis vel terreni aut sanguinei vel rufi. Nomen viri, 2 *Sam.* 6: 10.

Obedia, עוֹבַדְיָה Servus vel operarius domini. Nomen viri, *Esd.* 8: 9.

Oboth, אוֹבוֹת Pythones, sive utres, aut patres, vel desideria. Nomen loci, *Num.* 21: 10. tricesima sexta Israelitarum mansio cum ex Ægypto proficiscerentur in terram Chanaan, *Num.* 33: 44.

¶ Ochozath, אֲחֻזַּת Possessio, sive apprehensio, vel collectio, aut visio, seu fratris oliva. Amicus Abimelech regis Geraræ, *Gen.* 26. 26.

Ochozias, אֲחַזְיָהוּ Apprehensio sive possessio domini, aut visio domini. Filius Achab regis Israël, 1 *Reg.* 22: 50. Filius Joram regis Judæ, 2 *Reg.* 8: 24. 1 *Par.* 3: 11.

Ochran, עָכְרָן Turbidus, vel conturbans. Pater Phegiel principis tribus Aser, *Num.* 1: 13.

¶ Odaia, sive Odaias, הוֹדִיָה Laus domini, sive confessio domini. Soror Naham, 1 *Par.* 4: 19. *Neh.* 9: 5.

Odaren, ὠδομηγὲ Laudis canticum, vel testimonium arcæ. D. Nomen viri, 1 *Mach.* 9: 66.

Oded, עוֹדֵד Sustentans, vel tenens, aut erigens. Nomen viri prophetæ, 2 *Par.* 15: 1. & 28. 9.

Odevia, הוֹדִיָה Laus domini, sive confessio domini. Nomen viri, in toto cap. *Neh.* 10. scribe Odaja.

Odia,

Odia, Idem. Nomen viri, *Neh.* 8: 7.

Odoja, Idem. Nomen viri, 1 *Par.* 5: 24.

Odollam, עֲדֻלָּם Teſtimonium ſive ornamentum illis; aut teſtimonium ſive ornamentum ſuæ miſeriæ, vel tranſitus aut præda ſuæ miſeriæ. Civitas in Juda, à Roboam conſtructa, 2 *Par.* 11: 7. *Mich.* 1: 15. Nomen item ſpeluncæ, 1 *Sam.* 22: 1.

Odollamites, עֲדֻלָּמִי Idem, *Gen.* 38: 1.

Odovia vel Oduia, הוֹדַוְיָה Laus domini, ſive confeſſio domini. Filius Aſana, 1 *Par.* 9: 7. Filius Elioenai filii Naariæ, 1 *Par.* 3. 24.

¶ Og, עוֹג Subcineritius panis, vel torta, aut ſubſannatio: vel Syriacè, detentus, aut impeditus. Rex Baſan, *Num.* 21: 33.

¶ Oham, הוֹהָם Væ eis, ſive tumultuans, vel conturbans. Rex Hebron, *Ioſ.* 10: 3.

Ohel, אֹהֶל Tabernaculum, ſive tentorium, aut ſplendor. Filius Zorobabel filii Phadaia, 1 *Par.* 3: 20.

Oholai, אָחְלַי Deprecans, vel expectans, aut incipiens, vel dolens, ſive frater mihi. Filius Seſan filii Jeſi filii Apphaim, 1 *Par.* 2: 31.

¶ Oliveti mons ſive mons olivarum, ſive olivetum, ὄρος ἐλαιῶν. Mons ad Orientem Jeroſolymæ, torrente Cedron interfluente, ſabbathi habens iter ab Jeruſalem, *Act.* 1: 12. *Luc.* 19: 29.

Olla, עֹלָא Elevatio, vel holocauſtum, aut infans vel parvulus, aut folium. Pater Haniel, 1 *Par.* 7: 39.

Olympias, ὀλυμπᾶς Cœleſtis: Nomen viri, *Rom.* 16: 15.

Olympius, ὀλύμπιος Cœleſtis. G. 2 *Mach.* 6: 2.

¶ Omar, אֹמָר Dicens, vel loquens, ſive amarus, vel exaltans. Filius Eliphaz filii Eſau ex Ada uxore, *Gen.* 36: 11.

Omrai,

Omrai, אֹמְרִי Dicens vel loquens, aut exaltans, sive amarus: aut Syriacè, agnus. Pater Amri, 1 *Par.* 9: 4.

¶ Onam, אוֹנָם Dolor, aut fortitudo, sive iniquitas eorum. Filius Soba, filii Seir Horræi, *Gen.* 36: 33. Filius item Jerameel ex Atara uxore, 1 *Par.* 2: 26.

Onan, אוֹנָן Dolor, sive iniquitas, aut fortitudo. Filius Judæ ex Sue uxore sua, *Gen.* 38: 4.

Onesiphorus, ὀνησιφόρος Utilitatem afferens. G. Vir quidam fidelis. 2 *Tim.* 1: 16.

Onesimus, ὀνήσιμος Utilis. G. Nomen viri fidelis, *Col.* 4: 9. ad *Philem.* vers. 10.

Onias, ὀνίας Fortitudo domini, aut navis. D. Summus sacerdos apud Judæos, 1 *Mach.* 12: 7.

Ono, אוֹנוֹ Dolor, aut fortitudo, sive iniquitas ejus. Civitas quam ædificavit Samad filius Elphaal, 1 *Par.* 8: 12. In *Esd.* 2: 33. & *Neh.* 6: 2. fit mentio Vallis Ono.

¶ Oolla, אָהֳלָה Tabernaculum vel tentorium, sive splendor ejus, *Ezech.* 23: 4.

Ooli, אָחֲלַי Deprecans, sive expectans, aut incipiens, vel dolens, sive frater mihi. Pater Zabad, 1 *Par.* 11: 41. Hebraicè Achlai.

Ooliab, אָהֳלִיאָב Tabernaculum vel tentorium patris, aut splendor patris. Filius Achisamech, *Exod.* 31: 6.

Ooliba, אָהֳלִיבָה Tabernaculum, vel tentorium meum in ea, aut splendor meus in ea, *Ezech.* 23: 4.

Oolibama, אָהֳלִיבָמָה Tabernacalum vel tentorium meum excelsum, sive splendor excelsorum. Uxor Esau filia Anæ, *Gen.* 36: 2. Civitas Idumæorum, 1 *Par.* 1: 52. Fuit & civitas Idumæorum principum.

Oozam, אֹחָם Apprehensio eorum, sive possessio eorum,

eorum, aut visio eorum. Filius Ashur ex Naara uxore ipsius, 1 *Par.* 4: 6.

¶ Ophaz, אוֹפָז Aurum obrizum. Nomen loci, *Ier.* 10: 9.

Ophel, עוֹפֶל Turris, aut obscuritas, vel nebula. Nomen muri, 2 *Par.* 27: 3. & 33. 14. Aut potius turris Jerosolymæ, non procul à templo, *Neh.* 3: 26.

Ophera, עָפְרָה Pulvis, aut plumbum, vel hinnulus. Civitas in tribu Benjamin, *Ios* 18: 23.

Ophi, עֹפִי Lassus, aut volans: vel Syriacè plicatus, vel complicatus, aut folium. Nomen viri. *Ier.* 40: 8.

Ophim, חֻפִּים Thalamus, sive coopertus, aut litus maris. Filius Benjamin, *Gen.* 46: 21. Huppim.

Ophir, אוֹפִיר Cinis vel incineratio, aut fructificatio. Filius Jectan, *Gen.* 10: 29. Inde Ophira regio, 1 *Reg.* 9: 28. quæ (ut refert Josephus lib. 8.) etiam aurea terra nuncupatur. Unde aurum Ophirizum quod Obrizum vocant.

Ophlal, אֹפְלָל Iudicans, vel orans. Filius Zabad filii Nathan filii Ethei, 1 *Par.* 2: 37.

Ophni, חָפְנִי Pugnus vel pugillus, aut cooperiens. Filius Heli sacerdotis, 1 *Sam.* 1: 3. Heb. Hophni.

Ophni, עָפְנִי *Ios.* 18: 24. vertitur Volens, sive lassitudo: aut Syriacè, plicatio, vel complicatio. Nomen civitatis.

Ophra, עָפְרָה Pulvis, aut plumbum, vel hinnulus. Filius Maonathi filii Othoniel filii Genez, 1 *Par.* 4: 14.

¶ Oreb, עוֹרֵב Corvus, vel suavis, aut fidejussor, vel commiscens, seu vespertinus. Vir Madianita à tribu Ephraim interfectus, *Iud.* 7: 25. *Psal.* 83: 12. *Isai.* 10: 26.

Ornan, אָרְנָן Exultans, sive arca eorum, aut lux

filii,

filii, vel lux sive maledictio permanens vel æterna. Nomen viri, 1 *Par.* 21:18. qui 2 *Sam.* 24. 20. dicitur Areuna.

Orori, הָרֹרִי Montanus. Civitas, 2 *Sam.* 23:33.

Oronáim, חוֹרֹנַיִם Iræ vel furores: aut Syriacè libertates. Duo vici, quæ via est ad Assyrios, sive duæ urbes Moabitarum. Una superior, altera inferior, *Isai.* 15: 5. Heb. Horonaim. Civitas Moabitarum.

Orpha, עָרְפָּה Cervix, vel cervicosa, sive suscitatio oris vel denudatio oris. Uxor Chelion filii Elimélech Bethlehemitæ, *Ruth.* 1: 4.

Orthosias ὀρθωσιὰς Recta, vel rectificata. G. Nomen loci, 1 *Mach.* 15:37.

¶ Osaias, הוֹשַׁעְיָה Salvator dominus, aut salus domini. Nomen viri *Neh.* 12: 32. *Jer.* 42: 1.

Osée, הוֹשֵׁעַ Salvator, aut salus. Filius Ela, 2 *Reg.* 15: 30. Nomen item prophetæ filii Beeri, *Osee.* 1: 1. Filius Nun, *Num.* 13: 8.. qui ibidem vers. 17. dicitur Josue à Mose. Item filius Orazin, 1 *Par.* 27:20.

¶ Othei, עֹתַי Tempus vel hora mea, aut iniquitas mea. Filius Ammiud filii Amri, 1 *Par.* 9: 4.

Othir, הוֹתִיר Excellens, sive residuus, aut remanens. Nomen viri, 2 *Par.* 25: 4.

Othni, עָתְנִי Tempus sive hora mea. Nomen viri, 2 *Par.* 26:7.

Otholia, עֲתַלְיָה Tempus domino: sive hora domino: Filius Jeroam, 1 *Par.* 8:26.

Othoniel, עָתְנִיאֵל Tempus Dei: sive hora Dei. Filius Cenez frater Caleb, *Ios.* 15: 17. 1 *Par.* 4:13.

¶ Oza, עֻזָּה Fortitudo, aut capra. Horti nomen, 2 *Reg.* 21: 26. Nomen viri, 1 *Par.* 6: 29. & 8. 7.

Oza, עֻזָּא Idem. Filius Aminadab, 2 *Sam.* 6:3.

Ozan, עֻזָּן Fortitudo earum, aut capra earum.

Pater

Pater Phaltiel principis tribus Iſſachar, *Num.* 34: 26.

Ozaziu, עֻזִּיָּהוּ Fortitudo domini, Nomen viri, 1 *Par.* 15: 21. & 27. 20.

Ozen-ſara, אֹזֶן־שְׁאֵרָה Auricula carnis vel conſanguinitatis, aut auricula fermentata vel remanens, ſive ſtatèra carnis vel conſanguinitatis vel reſidui. Urbs condita à Sara filia Ephraim, 1 *Par.* 7: 24.

Ozi, עֻזִּי Fortis, vel fortitudo mea, aut hircus meus. Filius Bocci filii Abiſue, 1 *Par.* 6: 5. Filius item Thola filii Iſſachar, 1 *Par.* 7: 2. vide & 9. 8.

Ozi, אֹזִי *Neh.* 3: 25. Tunc, ſive aut iſte. Nomen viri.

Ozia, עֻזִּיָּהוּ Fortitudo domini, ſive hircus domini. Filius Amaſiæ regis Juda, 2 *Par.* 26: 1. *Iſa.* 1: 1. qui 2 *Reg.* 15: 1. dicitur Azarias. Filius Caath filii Levi, 1 *Paral.* 6: 23.

Oziau, עֻזִּיָּהוּ Fortitudo domini. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 26.

Oziel, עֻזִּיאֵל Fortitudo Dei, ſive hircus Dei. Filius Beła, filii Benjamin, filii Jacob, 1 *Par.* 7: 7. Filius Caath filii Levi, *Exod.* 6: 18. Vide & 1 *Par.* 4: 4. 2 *Par.* 29: 13.

Ozielitæ, עֻזִּיאֵלִי Idem, *Num.* 3: 27. 1 *Paral.* 26: 23.

Ozni, אָזְנִי Auris, vel auſcultatio mea, ſive ſtatéra. Filius Gad filii Jacob, *Num.* 26: 16.

Oznitæ, הָאָזְנִי Idem, *Num.* 26: 16.

Oziel, עֻזִּיאֵל 1 *Par.* 27: 19. Adjutorium Dei, ſive atrium Dei. Pater Jerimoth.

Litera P.

Paphus, Πάφος Bulliens, vel æſtuans, G. Nomen inſulæ, *Actor.* 13: 6.

Palæſthina, פְּלֶשֶׁת Conſperſa, ſcilicet cinere vel

pulvere, sive ruina apposita vel ruina duplex, aut ruinæ potus, vel cecidit bibens. Est ea Syriæ tegio, quę Hebræis dicitur Philisthiim, ad mare mediterraneum pertingens, sita ad occidentem Judææ. Author est Josephus lib. 1. Iudaic. antiq. cap. 12. de hac Pomponius Mela in 1. Plinius in 5. cap. 12. & 13.

Palæsthini, פְּלִשְׁתִּים Idem. p. n. m. g. *Gen.* 21:33. Populi quos interpretes nonnunquam Philisthęos nonnunquam *allophilous*, id est alienigenas, vocant.

Palmira, תָּמוֹר. Hebraicè dicitur Thamor, & transfertur palma, vel dactylus, aut commutatio vel permutatio, sive amaritudo. Urbs Syriæ nobilis, quę & Hebraicè aliàs Thadmor dicitur, 1 *Reg.* 9:18.

Palmira, תַּדְמוֹר. Hebraicè Thadmor, transfertur confessio, vel laus amaritudinis, aut confessionis vel laudis myrrha: sive ex Hebræo & Syro, laus præceptoris vel domini. Nomen civitatis in Syria, quam ędificavit Salomon, 1 *Reg.* 9:18. 2 *Par.* 8:4. quæ aliàs Thamor, sive Thamar dicitur Hebraicè. Hæc ab Hadriano principe, Hadrianopolis dicta fuit.

Pamphilia, Παμφιλία Tota dilecta vel amabilis. G. Provincia Asiæ, ab ortu Ciliciam habet, ab occasu Lyciam & Asiæ minoris partem, à Septentrione Galatiam & Capadociam, à meridie mare mediterraneum, quod illic Pamphilii maris nomen habet. Tota Tauri expatiantis jugis septa. De hac Ptolomæus lib. 5. Plin. lib. 5. cap. 27. Pompo. Mela. in 1. In hac sita est urbs Perge: cujus meminit Lucas *Act.* 13:13. & Mela lib. 1. Volaterr. lib. 10. hanc etiam Mesopiam appellatam scribit.

Paphus, Πάφος. Cypri est civitas, Veneri quondam sacra, in qua ante nuptias puellæ dotem quæsituræ, in honorem Veneris in litore se prostituerunt, ut scribit Justinus lib. 18. de hac Pomponius Mela libr. 2. Strabo in 14. Plinius in 5. cap. 31. Hæc frequenti terræmotu lapsa, nunc ruinarum tantum vesti-

vestigiis, quid olim fuerit ostendit. Hæc Hieronymus, *Act.* 13: 6.

Paracletus, Παράκλητος Consolator, vel advocatus. G. *Ioh.* 14: 16.

Paraſceve, παρασκευή præparatio. G. *Luc.* 23. 54. *Ioh.* 19: 43.

Parmena, παρμενᾶς permanens. G. Nomen Diaconi, *Act.* 6: 5.

Parthia, Aſiæ majoris eſt regio circa Perſas inter flumen Indum & Arios populos ab oriente, & Tigrim atque Mediam ab occaſu ſita: à meridie terminatur deſerto Carmaniæ, ab aquilone Hircania, teſte Plinio lib. 6. cap. 25. Ptolemæus libr. 6. cap. 5. De illis Juſtinus lib. 41. Strabo in 15. Habes ejus mentionem *Act.* 2: 9.

Parthi, πάρθοι. lingua Scythica dicuntur fugaces vel exules. D. nomen provinciæ, *Act.* 2: 9.

Paſcha, פֶּסַח πάσχα Tranſitus, vel claudicatio. Idem. Phaſe ſignificat, *Ezech.* 45: 21. *Matth.* 26: 2. *Marc.* 14: 12. *Ioh.* 2: 13. & 6 4. 1 *Cor.* 5: 7.

Patara, πάταρα Calcata, vel mortifera. G. Civitas Lyciæ provinciæ in Aſia, *Act.* 21: 1.

Patmos, πάτμος Lethalis vel mortifera. G. Exigua inſula in Ægæo mari, Sporadum una, Plinio lib. 4. cap. 12. Straboni in 10. ad quam relegatum ferunt Iohannem Apoſtolum à Domitiano imperatore Romano, Apocalypſimque ſcripſiſſe in ea, *Apoc.* 1: 9. Euſeb. lib. 3. cap. 18. Eccle. hiſt.

Patroba, πατρόβας paternalis. G. Nomen viri, *Rom.* 16: 14.

Patroclus, πάτροκλος patris, vel patriæ gloria. Nomen viri, 2 *Mach.* 8: 9.

Paulus, παῦλος. Hieronymus admonet mirabilem ſonare, ab Hebræis etymologiam mutuatus. Alii, oſtrubæ, nimirum ex Hebræo & Græco dictionem

nem conflantes. Constat tamen aut Græcam esse vocem, & quietem sonare à verbo παύομαι, aut Romanam sive Latinam, pusillum significantem.

¶ Pelusium, סִין Hebraicè dicitur Sin, id est rubus, teste Strabone lib. 17: Geograp. Ægypti est civitas unde nomen est prætefluenti ostio Pelusiaco. Hujus etiam meminit Plinius lib. 5: cap. 9. & 10. Pompo. Mela lib. 2. Josephus lib. 6. cap. 8. & lib. 10. cap. 1. antiq. jud. Alias Libna appellata, & Sin, *Exech.* 30: 15.

Pentapolis, πεντάπολις Quinque civitatum, scilicet regio, G. Syriæ regio ad Orientem Judææ, à quinque civitatibus Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, Segor (quibus olim fuerat inclyta) fuit appellata, igne & sulphure eversa: de qua *Gen.* 19-24.

Pentateuchus, πεντάτευχος Quinque volumina, à πέντε, quod est quinque, & τεῦχος volumen. Sic vocantur à Græcis quinque libri Mosis, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, & Deuteronomium.

Pentecoste, πεντηκοστὴ Quinquagesima. G. *Act.* 20: 16.

Pergamus Πέργαμος Altitudo, vel sublimitas. G. Clarissima Asiæ civitas, atque ipsius Troados, quam Silenus intermeat fluvius, perfluit Cetius profusus Pindaso monte, sicut scribit Plinius lib. 5. cap. 30. hist. mundi. De hac etiam Strabo, lib. 13. Geograph. ad hujus ecclesiam Johannes apostolus scripsit, *Apoc.* 1: 11. & 2. 12.

Perge, Πέργη Valde terrestris, G. Pamphiliæ provinciæ urbs est: cujus meminit Plinius in 5. cap. 27. Mela lib. 1. Strabo lib. 14. Lucas *Actor.* 13: 13.

Persa, sive persus, פָּרַס Frangens, sive dividens, aut ungula, vel gryphus. Est ad orientem Judææ sita; alta, cincta montibus regio, quæ à septentrione Mediam, ab occasu Susianum, ab oriente duas Carma-

manias, ab austro partem Persici sinus habet, auhore Volaterrano libro 12. *Ezech.* 27: 10. & 38. 5.

Persæ, Idem, p. n. Populi, 2 *Par.* 36: 20. *Ezech.* 27: 10.

Persepolis, περσέπολις Persæ civitas. G. 2 *Mach.* 9: 2.

Perses, Πέρσης Frangens, sive dividens, aut ungula, vel gryphus. Qui ex Persa sive Persia est, 1 *Mach.* 8: 5.

Persia. Idem quod persa.

Persis, Περσὶς Idem. Mulier Paulo charissima, *Rom.* 16: 12.

Petra deserti, סֶלַע Arx, & civitas principalis in regno Moab, in finibus Arabiæ sita, *Isai.* 16: 1. Ab hac, Arabia petræa dicta est, de qua Egesippus libro 1. capite 14.

Petrus, Πέτρος Saxum, vel petra, Nomen unius apostoli ex duodecim à Christo sic cognominati, *Ioh.* 1: 16. qui prius Simon dicebatur, *Matth.* 4: 18. *Marc.* 3: 16.

¶ Phacee, פֶּקַח Aperiens. Filius Romeliæ, rex Israel, 2 *Reg.* 15: 25. & 16. 1.

Phaceia, פְּקַחְיָה Aperiens dominus. Filius Manahem, 2 *Reg.* 15: 22. Heb. Pecachja.

Phadaja, פְּדָיָה Redemptio domini. Pater Zebida, matris Joacim, 2 *Reg.* 23: 36. Filius Jechoniæ filii Joacim. 1 *Par.* 3: 18.

Phadassur, פְּדָהצוּר Redemptor fortis, vel redimens petra: aut redemtio plasmationis. Pater Gamaliel principis tribus Manasse, *Num.* 1: 10.

Phadon, פָּדוֹן Redemptio ejus: aut Syriacè, jugum vel juga scil. boum. Nomen viri, *Esd.* 2: 44.

Phahath-moab, פַּחַת-מוֹאָב Dux Moab, vel dux ex patre, sive fovea ex patre, nomen viri, *Esd.* 2: 6.

Phai, פַּעַי Ululans, aut gemens, vel apparens.

Nomen urbis Adar regis septimi in Edom, 1 *Par.* 1: 50. quæ *Gen.* 36: 39. dicitur Phau.

Phalaja, פְּלָאְיָה Miraculum domini, sive occultum domini. Nomen viri, *Neh.* 8: 7.

Phaleg, פֶּלֶג φαλὲκ Divisio, Filius Heber filii Sale, *Gen.* 10: 25. *Luc.* 3: 35.

Phaleha, פְּלַחָא fragmen vel frustum, aut scissura: vel Syriacè obsequium. Nomen viri, *Neh.* 10: 24.

Phalel, פְּלָל Cogitans, sive orans, aut judicans. Nomen viri, *Neh.* 3: 25.

Phalet, פְּלֶט Liberatio, sive expulsio, filius Jahadai. 1 *Par.* 2: 27. Filius Azmoth, 1 *Par.* 12: 3.

Phaleth, פְּלַת Ruina, vel judicatio. Filius Jonathan filii Jada filii Onam, 1 *Par.* 2: 33.

Phallonites, פַּלּוֹנִי Cadens, sive occultus, 1 *Par.* 11: 27. & 27: 10.

Phallu, פַּלּוּא Mirabilis, aut occultus. Filius Ruben filii Iacob, *Gen.* 46: 19. 1 *Par.* 5: 3.

Phalluitæ, פַּלֻּאִי Idem, *Num.* 26: 5.

Phalti, פַּלְטִי Liberatio, sive expulsio. Filius Raphu, *Num.* 13: 10. Filius Lais, 1 *Sam.* 25: 44. Est & nomen urbis, 2 *Sam.* 23: 26.

Phaltias, פְּלַטְיָה Liberatio domini, aut expulsio domini. Filius Ananiæ, filii Zorobabel filii Phadaiæ, 1 *Par.* 3: 21. & 4. 42.

Phaltiel, פְּלַטִיאֵל Liberatio Dei, aut expulsio Dei. Filius Ozan, *Num.* 34: 26. princeps tribus Issachar. Filius Lais. 2 *Sam.* 3: 15.

Phanuel, פְּנוּאֵל φανουὴλ Videns Deum, sive facies Dei. Locus juxta torrentem Iaboc, in finibus Amorrhæorum, in sorte Ruben: ubi Jacob, qui deinceps Israël, tota nocte luctatus est cum angelo, *Gen.* 32: 30. ita appellatus, quod vidisset dominum. Hæc civitas Gedeonis exercitui panes negavit; cujus turrim

destru-

destruxit Gedeon, & habitatores occidit. *Iud.* 8: 8. Hanc Strabo lib. 16. faciem Dei apellat. Est autem continua Tripoli, apud eamque mons Libanus desinit. Jeroboam ipsam ædificiis reparavit, 1 *Regum.* 12: 25. Fuit hoc nomine filius Sesac, 1 *Par* 8: 8. Pater item Annæ prophetissæ, *Luc.* 2: 36.

Phara, פּוּרָה φαρὲ frugifer, vel fructificans, aut crescens, sive vacca. Famulus Gedeonis, *Iud.* 7: 10. Nomen item urbis. 1 *Mach.* 9: 51.

Pharái, פַּעַר Hiatus vel apertio. Nomen viri, 2 *Sam.* 23: 35.

Pharam, פְּרָאִם Onager eorum, vel ferocitas eorum, aut fructificatio matris, vel taurus matris. Rex Jerimoth, *Ios* 10: 3.

Pharan, פָּארָן Pulchritudo, sive laus, aut gloriatio, vel propagines. Nomen oppidi, *Gen.* 14: 6. Est item generale nomen deserti Saracenorum trans Arabiam contra australem plagam, per quod Israel perrexit transiens ex Ægypto in terram Chanaan duce Mose, in quo sunt multa loca terminata, XVIII. scilicet mansiones, quarum una est Haseroth, *Num.* 10: 12. & 13. 1. & 4. 27. Accipitur Pharan pro prima parte deserti Arabiæ prope montem Sinai. At *Deut.* 1: 1. pro ultima parte versus terram promissionis. Et Asseroth est in medio, *Gen.* 14: 6. & 21. 21. *Num.* 33: 36. dicitur desertum Sin per tsade. Est etiam Pharan mons Sinai contiguus: cujus meminit *Abacuc.* 4: 3. *Deut.* 33: 2.

Pharao, פַּרְעֹה Dissipans, vel discooperiens, aut nudans: vel Syriacè, vindicans. Rex Ægypti, cui cognomen Nechao, 2 *Reg.* 23: 33.

Pharathon, פִּרְעָתוֹן Dissipatio, vel ruptura, aut denudatio ejus: vel Syriacè, vindicta ejus. Civitas in Ephraim in monte Amalec, *Iud.* 12: 15.

Pharathonites, פִּרְעָתוֹנִי Idem, *Iud.* 12: 13. 2 *Sam.* 23: 30.

Phares, פֶּרֶץ Divisio. Filius Judæ ex Thamar nuru sua, *Gen.* 38:29. 1 *Par.* 4:1.

Phares, פָּרָשׁ 1 *Par* 7:16. Eques aut dividens, sive exponens vel declarans. Filius Machir ex Maacha uxore sua.

Pharesitæ, פַּרְצִי Divisi, *Num.* 26:20.

Pharphar, פַּרְפַּר Comminutus, aut fructificatio fructus, sive taurus tauri. Nomen fluvii Damasci, 2 *Reg.* 5:12.

Pharisæus, φαρισαῖος, divisus, sequestratus ab aliis vitâ religionori. fuit sectæ nomen apud Judæos, quæ tamen dicebat dari resurrectionem mortuorum, *Act.* 23:6. Tres temporibus Christi fuerunt sectæ inter Judæos, scil. Sadducæorum, Pharisæorum & Hessæorum. Secta Pharisæorum olim fuit honorata admodum, sed postea eadem populo fuit risui: ideoque septem ridiculis nominibus fuit denomina.

Pharnach, פַּרְנַךְ Taurus percutiens vel percussus aut contusus, sive fructificatio aromatum, Pater Elisaphan principis tribus Zabulon, *Num.* 34:25.

Pharos, פַּרְעֹשׁ pulex, vel culex, sive fructus tineæ. Nomen viri, *Esd.* 2:3. & 8:3.

Pharsandatha, פַּרְשַׁנְדָּתָא Revelatio menstrui vel commotionis suæ, aut equitis commotio, sive stercus menstruorum vel commotionis ejus. Filius Aman filii Amadatha., *Esth.* 9:7.

Pharua, פָּרוּחַ Floridus: aut Syriacè, volans, nomen viri, 1 *Reg.* 4:17.

Pharuda, פְּרוּדָה Separatio, vel dispersio. Nomen viri, *Esd.* 2:55.

Pharurim, פַּרְוָרִים Lebetes, sive suburbana, 2 *Reg.* 23:11. Hebr. Pharvarim.

Phase, פֶּסַח Transitus. Vide Pascha.

Phasea, Idem. Nomen viri, *Esd.* 2:49.

Phaselis, φασηλὶς Transitus vel claudicatio nativi-

tivitatis vel generationis. D. Nomen loci, 1 *Mach.* 15: 23.

Phaseron, φασηρὼν Oris canticum, sive os planum. D. 1 *Mach.* 9: 66.

Phaspha, פַּסְפָּה Diminutio oris, vel os diminutum, Filius Jether, 1 *Par.* 7: 38.

Phasga, פַּסְגָּה Collis, sive altitudo, aut munitio. Nomen montis Moabitarum, *Num.* 21: 20. *Ios.* 13: 20.

Phassur, פַּשְׁחוּר Extendens vel multiplicans libertatem vel principatum, aut expandens foramen vel albedinem, Sacerdos filius Emmer, *Ier.* 20: 1. Heb. Phashur, Filius item Melchiæ, *Ier.* 12: 1. 1 *Par.* 9: 12. Pater Gedeliæ, *Ier.* 38: 1.

Phathaia, פְּתַחְיָה porta domini, sive aperiens dominus. Nomen viri, *Esd.* 10: 23.

Phathuel, פְּתוּאֵל Buccella Dei, sive persuasio Dei, aut dilatatio Dei. Pater Joëlis prophetæ, *Ioel.* 1: 1.

Phathures, פַּתְרוֹס Buccella roris, aut persuasio sive dilatatio ruinæ vel distillationis. Nomen loci in Ægypto, *Ier.* 44: 1.

Phau, פָּעוּ Ululans, aut gemens, vel apparens. Nomen urbis Adar regis septimi in Edom, *Gen.* 36: 39. quæ in 1 *Par.* 1: 49. dicitur Phai.

Phedael, פְּדַהְאֵל Redemptio Dei. Filius Ammiud princeps tribus Nephthali, *Num.* 34: 28.

Phegiel, פַּגְעִיאֵל Obviatio Dei, sive deprecatio Dei. Filius Ocham princeps tribus suæ Aser, *Num.* 1: 13.

Pheldas, פְּלָדָשׁ Ruina trituræ, aut judicium trituræ. Filius Nachor ex Melcha, *Gen.* 22: 22.

Pheleia, פְּלָלְיָה Miraculum domini, sive occultum domini: filius Elioenai, filii Naariæ, 1 *Par.* 3: 24.

Phelelia, פְּלַלְיָא Cogitans dominum, aut orans

dominum, sive judicium domini. Nomen viri, *Neh.* 11: 12.

Pheleth, פֶּלֶת Ruina, sive judicatio. Pater Hon, *Num.* 16: 1.

Phelethi, פְּלֵתִי Idem. Nomen populi sive legionum quarundam David, 2 *Sam.* 8: 18. & 20. 23. 1 *Paral.* 18: 17.

Phelethi, רָצִים 2 *Reg.* 11: 19. In Hebræo est Rasim, & transfertur per cursores.

Phelonithes, פְּלוֹנִי Cadens, sive occultus, 1 *Par.* 11: 36.

Phelti, פַּלְטִי Liberatio, vel expulsio. Nomen viri, de quo *Neh.* 12: 17.

Pheltia, sive Pheltias, פְּלַטְיָה Liberatio domini, aut expulsio domini. Nomen viri, *Neh.* 10: 22. Filius Banaiæ, *Ezech.* 11: 1.

Phenenna, פְּנִנָּה Gemma, sive facies nostra. Altera uxor Elcanæ, 1 *Sam.* 1: 2.

Pherezæi, פְּרִזִּי Rurales, id est habitantes in villis absque muro, nomen populi, *Gen.* 15: 20.

Pherezæus, Idem. f. n.

Phermesta, פַּרְמַשְׁתָּא Ruptura fundamenti, vel rupturam ponens: aut ex Hebræo & Syro, taurus anniculus. Filius Aman filii Amadatha. *Esth.* 9: 9.

Phesdomim. פַּס-דַּמִּים Portio vel diminutio sanguinum, aut diminutio tacentium vel assimulantium. Nomen loci, 1 *Par.* 11: 14.

Phesse, פַּסֵּחַ Transitus vel claudicatio. Filius Esthon, 1 *Par.* 4: 12.

Pheshur, פַּשְׁחוּר Extendens vel multiplicans libertatem vel principatum, aut expandens foramen vel albedinem. Nomen viri, *Esd.* 2: 38.

Phethenia, פְּתַחְיָה Porta domini, sive aperuit dominus. Nomen viri, 1 *Par.* 24: 16.

Phe-

Phetros, פְּתְרוֹס Buccella roris, aut persuasio, vel dilatatio ruinę vel distillationis. Nomen regionis, quæ Arabia Petræa dicitur, *Isa.* 11: 11.

Phethrusim, פַּתְרֻסִים Idem. p. n. Filius Mesraim, *Gen.* 10: 14.

Toparchia, τοπαρχία Territorium. G. 1 *Mach.* 11: 28.

¶ Traconitis, τραχωνῖτις Saxosa vel aspera. G. Syriæ regio, quæ & Ithurea dicta est, juxta Arabiæ desertum, quod Bosre jungitur contra australem plagam, quasi ad Damascum respiciens, cui præerat Philippus frater Herodis procuratoris Galilææ, *Luc.* 3: 1.

Tripolis, τρίπολις Trium civitatum, scil. regio 2 *Mach.* 14: 1.

Troas, τρωὰς Perforata. G. Civitas Asiæ maritima, eadem Antigonia dicta, *Act.* 16: 8.

Trophimus, τρόφιμος Nutritus vel educatus. G. Vir Ephesius, *Act.* 20: 4. & 21. 29.

Troglodítæ, סֻכִּיִּים Hebraicè dicitur Succiim, & vertitur uncti, vel ungentes, aut cooperti vel obumbrati, id est, in tabernaculis vel tuguriis habitantes. Populi, 2 *Par.* 12: 3.

Tryphœna, τρύφαινα Delicios vel delicata. G. Mulier, *Rom.* 16: 12.

Tryphon, τρύφων Delicios vel delicatus. G. Vir quidam, 1 *Mach.* 11: 39.

Tryphosa, τρυφῶσα Delicios vel delicata. G. Mulier, *Rom.* 16: 12.

¶ Tubal-cain, תּוּבַל-קַיִן Mundana possessio vel æmulatio, aut mundi nidus, seu confusionem possidens, vel ignominiam æmulans. Filius Lamech ex Sella uxore sua, *Gen.* 4: 22.

Tubin, τωβὶν Bene mensurata, vel bona mensura, aut bonum vinum. D. 1 *Mach.* 5: 13.

Tu-

Tubianæi, τεβιανοὶ Paleæ, vel paleati, aut bene respondentes, vel bene gratificantes. D. Populi, 2 *Mach.* 12: 17.

¶ Tychicus, τυχικὸς Casualis, vel contingens. G. Vir Asianus, *Actor.* 20: 4. *Col.* 4: 7.

Typhonicus, τυφωνικὸς Turbulentus vel tempestuosus. Unus è ventis subitis ac repentinis nomine Typhon, *Act.* 27: 14.

Tyrannus, τύραννος Imperans, vel princeps. G. *Act.* 19: 9.

Tyrii, צוֹרִים τύριοι Hebraicè dicitur Sorim, & vertitur tribulantes, sive obsidentes, aut angustiantes, vel ligantes sive vinculati, vel figurantes, aut plasmantes, sive fortes, vel petræ, *Neh.* 13: 16. *Act.* 12: 20.

Tyrius, צוֹרִי Idem. s. n. 1 *Reg.* 7: 14. 2 *Par.* 2: 14.

Tyrus, צוֹר τύρος. Hebraicè dicitur Sor & vertitur tribulatio vel obsidio, sive angustia, aut vinculum vel colligatio, seu plasmatio aut figuratio, vel fortitudo, aut petra. Civitas maritima, Metropolis Phœnices. Quondam insula septingentis passibus divisa à Continente, mari prælto: sed vix credibili opere comportatis aggeribus per Alexandrum Magnum adjuncta Continenti. Est in tribu Nephthali, vicesimo fermè miliario à Cæsarea Philippi, *Ios.* 19: 29. *Isa.* 23: 1. *Matth.* 11: 21.

Litera V.

¶ Vagao, βαγώα Interior: vel intimus: aut elatus vel elevatus, sive corporeus. D. Nomen viri, *Iudith.* 12: 10.

Vaicra, וַיִּקְרָא Et vocavit. Liber Levitici, sic vocatus ab Hebræis, quia sic incipit.

Vaiedabber, וַיְדַבֵּר Et locutus est, sive, locutusque est. Liber Numerorum: quia sic incipit.

Vallis sylvestris sive campestris. Vide Aulon.

Vania;

Vania, עֲנִיָּה Nutrimentum domini, sive arma domini. Nomen viri, *Esd.* 10: 36.

Vapsi, וַפְסִי Fragmentum, vel particula, aut diminutio, vel diminutus. Pater Nahabi principis tribus Nephthali, *Num.* 13: 15.

Vasseni, וַשְׁנִי Secundus vel dualis, sive mutatus, aut coccineus, vel dens, aut annus meus. Primogenitus filiorum Samuelis, 1 *Par.* 6: 28.

Vasthi, וַשְׁתִּי Bibens vel potans, aut duplicans vel ponens, aut stamen. Uxor Assueri regis, *Esth.* 1: 9.

¶ Ubil, אוּבָל Adductus vel portatus, aut luctuosus, vel veterascens. Nomen viri. 1 *Par.* 27: 30.

¶ Vel, אוֹאֵל aut Deus, sive aut fortis, vel desiderans aut concupiscens Deum. Nomen viri, *Esd.* 10: 34.

Vellesemoth, וְאֵלֶּה שְׁמוֹת Secundus liber legis: & transfertur, Et hæc sunt nomina: quia sic incipit in Hebræo. Græcè autem Exodus vocatur, id est exitus: quia in eo exitus filiorum Israel de Ægypto continetur.

¶ Ulái, אוּלַי Fortitudo, vel stultitia, aut forsitan. Nomen fontis, unde flumen Ubal oritur juxta Dan. 8: 2.

Ulam, אוּלָם Vestibulum vel porticus, aut fortitudo vel stultitia eorum. Filius Sares filii Machir, 1 *Par.* 7: 16. Primogenitus Esec, 1 *Par.* 8. 39.

¶ Ur, אוּר Ignis, vel lumen, aut lux. Urbs Chaldæorum, unde Thare pater Abraham, *Gen.* 11: 31. Pater Eliphal, 1 *Par.* 11: 35.

Urbanus οὐρβανός, Latinum est. Adjutor Pauli in Euangelio, *Rom.* 16: 9.

Uri, אוּרִי Ignis, vel lumen aut lux. Filius Hur filii Caleb ex Ephrata uxore. 1 *Par.* 2: 20. Pater Gaber, 1 *Reg.* 4: 19.

Uria, sive Urias, אוּרִיָּה Ignis domini, sive lumen domini, aut lux domini. Sacerdos quidam, *Isa.* 8: 2. 2 *Reg.* 16: 11. Propheta, filius Semei, de Cariath jarim,

Ier. 26:20. Maritus Beth-sabee, 2 *Sam.* 11: 3. 1 *Par.* 11: 41.

Uriel, אוּרִיאֵל Ignis Dei, aut lumen Dei, sive lux Dei. Pater Maacha sive Michai matris Abiam regis Juda, 2 *Par.* 13: 2. qui 1 *Reg.* 15: 2. dicitur Abessalom. Filius Thahath, 6. 24.

¶ Uthai, עוּתַי Perversitas, aut hora, vel temporalis. Vir, *Esd.* 8: 14.

¶ Uzal, אוּזָל Ambulans, seu velificans, aut distillans. Filius Jectan, *Gen.* 10: 27.

Litera X.

¶ Xanticus, ξανθικὸς Mensis Aprilis. G. 2 *Mach.* 11: 30.

Litera Z.

¶ Zabad, זָבָד Dos, sive dotatus. Filius Nathan filii Hethæi filii Sesan, 1 *Par.* 2: 36. & 11. 41. 2 *Par.* 24: 26. *Esd.* 10: 27.

Zabadæi, ζαβαδαῖοι Idem. p. n. D. 1 *Mach.* 12: 31.

Zabadias, זְבַדְיָה Dos domini, sive dotavit dominus, aut dotatio domini. Filius Beriæ, 1 *Par.* 8: 15. & 27: 7.

Zabbai, זַבַּי Fluxus, sive fluens. Nomen viri, *Esd.* 10: 28.

Zabad, זָבָד Dos, sive dotatus. Filius Thahath, 1 *Par.* 7: 20. Filius Ooli, 1 *Par.* 11: 41

Zabdi, זַבְדִּי Dos, vel dotatus, sive fluxus abundantia. Pater Charmi patris Achan, *Ios.* 7: 1. Filius Semei, 1 *Par.* 8: 19.

Zabdias, Idem. Nomen viri, 1 *Par.* 27: 27.

Zabdiel, זַבְדִיאֵל Dos Dei, sive dotatus Dei. Nomen viri, 1 *Par.* 27: 2. 1 *Mach.* 11: 17.

Zabina, זַבִּינָא Fluxus, vel fluens nunc: aut Syriacè, venditio, vel emptio. Nomen viri, *Esd.* 10: 43.

Zabud,

Zabud, זָבוּד Dotatus vel dos. Filius Nathan sacerdos, 1 *Reg.* 4: 5.

Zabulon, זְבוּלֻן Habitaculum, vel habitans. Decimus filius Jacob ex Leia uxore sua, *Genes.* 30: 20.

Zabulonitæ, Idem. p. n. 1 *Par.* 27: 19.

Zabulonites, זְבוּלוֹנִי Idem, s. n. *Jud.* 12: 11.

Zacchæus, Ζακχαῖος Purus aut nitidus: vel Syriacè, justus, aut justificatus. D. Nomen viri, 2 *Mach.* 10: 19. *Luc.* 19: 2.

Zachái, זַכַּי Purus aut nitidus: vel Syriacè, justus. Nomen viri, *Esd.* 2: 9.

Zacharias, זְכַרְיָה Memoria domini, aut masculus domini. Nomen principis filii Mosollamiæ, 1 *Par.* 5: 7. & 9. 21. Filius Barachiæ, *Isa.* 8: 2. Filius item Jeroboam filii Joas regis Israel, 2 *Reg.* 14: 29.

Zacher, זֶכֶר Memoria, sive masculus. Filius Abigabaon, 1 *Par.* 8: 31. qui 9. 37. dicitur Zacharias.

Zachur, זַכּוּר Memor sive memorans, aut masculinus. Filius Masma, 1 *Par.* 4: 26. & 24. 27.

Zama, זִמָּה Cogitatio, aut scelus, vel turpitudo. Filius Semei filii Jeth, 1 *Par.* 6: 42.

Zamma, Idem. Filius Jahath filii Lobni, 1 *Par.* 6: 20.

Sambri, זִמְרִי Cantans vel psallens, seu vitis vel palmes, aut putatio vel præsciſſio. Regionis nomen, *Ier.* 25: 25. Filius Sale, *Num.* 25: 14. Filius Ela filii Baasa, 1 *Reg.* 16: 9. Filius item Joada filii Ahas, 1 *Par.* 8: 26. Scribe ubique Zamri.

Zamira, זִמִּירָה Idem. Filius Bechor filii Benjamin filii Jacob, 1 *Par.* 7: 8.

Zamran, זִמְרָן Idem. Filius Abrahæ ex Cetura, *Gen.* 25: 2.

Zamri, זִמְרִי Idem. Filius Zaræ filii Juda ex Thamar, 1 *Par.* 2: 6.

Zanóe, זָנוֹחַ Oblivio, sive abjectio, vel ista requies,

quies, aut ista consolatio. Civitas in tribu Juda, *Ios.* 15: 34. 1 *Par.* 4: 18. *Neh.* 11: 30.

Zara, זֶרַח Oriens, vel orientalis, aut claritas. Filius Rahuel filii Esau, *Gen.* 36: 13. Filius Judæ ex Thamar nuru sua, *Gen.* 38: 30. Filius Simeonis filii Jacob, 1 *Par.* 4: 24. qui *Gen.* 46: 12. Jachin dicitur. Rex Æthiopum, 2 *Par.* 14: 9. Filius Gersom filii Levi, 1 *Par.* 6: 41. Pater Joab regis Edom, *Gen.* 36: 33. Pater item Zabdi patris Charmi, *Ios.* 7 1.

Zarahi, זַרְחִי Idem, 1 *Par.* 27: 11.

Zaraias, זַרְחְיָה Oriens dominus, aut claritas domini. Filius Ozi filii Bocci, *Esd.* 7: 4.

Zared, זֶרֶד Aliena descensio, aut extranea vel sparsa potestas. Torrens in deserto Moab, *Num.* 21: 12: *Deut.* 2: 14.

Zarche, זַרְחָיָה Oriens dominus, aut claritas domini. Nomen viri, *Esd.* 8: 4.

Zareitæ, זַרְחִי Orientales, aut clari, *Num.* 26: 13. 20.

Zares, זָרֶשׁ Extranea miseria, vel extranea hæreditas: aut sparsa miseria vel hæreditas, seu circulus vel corona miseriæ vel hæreditatis. Uxor Aman filii Amathathi, *Esth.* 5: 10.

Zatham, זָתָם Oliva eorum, sive iste perfectus, aut iste consummatus, vel iste simplex. Nomen viri, 1 *Par.* 26: 22.

Zavan, זַעְוָן Tremens, aut tremor, vel vexatio. Filius Eser filii Seir Horræi, *Gen.* 36: 27.

¶ Zeb, זְאֵב Lupus. Nomen viri Madianitis, ab Ephraim interfecti, *Ind.* 7: 25. *Psal.* 83: 12.

Zebedæus, זַבְדִּי ζεβεδαῖος Dos sive dotatus, aut fluxus vehemens. Nomen viri, *Neh.* 11: 17. Pater Jacobi & Johannis Apostolorum, *Matth.* 4: 21.

Zebedia, זְבַדְיָה Dos domini, sive dotavit dominus. Nomen viri, *Esd.* 8: 8.

Zebee, זֶבַח Victima, aut sacrificium, vel decollatio, aut jugulatio. Rex Madianitarum, *Iud.* 8: 5. *Psal.* 83: 12.

Zebida, זְבוּדָה Dotata, sive dotatio. Mater Joacim sive Eliacim, 2 *Reg.* 23: 36.

Zebul, זְבוּל Habitaculum: aut Syriacè, sterquilinium. Servus Abimélech filii Gedeonis, *Iud.* 9: 28.

Zechri, זִכְרִי Memor vel memorans, sive masculinus. Filius Isaar filii Caath filii Levi, *Exod.* 6: 21. 1 *Par.* 8: 19. & 9. 15. 2 *Par.* 28: 7.

Zechur, זַכּוּר Idem. Pater Sammua, *Num.* 13: 5.

Zelotes, ζηλωτὴς Æmulator. G. Cognomen Simonis apostoli, *Luc.* 6: 15.

Zelpha, זִלְפָּה Distillatio oris, aut vilitas vel contemptus oris. Ancilla Liæ uxoris Jacob, *Gen.* 29: 24.

Zemma, זִמָּה Scelus, aut cogitatio, scil. perversa. Nomen viri, 2 *Par.* 29: 12.

Zena, ζηνᾶς Vivens. G. Legisperitus quidam, *Tit.* 3: 13.

Zephrona, זִפְרוֹנָה Ex Syro & Hebræo, falsitas cantici vel exultationis. Terminus est Judæ, *Num.* 34: 9.

Zetham, זֵתָם Oliva eorum, sive iste perfectus, aut iste consummatus, sive iste simplex. Nomen viri, 1 *Par.* 23: 8.

Zethan, זֵתָן Oliva vel olivetum. Filius Balan filii Jadihel filii Benjamin, 1 *Par.* 7: 10.

Zethar, זֶתַר Iste explorans vel contemplans, aut oliva explorationis vel contemplationis, sive iste turtur, vel oliva turturis. Nomen eunuchi, *Esth.* 1: 10.

Zethu, זַתּוּא Olivetum. Nomen viri, *Neh.* 10: 14.

Zethua,

Zethua, Idem. Nomen viri. *Esd.* 2: 8.

¶ Zie, זִיעַ Sudor, aut tremor. Nomen viri, 1 *Par.* 5: 13.

Zina, זִינָה Fornicatio, aut Syriacè, nutrimentum vel arma. Vir, 1 *Par.* 23: 10.

Zio, זִיו Iste: Syriacè, Splendor aut claritas. Nomen secundi mensis, qui Aprilis apud nos dicitur, 1 *Reg.* 6: 1.

Ziph, זִיף Istud os, velista bucca: aut Syraicè, falsitas, vel falsus. Duæ sunt hujus nominis in tribu Juda civitates: ex quibus altera nomen magnæ dedit solitudini, *Ios.* 15: 24. 1 *Sam.* 23: 14. quam ædificavit Roboam, 1 *Par.* 2: 42. 2 *Par.* 11: 8.

Zipha, Idem. Filius Jaleleel, 1 *Par.* 4. 37.

Ziphæi, זִפִּים Idem. p. n. 1 *Sam.* 26: 1.

Ziza, זִיזָא Universalis vel omnimodus, seu bestia, vel fera aut resplendens: vel Syriacè, recedens. Filius Jonathan filii Juda filii Onam, 1 *Par.* 2: 33. Est & nomen principis, 1 *Par.* 4: 37.

¶ Zohéleth, זֹחֶלֶת Reptans vel trahens. Lapis est juxta fontem Rogel nomine, 1 *Reg.* 1: 9.

Zoheth, זוֹחֵת Separatio, aut iste stupens vel pavidus, seu iste contractus: vel ex Hebræo & Syro, iste descendens. Filius Jesi, 1 *Par.* 4: 22.

Zomzommim, זַמְזֻמִּים Scelus vel turpitudinem cogitantes: seu scelus sceleratorum. Populi sunt qui alias ab Ammonitis Raphaim nucupantur, *Deut.* 2: 20.

Zoom, זוֹהַם Abominans, vel immundus. Filius Roboam ex Abihail, 2 *Par.* 11: 19.

Zorobabel, זְרֻבָּבֶל Alienus à confusione, aut aliena vel extranea confusio, sive extranea commistio, aut dispersio confusionis vel commistionis, seu circulus commistionis vel confusionis. Dux in Juda,

Agg. 1: 1. Filius Phadaia filii Jechoniæ, 1 *Par.* 3: 19. *Esd.* 2: 2.

¶ Zuzim, זוזים Postes vel superliminaria, aut splendentes; vel Syriacè, recedentes, aut pecuniæ. In *Gen.* 14: 5. non est nomen proprium. LXX. enim, gentes fortes: Chaldæus interpres, robustos interpretatur: quod & annotavit Hieronymus in quæstionibus in Genesin, dicens sic debere legi in eo loco. Et robusti in Ham: ut sit proprium loci: non autem legatur, in eis.

Addi-

Additamentum geminum, quorum prius continet mensuras vasorum sacrorum, & posterius pecuniam & pondera sacra, quorum S. Scriptura meminit.

De vasis sacris.

IN genere observandum est mensuras cubicas sive vasorum apud Hebræos supputari secundùm capacitatem communium ovorum. A minoribus vasis initium faciemus.

Mensuræ illæ sunt vel aridorum, vel liquidorum, *Veteris T. mensura aridorum sunt sequentes.*

1. Cabus, קַב continet quantitatem viginti quatuor ovorum, 2 *Reg.* 6: 25.
2. Gomer, עֹמֶר est mensura duplo fere major præcedente, comprehenditque ova quadraginta tria, *Exod.* 16: 36.
3. Sea, סְאָה est mensura plus quam triplo major præcedente, & comprehendit centum & quadraginta quatuor ova. h. e. 144. 2 *Reg.* 7: 1. 18. *Gen.* 18: 6.
4. Epha, אֵיפָה est mensura triplo major præcedente, continetque tria sata, h. e. ova quadringenta triginta duo. h. e. 432. *Exod.* 16: 36, *Deut.* 25. 14. *Levit.* 5: 11. & 19. 36.
5. Lethech, לֶתֶךְ est mensura quintuplo major præcedente, continetque ova bis mille, centum & sexaginta, h. e. 2160. *Hos.* 3: 2.
6. Chomer, חֹמֶר continet onus asini, sive capacitatem 30 satorum, hoc est 4320. ovorum. *Lev.* 27: 19. *Num.* 11: 32.

7. Corus, כור est ejusdem quantitatis cum præcedente Chomer, *Ezech.* 45: 14.

Novi T. Mensuræ aridorum sunt:

1. Chœnix, χοῖνιξ est mensura tritici quæ homini unico die ad vitam sustentandam sufficit, sive continet mensuram duodecim ovorum, *Apoc.* 6: 6.
2. Satum, σάτον convenit cum סאה hebræorum, continetque ova 144. *Matth.* 13: 33.
3. Corus, κόρος etiam convenit cum כור hebræorum, continetque ova 4320. *Luc.* 16: 7.

Veteris T. Mensuræ liquidorum sunt:

1. Log, לוג continet sex ova, *Levit.* 14: 10.
2. Hin, הין comprehendit septuaginta duo ova. *Exod.* 30: 24. *Levit.* 19: 36.
3. Bath, בת est ejusdem capacitatis cum Epha, continetque ova 432. *Ezech.* 45: 11.
4. Cor, כור bis etiam usurpatur de liquidis, 1 *Reg.* 5: 11. *Ezech.* 45: 14. Est ejusdem capacitatis in liquidis, cujus est in aridis.

Novi T. mensuræ liquidorum:

1. Xestes, ξέστης continet sex ova. *Marc.* 7: 4.
2. Metreta, μετρητὴς comprehendit ova 432. *Joh.* 2: 6.
3. Batus, βάτος convenit cum בת hebræorum, continetque ova 432. *Luc.* 16: 6.

Additamentum posterius de pecunia & ponderibus sacris.

Veteris Test. nummi & pondera sunt:

1. Siclus, שקל: estque sacer *Exod.* 30: 13. vel profanus,

fanus, 2 *Sam.* 14:26. *Gen.* 20: 16. Sacer ponderat semiunciam argenti, valetque semissem Thaleri imperialis. Profanus valet dimidium, h. e. quartam partem talis imperialis.

2. Gera, גֵּרָה ponderat circitèr septendecim grana hordei, & respectu valoris viginti geræ efficiunt siclum sacrum, *Exod.* 30: 13. *Levit.* 27:25.
3. Agorah, אֲגוֹרָה 1 *Sam.* 2: 36.
4. Keschita, קְשִׂיטָה *Gen.* 33: 19. *Jos.* 24: 32. Hi duo nummi conveniunt cum Gera.
5. Adarcon, אַדַּרְכוֹן 1 *Chron.* 29:7. *Esra.* 8.27. sive דַּרְכְּמוֹן darcemon, *Esra* 2: 69. Est nummus aureus, & convenit cum ducato.
6. Ciccar, כִּכָּר talentum. Estque sacrum aut profanum; utumque iterum argenteum vel aureum. Talentum sacrum argenteum continet ter mille siclos sacros, h. e. 1500 Thaleros imperiales, *Exod.* 38: 25. profanum comprehendit dimidium, 2 *Reg.* 5: 5.

Talentum sacrum auri valet duodecies mille aureis ducatis, *Exod.* 38: 24. Profanum continet dimidium, 2 *Reg.* 18: 14.

Novi Test. nummi sequuntur:

1. Nummulus, λεπτὸν est minimus nummus, quorum octo valent asse, *Marc.* 11: 42.
2. Quadrans, κοδράντης est quarta pars assis, *Matt.* 5: 26. *Marc.* 12: 42,
3. Assarius, Ἀσσάριον videtur esse dimidia pars assis, *Matth.* 10: 29.
4. Drachma, δραχμὴ in N. T. denotat nummum argenteum, qui valet quadrantem sicli sacri argentei, *Luc.* 15: 8.

5. Denarius, δηνάριον. Denarius est vel sacer *Mat.* 22: 19. vel profanus *Matth.* 18:28. & 20.2. Sacer alias vocatur didrachmum. Profanus convenit cum drachma.
6. Didrachmum, διδράχμον continet duas drachmas profanas, h. e. semisiclum sacrum, *Matth.* 17: 24.
7. Stater, στατὴρ continet pondus quatuor drachmarum, sive sicli sacri, h. e. dimidii Imperialis, 17. 27.
8. Argenteus, Ἀργύριον *Matth.* 26: 15. denotat siclum sacrum, sed *Actor.* 19: 19. significat denarium. Vide de hoc utroque additamento uberiorem explicationem in *Philologo Hebræo mixto.*

FINIS.

19341

TRAJECTI ad RHENUM,

Typis JOHANNIS à STUYVESANT,
Anno cIↃ IↃ cLXXXIV.

CHRISTIANUS DAUNCIUS
Philol: Polyhistor ac Criticus, et Scholæ
Patriæ Rector. Natus Cygneæ D. XXIX Mart. A: Chr.
CIↃ IↃ CXII. Defunct. D. XV Decembr. A: LXXXVII

CHRISTIANI DAUMII
PHILOLOGI & POLYHISTORIS
CELEBERRIMI

EPISTOLÆ PHILOLOGICO-CRITICÆ,

AD
CL. VIROS,
JO. ANDR. BOSIUM, JO. GEBHARDUM
ET MARTINUM HANKIUM
scriptæ, & tribus Partibus absolutæ.

Quibus accedit
PARS IV.
seu
APPENDIX
ad DIVERSOS,
nimirum
CHRISTOPH. POMARIUM, ERNESTUM
STOCKMANNUM, JO. FIDLERUM,
VAL. MERBITZIUM, GEORGIUM SEIDELIUM,
aliosq; exaratæ,

Ex ipsis autographis diligenter erutæ, indicibusq; necessariis ornatæ atq; in lucem publicam emissæ
à
JO. ANDR. GLEICH.

CHEMNICII,
Apud CONR. STOESSELIUM, An. 1709.

Bibliotheca Evangelica

VIRIS

Nobilissimis, Amplissimis, Excellentissimis, Doctissimis

Bibliot
ca
Mongel

Dn. Joanni Buxtorfio,
Linguæ Sanctæ in Academia Basileensi Profess. Publico.

Dn. Martino Hankio,
Vratislavienſium Scholarum Augustanæ Confessionis Inspectori, Gymnasiique Elisabethani Rectori & Professori famigeratissimo.

Dn. Thomæ Crenio,
Philologo atque Polyhistori Lugduni in Batavis longe celeberrimo.

Dn. Adamo Erdman. Miro,
Gymnasii Zittavienſis, quod in Superiori Lusatia floret, Pro-Rectori graviſſimo.

Dn. Conrado Adamo Winckelmanno,
Lycei Senatorii Vitembergenſis Pro-Rectori, & Poëtæ Laur. Cæsareo.

De

De

Literatura & ſtudiis bene meritis,

Dominis , Fautoribus & Amicis meis honoratiſſimis

DAUMIANIS olim atque olim Admiratoribus,

Hoc

Singulare *DAUMIANÆ* Eruditionis Monumentum

offert ac inſcribit

Editor.

Con-

Candido & Benevolo Lectori

S. P. D.

JOANNES ANDREAS GLEICH,

Ser. Reg. & Elect. Saxon. Theologus & Ecclesiastes Aulæ Senior.

CUm ante Undecim, & quod excurrit, annos CL. Viri, Polyhistoris & Critici dum viveret longe celeberrimi, B. CHRISTIANI DAUMII, ad JO. FRIDERICUM HEKELIUM, Philologum itidem famigeratissimum scriptas Epistolas in lucem ederem & cum orbe literato communicarem, suscipiebantur istæ non tantum ab exteris in Anglia, Italia, Gallia, Belgio, Helvetia, benevole, sed etiam in Germania Viris eruditissimis gratæ erant atque acceptæ. De illis hoc reliquerunt elogium Collectores Actorum Eruditorum Lipsienses, ad Annum XCVIII. p. m. 373. scribentes: *Omnino probandum*

eorum ſtudium, qui clarorum Virorum epiſtolas colligunt easque faciunt juris publici. Cum enim in iis familiariter ſcribere ad amicos ſoleamus multa, quæ ſcire ipſorum tantum intereſt, nec ideò ſtatim in vulgi notitiam perferenda; inde fit evidens, exemplisque compluribus patet, recte ex Epiſtolis peti arcana literariæ rei, variorum etiam conſiliorum & diverſa Doctorum inſtituta. Quamvis ſimul idem hoc admonet, quod temere committendæ typis & evulgandæ non ſint tales Epiſtolæ, quæ & Auctori & Editori poſſint eſſe damno, præſertim cum viventium, ut Vellejus Paterculus ait; uti magna admiratio, ita cenſura difficilis ſit. Inſons autem ſtudium cenſendum eſt Editoris harum doctiſſimi Daumii, Scholæ Cygneæ ſeu Zviccavienſis Rectoris, epiſtolarum, quæ neminem bonum lædunt, nec aſperius de quoquam judicium aut ſententiam adverſam continent, varia tamen ad rem literariam pertinentia tradunt, è quibus nonnulla ſpecimînis loco proferemus. JO. FRANCISC. BUDDEUS, Profeſſor quondam Hallenſis, Theologus jam Jenenſis, in præfatione Supplementi Epiſtolarum D. Lutheri, Halæ 1703. editi hoc fert Judicium de Epiſtolis

Dau-

Daumii: *Ad Christianum Daumium accedo, Cygneæ Scholæ Rectorem, eundemque Polyhistorem atque Criticum exquisitissimum, cujus Epistolas quasdam selectiores edidit Vir Doctissimus JO. ANDREAS GLEICHIUS, Concionator Aulicus Electoralis Saxonicus Dresdæ 1697. in 8. quibus & inseruit nonnullas ad Daumium scriptas, Casparis Alexandri, Georgii Matthiæ Königii, Casparis Barthii, Nicolai Heinsii, Jobi Ludolphi, Jo. Petri Lotichii, aliorumque. Varia ad rem Criticam & Historiam quoque Ecclesiasticam in iis, si quis occurrere dubitet, is Daumium prorsus ignoret, necesse est, speciminisque instar esse possunt, quæ p. 50. de Theophylacto disputat, quem schismati, quo Spiritus S. processio à filio negabatur, accessisse contendit. Id neutiquam prætermittendum, quod hinc quoque discamus, Daumium Epistolas quam plurimas eruditorum, Erasmi, Melanchthonis, Camerarii, Fabri, Stephani, Rittershusii, Lingelsheimii, Putschii, Casauboni, Gruteri, Bongarsii, Heinsii, Salmasii, Neandri, Hekelii, Chytræi, Scaligeri, Barthii, Cornarii, Holoandri aliorumque possedisse, qui thesaurus, ne prorsus perierit, optandum esset.* Superiore An-

no

no celeberrimus Vir, JO. BUXTORFIUS, Ebreæ Lingvæ in Academia Basileensi Professor. Publ. literis d. 29. Jun. 1707. ad me datis, non tantum Epistolas Daumianas *eximium plane & longe gratissimum munus* appellitat, sed & mihi simul gratias persolvit maximas: *Epistolas Christiani Daumii summa cum voluptate lego, & multa jam, quorum ignarissimus eram, ex illis didici, quare iterum de hoc munere gratias ago.* Taceo alia testimonia satis luculenta, quæ magno numero, ex Eruditorum diversorum commercio literario mecum instituto, in medium afferre possem. Posteaquam igitur animadverterem Epistolas Daumii ad Hekelium plurimorum Eruditorum favorem reperisse, sollicitus eram de novo earum Apparatu edendo.

Ultro enim mihi offerabat CL. Vir, *M. Christianus Schlegelius*, Illustrissimi Comitis Schwartzburgici in Arnstadt Bibliothecarius & Antiquarius, (cum apud nos familiæ Lightwerianæ ab institutione puerorum esset) Daumii nostri ad Jo. Andr. Bosium, Polyhistorem & Historiarum in Academia Jenensi Professorem scriptas Epistolas, quas acceperat à Dn. *D. Jo. Andr. Schmidio*, Profess. Theologo in Academia

mia Helmestadiensi, hærede MStorum B. *Casparis Sagittarii*, & *Jo. Andr. Bosii*. Accedebat benevolentia Amplissimi Viri, *Martini Hankii*, qui Daumii ad se, & Collegam quondam *Jo. Gebhardum*, Professorem Vratislaviensem exaratas, mecum communicabat, & descriptas transmittebat.

Denique *Georgius Seidelius*, Pastor quondam Wiessensium sub Ephoria Chemnicensi, Pastor fidelissimus, totum commercium literarium Daumianum secum institutum suppeditabat. Accipiebam & ab aliis ad diversos scriptas epistolas Daumii, colligebam & in Appendicem referebam. Ex his fragmentis literariis præsens enatum est volumen novum Epistolarum Daumianarum. Tantum vero abest ut operam me & oleum perdidisse earum Epistolarum collectione & editione putem, ut potius omnibus Eruditis eas gratas fore atque acceptas sperem. Emisi vero illas sub nomine Epistolarum Philologico-Criticarum, quia potissimum de ejusmodi Argumentis agunt, neque levia prorsus aut ludicra, sed matura de variis Autoribus antiquis & rarioribus quandoque scriptis judicia, judicio haud de-

destituta, continent, solidamque & inusitatam ferme abstrusarum rerum cognitionem monstrant. Erat enim B. Daumius, (quamvis sub pallio Scholastico latitans,) ejusmodi literator, qui Casparis Barthii & Thomæ Rheinesii, magnorum quondam virorum judicio, inter Criticos superioris ævi merito censendus atque referendus esset. Præterea Stylum & censuras suas Daumius noster ita temperavit pro sua qua erat pietate atque integritate, ut neque vivos neque mortuos iniquo morsu vel calamo læderet, sed res secundum veritatem describeret, absque omni cerussa aut verborum lenocinio. Utere proinde, Benevole Lector, his epistolis & sphalmata à typographo (cui propter loci distantiam adesse non potui) commissa, pro tuo candore & favore, ipse emenda, ac bene vale, nostrisque conatibus fave. Dresdæ, raptim. inter plures & quasi concatenatas occupationes.

A. O. R. clɔ Iɔcc IIX. Calend.
Octobr.

CHRI-

CHRISTIANI DAUMI
PARS I.
EPISTOL. PHILOLOG. CRITIC.
AD
VIRUM CLARISSIMUM
JOH. ANDR. BOSIUM,
Historiarum quondam in Academia Jenensi
Professorem, ut & Polyhistorem
celeberrimum.

Salut. plur. & officia paratissima!

Clarissime Vir, Domine Fautor & Amice perhonorande.

Nihil jucundius nunc, & quod animum in afflicto nonnihil rerum nostrarum statu exhilararet magis, potuisse mihi advenire, quàm Per-Eximiæ Tuæ Claritatis litteras, plane tibi persuadeas velim. Ex quibus, quemadmodum libens intelligo T. Clar. pronum in me affectum, quem sanè habeo acceptissimum: ita causam video prorsus nullam, cur ea deprædicentur adeò, quæ nullus in me deprehendo; nec præter studium, idque pro viriculis, de Amicis (quid enim de litteris audeam?) merendi agnosco quicquam. Me sane hanc Cl. T. Præstantiæ prensationem antevertere decuerat, qui ingenti ab Ea beneficio superiori me anno mactum fuisse gratus adhuc dum recordor. Obtulerat enim se mihi Exim. T. Claritatem per litteras adeundi, gratias-

que

que Ei agendi pro ului meo aliquot hebdomadas Avito Sirmondiano, quem Dn. D. Rivini Excell. ab Ex. T. Cl. mihi puto impetraverat, conceſſo, occaſio ſatis commoda. Verum neſcio quis pudor, ſubruſticus utique ille, me abſterruit, & jejuni præterea ſtyli atque inculti conſcientia calamum bis terve arreptum manibus ſemper excuſſit. Tamen quas hactenus omiſi, ago habeoque jam nunc, licet ſerò, uberes ac locupletes; referremque etiam, ſi id opis in me eſſet. Gratulor autem mihi ipſi occaſionem datam tandem mentem hanc meam gratam ſignificandi. Et de his hactenus.

Optimus Senex, D. Zechendorffius, cui ſenectus ipſa morbus eſt, & qui officio tamen ſuo pro viribus etiamnum fungitur, Per-Eximiam T. Clar. ſalutationis amicæ cumulo remuneratur, titulosque illos Orientalium Librorum exſpectat, citra E. T. Cl. incommodum tamen, avidè, Excell. Dn. Hottingero proxima nundinarum oportunitate à ſe transmittendos. De Golii Arabico Lexico ad finem perducto & ipſus lætor. Sed nummorum curta ſupellex longum ab acquirendo hoc theſauro me arcebit: Nec Scholaſticorum laborum concatenata ſeries tantopere olim has Muſas, quibus nunc prorſus deſuevi, amatas recolere ullatenus permittit. Quod reliquum eſt, Te clariſſime Vir, & Amice honoratiſſime, magnopere rogo, ut, quod facis, candore tuo & amore me proſequi pergas, &, quas adjeci, chartas exiguas, cum aliud nunc nihil præſto ſit, ſiniſtrè ne interpreteris. Vale quàm optime

optime, quam diutissime, patereque, ut illud Synesii meum faciam: βελτίοσι μὲν γὰρ Δαυμίᾳ ἐντύξῃ πολλοῖς. Φιλῶσι δ' μᾶλλον δὲ ἂν ἄλλοις εὐτύχοις. Dabam præfestinatim. Cygneæ die 14. Sept. 1653.

Per-Eximiæ T. Clar. Cultor studiosissimus

Christ. Daumius.

Præsentes haud gravatim Ex. T. Claritas ad Excell. Dn. Thomasium perferri curet; meque num responsum Ea Grævio meo facilè Daventriam curare queat, & undè literas ejus acceperit, tribus saltem doceat, rogo.

II.

S. P. & O.

Eximie & Clarissime Boši, Domine, Fautor & Amice perhonorande!

ECce T. Cl. ad Grævium meum litteras, quas, si rectè curaveris, magno me beneficio obstringes. De ἀντιδώρῳ ne esto sollicitus. Vilis merx erat, quam misi, nec eo fine oblata. Nos pro opibus nostris struimus moënia. Ænea Gazæi Græco exemplo indigeo. Lego enim Barthianam Editionem, in qua alicubi periodum etiam in ἀυτογεάφῳ desidero, ex ingenio neutiquam reponendam. Ea si ad octiduum vel ex divite tua, vel alterius amici Bibliotheca, bona fide, statim, & meo ære restituenda, succurrere posses, quid quæso mihi faceres gratius? Ego vero pariare beneficium, si quid utile Tibi mea Libraria teneat, neutiquam negaverim. Opt. vale præstantiss. Amice, & occupatum nunc

su-

subitæ ac subidæ brevitatis excusa. Dabam Cygneæ prid. Kal. Octobr. 1653.

Eximiæ T. Clarit. studiosissimus

C. D.

III.

S. & O.

Clarissime & Præstantissime BOSI, Dn. Fautor & Amice pl. colende ac honorande.

PRo officio hoc in curandis recte meis ad Grævium litteris mihi præstito gratias ago habeoque prolixissimas. Utere me, si quid potero, vicissim pro lubitu. Super Æneæ Erratis, quæ jussu Nobilissimi Barthii enotata ad Typographum vestratem Bauerum misi, scripsi ad Amplissi. Dn. D. Rivinum; Verum responsi, præter spem, nondum quid obtinui. Ipse etiam typographus, ut ferunt, accudere ea libro renuit. Cujus tergiversationes sanè miror, cum absque eorum indicina Lectori non parum mancus is liber usum non ex omni parte commodum præbiturus sit. Nec reprehendere debebat superstitiosam forte ac nimiam alicubi diligentiam meam, quam futurum putabam, ut incuriæ alicujus potius incusaret, quod loca nonnulla præteriissem, licet cuivis fere correctu facilia, quædam tamen ita comparata, ut citra inspectos ipsos Autores ibi laudatos, quibus destituor, temerarium sit omne ingenii tentamen. Nunc opera tota abstinuisse vellem, quamquam rogatus eam susceperi. Quare & schedas meas à typographo repetam. De Thesauri Fabro-

Buchneriani excusione strenua libens intelligo. Golii Lexico, si vivo, ut compotiar aliquando, Deo volente, allaborabo. Interim Orientalibus ad tempus sepositis linguis [deficit enim hic librorum necessaria suppellex] horulas subsecivas, non multas quidem eas, quantum per valetudinem licet, non semper ex voto firmam, Indicibus meis Latinæ Linguæ Analogicis impendo. Cui labori maxime inserviturum Vossii Etymologicon quotidie exopto. Jis enim prius confectis opus habeo ad emendandum & pertexendum, quod juveniliter olim commentabar. Tu, si alicubi me juvare queas, in gratum contuleris beneficium. Locus ille, quem innuebam in Æneæ est pag. 37. l. 15. Nonnihil ejus Periodi comparere vides in Animadv. p. 128. col. 2. Genesio Tuo quando beabimur? Bene vale, honoratissime Dn. & Fautor benevolentissime, & inter Eruditionis ac Claritatis Tuæ Cultores commendatum de cætero habe amaque

Per-Eximiæ T. Clarit. Addictissimum

Cygn. Kl. Novemb. 1653. raptim.

Christ. Daumium.

Sal. plur. Amplisf. & Excellentisfimis Viris Dn. D. Rivino & M. Thomasio adscribo.

IV.

S. & O.

LIbens intellexi, Clarissime & Per-Eximie BOSI, Domine Fautor & Amice pl. colende, sphalmatum à me enotatorum chartam in eruditas tuas manus incidisse. De vilioribus, cui-

cuivis obviis, & apices tantum, aut literas transpositas, spectantibus Erratis non pugno. Omittantur sanè. Etiam Numeros Romanos in barbaros mutet licet typographus. Omissa tamen & quæ præterea sensui necessaria sunt, & Nobilissimo Editori à Malevolis (quorum seculum hoc feracissimum est, & expertus est ille non paucos, nec de plebe,) imputari queant, cur omittamus? Typographo non puto eam rem fraudi futuram, sed majori potius lucro. Quicquid sit, si Dn. Barthii pace fit, qui diligenter Errata à me annotari voluit, jussitque post exhibitum specimen, cui tamen deinde nonnulla exemi, sic pergere, ejus rei totum pontificium Cl. T. Præstantiæ ego libens transscribo. Hoc saltem oro, ut sive edantur, sive minus, chartas meas ego recipiam.

De Plutarchi emendatione, quantum in hac festinatione videre indoctus ego queo, *συνευδοκῶ*. Nosti querelas Virorum doctorum super monstrosis Aldini Codicis mendis. Et quidni resideant adhuc plura, quibus unus & alter Hercules non fuerint satis eluendis?

Cætérum lectu dulcia fuerunt, quæ ad Zechendorffium nostrum scripsisti. Paria de Gaulmino, Regio Consiliario (cujus Psallum, Eustathium & Theod. Prodromum habeo) retulit mihi pronuper Amicus illius Per-Rev. & Excell*mus* Dn. D. Gerhardus, qui & se Sirmondum Parisiis ætatis annum 92. agentem & vegetum quidem adhuc, abhinc triennio vidisse, jucundo colloquio narrabat. Ad Indices meos poteris ali-

quando libris nonnullis (auidio ex Tiſeniana Bibliotheca, Gebhardi Crepundia & Berterii Pitſanon libros nactum) otioſo mihi & poſcenti benevolè commodare. Ego contra, ſi qui in mea libraria præſto erunt, quibus Cl. T. opus habeat, officio non deero. Molior Catalogum. Schedas olim incepti Ampliſſ. & Excell*mus* Dn. D. Rivinus (cui cum Exc. Dn. M. Thomaſio pl. fal. adſcribo) ultra bimeſtre ſecum retinet, quarum abſentiam, pertexturus integrum, ægrè fero; ægrius autem de integro novos concinnem. Optimè vale, Eruditiſſime BOSI, Dn. honoratiſſime, & utinam aliquando videnda! Dabam raptim Cygneæ d. 23. Nov. 1653.

Clariſſ. T. Præſtæ ſtudioſiſſimus

C. D.

Cedrena & ipſus careo. Eſt apud me Petrus Siculus. Habesne Favonium Eulogium, & Freculphum?

V.

S. P. & O.

DE Sphalmatis Æneæ ſollicitudinem abjeci, Cl. BOSI, Domine, Fautor & Amice præmodum colende. Auctor enim Nobiliſſimus ipſemet, quid fieri velit, curabit puto jam præſens. De benigna librorum tuorum pollicitatione multum Te amo. Et ſodes Favonii Eulogii illud fragmentum mitte nunc, & quidem meo ſumptu. Reſtituetur brevi. Si quid viciſſim ſtudia tua juvare libris potero, neque deſes ero, neque faciam id invitus. Vale Præſtantiſſime Amice, & Amorem tuum mihi perſeve-

severa. Dabam Cygneæ postridie Non. Decembr. 1653.

Clariss. Tuæ Præstantiæ officiosissimus cultor

Christ. Daumius.

VI.

S. P. & O.

LIteris multifariam scribendis, extra officii pensum, defatigor, Clarissime Dn. BOSI, Dom. Fautor & Amice optime. Nec valetudo etiam votis meis, credo & tuis, respondet. Ideò negligentiam styli ubique affecto de industria, ne mihi ipsi majus accersam malum. Quod benignius interpretabere. Fav. Eulogium rectè accepi. Percurram, sed & reliqua Schotti, quæ meis Musis conducere videbuntur, perscrutabor. Restituam deinde brevi librum salvum. Dn. Zechendorffius & ad Dirembam tuum visendum suppeditavit, excerpsi paucula pro spatio indulto. Is se eo quotidie oblectat, cum Lexicis suis confert, & excerpit, remittetque brevi. Salutem Cl. T. Præst. adscribi jussit plurimam & officiosam. Quam & à me Amplissimo Dn. D. Rivino, qui responsionem proximè σὺν τῷ Θεῷ habebit, & Excellmo Thomasio, cui desiderato illô Poëtâ, modo indicetur, gratificabitur, nuncupabis plenis buccis. Erratorum curam semel abjeci, video enim Typographum refractarium, nec placet valetudini amplius dividias facere operoso, sterili & ingrato tali labore satis jam ante afflictæ. Opt. Vale Vir & Amice

præclarissime & me ama, ego Te plurimum. Datæ Cygneæ die 14 Decemb. 1653.

Clariss. T. Præst. officiosissimus Cultor

Christian Daum.

VII.

Sal. plur. & Off.

PUtabam me totum futurum hac hebdomade in Schotto tuo, Clarissime BOSI, Domine Fautor & Amice perquam honorande. Verùm quia fontica causa Zechendorffium nostrum ad Varisicos avocavit, rediturum ante Ferias instantes, Scholastica is quædam negotia mihi demandavit, quæ diligentiæ meæ privatæ remoram quandam injiciunt. Redegi tamen interea in Compendium expunctis levioribus Æneæ Errata, quæ mitto. Poterant & alia nonnulla puto, omitti, quæ rubrica notare, ut vides, incipiebam; sed otio ulteriore destituor, & tædio est tertia recensio, à qua hypochondriaca mea magis exacerbetur. Gratificaberis hoc famæ Nobilissimi Barthii, & urgebis typographum, cujus sanè est, commodis suis ne hac ratione deesse. Tuum librum ut quamprimum recipias, quantum potero expediam, & ad paria officia me promtum exhibebo. Bene vale, nec ægrè fer, inficetis meis tua studia potioribus curis occupata toties interpellari. Dabam raptim Cygneæ die 21 Decemb. 1653.

Clarissimæ Tuæ Præstantiæ studiosissimus

Christian. Daumius.

Mit-

Mitto indiculum nonnullorum librorum in 8va forma inceptum nuper, quoniam ut pertexam, non vacat nunc. Remitti autem volo, ut perficiam.

IIX.

P. S. & O.

REmisissem nunc Cl. BOSI, Eulogium tuum; sed quia Bohislaum nostro Thomasio, Columellam Comelini D. Rivino tradendos typographus nostras accepit; nec solum ille, sed Schottus excerpenda non pauca præbebant, hoc otiduo pace tuâ eo utar amplius. Habe autem interim alia fragmina Indicum meorum inceptorum hactenus; pertexendorum verò per otium. Quanquam vix ullum video pro amplitudine eorum; si exacte velim ex voto concinnari pro aliquot librorum millibus, quibus immensa Dei Benignitas præter omnem opinionem & meritum ullum meum clementer adeo ditavit me, olim spei & rei omnis egenum prope. Ea ubi perlegeris, remittes. De Erratis Æneæ quid actum sit, & an plagulæ à typographo excusæ compos queam fieri, edoceri rogo. Tabellarius noster serò rediit, capitis dolore in via & catarrhis afflictatus. Itaque otio exclusus, brevius scribo. Vale Clarissime Dn. BOSI, Amice ex animo dilecte & Fautor plur. honorande! Dabam Cygneæ die 29 Dec. 1653.

Cl. T. Præstantiæ officiosissimus

Christ. Daum.

Zechendorffius rediit. Te salutat, Librumque Tibi tuum, se remissurum nunc affirmat.

IX. S. P.

IX.

S. P. & Εὐστηρίαν.

ITane pactis ſtas, mi DAUMI? inquies, *Clme* BOSI, Domine & Fautor plurimum honorande, nec non Amice certiſſime; Certe memini ſcribere brevi me reſtituturum tuum Schottum. At ecce, dum Faſtos inſpicio tuasque litteras, video ultra menſem ferè detinuiſſe. Idque piget ac pudet. Quicquid peccatum ſit, non factum eſt data opera. De facili noſſe domi poteris, quæ cauſæ cogitata noſtra nonnunquam ex transverſo intercipiant. Gratias autem ſingularibus verbis quid Tibi agam? cum beneficium hoc tuum magnitudine omnem verborum copiam, omne orationis lenocinium excedat atque deprimat. Id tamen in majus adhuc extuleris, ſi communicatione Berterii ad unam alteramque hebdomada exaugere Tibi placeat. Ego ſi quid tua cauſa poſſum, impetra ab obnoxio me & volente. Æneæ ſphalmata excuſa miſit Dn. Barthius. Göpneri noſtri vaſa, quæ anxie expectavi, nondum appulere, ſperantur cras. Ideoque quid Clar*mus* & Excell. Thomaſius ſcribat, non divino: cui interea ſal. plur. cum feliciſſimi Novi Anni voto, annunciabis; quo Te itidem macto, Annosque utrique precor Neſtoreos. Dabam præfeſtinatim Cygneæ die 17 Jan. 1654.

Clariſſ. Tuæ Præſtantiæ
ſtudioſiſſimus

Chriſt. Daumius.

P. S. Ipſo

P.S. Ipso eo momento, quo has obsignaturus eram, affertur fasciculus ab Excell. Thomasio missus. Ei respondebo proximè. Berterium ergò hac vice non peto. Satis enim negotii, ut video, exhibebit Appendix Epistolarum Bouslai, quibus ego careo. Iterum vale!

X.

S. P. & O.

COgitanti responsum Tuis Clarissime BOSI, Domine & Fautor perquam honorande, exhibuit noster Zechendorffius, nuper aliis occupatus, tuum librum in unius & alterius diei usum. Eum sepositò denuo Excellmi Dn. Thomasii Bouslao volvi, non tamen integrum pervolvi, tot enim bonis rebus refertus est, ut quid è tanta congerie primum seligerem, hæserim ambiguus. Factum inde est, ut nec Dissertationem tuam, jucundum sane & peracceptum donum, pro qua largiter gratias ago, integram & quidem accuratè perlegerim. Monitionum igitur, ut gratiam mihi facias, obnixè Te rogo. Quid enim Tuæ doctrinæ, quid diligentiæ, quid copiæ addam jejunus ego & insicitus homo? Cui in Scholastico hoc pistrino, libertate studiorum omni adempta, vix horulæ spatium, ut sibi vivat, Musisque vacet cultioribus, in diem suppetit. Quod si annotare præsumam, *το Pontificium* pro *Potestate* usurpatum esse ab Auctoribus, etiam docere Alciatum 2. Parerg. 5. Henric. Steph. Noct. Parisin. p. 15. Barthium Adversl. lib. 132. c. 20. Alard. Gazæum p. 1122. ad Cassian. Bignonium ad Form. Marculfi p. 553. Lindenbrog. Glossario ad LL. antiq. p. 1458. & Ion-

ge fusius Juret. ad 2 Edit. Symmachi p. 196. Pro *Episcopatu* autem legi etiam apud Radulphum Ardentem Homil. 43. p. 145. a. Wipertum de Vita Leonis IX. Lib. 1. Cap. VI. p. 22. Bernard. L. II. de Considerat. Cap. VIII. aliosque multos, & cætera hujus census: Nonne frivolam hanc esse in parvis jactantiam, meque meros sapere Indices Tu arbitrabere? Quamobrem volens abstineo, Tuæque Clar. φυγε καὶ σοφῶς! merito accino. Unum est, quod ex Ea quæro, quæ cum bonis & raris libris instructa sit, facile vel ex Salmasio, vel Vossio, aliisve quibus careo docere super eo me potest amplius. *Carnifex*, lego Th. 4. qui carnem, hoc est cadaver facit. Audivi, qui malebat; qui carnem occidit, hucque trahebat τὸ Interficere pro occidere & Interfieri pro necari. Hæsi ego, & hæsitationis hoc æstu (si tanti) à T. Cl*te* explicari sustineo. Berterium, si, cum rescripserit T. Cl*tas* una mittet, in beneficio ponam. Barthii Confessio Germanicè ante non paucos annos, ut ex αὐτογραφῶ ob correctiones novas non ubique bene legibili constitit, scripta est. Ejus ut XV. Exemplaria sibi excusa curarem Nobilissimus Auctor rogavit. Feci ego excudi quinquaginta, quæ universa ferè jam distributa sunt. Censuram super Ea Tuam lubens inaudiam. Clarissimi & Excellmi Dn. M. Rappolti (cui perofficiosam à me salutem & observantiam deferes) observationes Philologicæ num sint editæ, & an Seldenus in Eutychii Origenes cum appactis adhuc venales prostent, haud gravatim doce. Catalogorum fragmen-

gmenta mittam, alia ubi expedita fuerint. Nunc tabellarius calamum jubet sistere. Excellmo Thomasio itidem salutem plurimam dico, ad quem proxime cum libro reducè dabo literas. Novellas eas illubens audio, Deus dissipet consilia omnia eorum, qui oderunt pacem, nosque suæ laudi diutissimè imò perpetuo quietes asserat! B. V. Cygneæ 8 Febr.

Cl. T. Per-Eximiæ addictiss. Cultor.

Christianus Daumius.

P. S.

Grævius noster in litteris Amsterodami Eid. Jan. datis, quas D. Reinesius ad me misit, ait se exspectare etiamnum meas, quas superiore Octobri à me scriptas nondum accepit.

XI.

S. P. & O.

PEr-Eximie & Clarissime BOSI, Domine & Fautor plurimum honorande. Indices meos rectè accepi, & unà tutum Berterium, quem salvum, ubi eo usus fuero, restituam. Gebhardi Crepundia non grandem animadverto esse librum, & decepisse me puto, qui imperialem excedere ejus pretium affirmarunt: Videtur tamen nonnihil temporis mihi esse ablaturus, si satis uti eo voluero. Ideoque benignè feceris, si, an in Bibliopoliis supersit, pretiumq; verum simul haut gravatiam significaveris, vel per alium. Parabo enim mihi propediem, ut laborem excerpendi compendifaciam, tuusque codex eò citius tibi restituatur. Ad Grævium si hodie adhuc litteras scribere nequeo, dabo tamen proximè; mit-

mittamque uti voluit, ad D. Reinesium. Confessionis Exemplaria universa distracta sunt. Impetravi, quæ supererant Typothetæ duo. Ea ecce! Poteris, si placet, unum Excellmo & Clariss. Dn. M. Rappolto salutis honorificentiam præfatus à me offerre. Pro Disputatione ejus missa gratias ago habeoq;. Non addidisti autem, an remittenda sit? Quod indicari etiamnum rogo. Indices Bibliothecæ meos continuabo primo ad hanc rem otio indulto, mittamque. Anacreontem ex MSStis Bibliothecæ Vaticanæ & Florentinæ auctiorem emendatioremque à Luca Langermanno edi jam narrat Grævius. Eum secuturam Græcorum Anthologiam, si non comitaturam. Adjicit Cornelium Tollium minari Val. Maximum cum MSStis pluribus commissum: Vossii postumorum quinquaginta Volumina prelo adornata superesse. Bene vale, Musarum delicium, & benevolentiam hanc tuam mihi persevera. Cygneæ die 21 Febr. 1654.

Clariss. Tuæ studiosissimo

Christiano Daumio.

Habes hic inter chartas hodie repertam schedulam, nescio an ulli tibi usui?

XII.

P. S. & O.

Clarissime BOSI, Domine, Fautor & Amice magni æstimande!

PRo Gebhardi Crepundiis solvet Mercurialis noster septem grossos. Ea si per famulum mihi curaveris, rem præstabis singularis

mihi

mihi gaudii. Pro Disputatione Excell. Dn. Rappolti gratias ago. Reliquas quas memoras præter de Relig. Romanorum, non vidi. D. Reinesium, quod ægrotare ais, invitus audio. Cum tabellario nondum locutus sum, qui ab eo meum Fornerium & Ranchinum, dono Disput. de Sacrificiis M. Frischmuthii comitatos, sed absque litteris, reportavit. Valetudinem illi precamur & longævitatem; ut & inposterum mansvetioribus Musis per eum benè sit! Ecce autem, tibi dum scribo hæc, eum convaluisse narrant. O lætum nuncium, & utinam perpetuo talem! Tollii Palæphatum nec dum vidi, usus huc usque veteri editione. Cinnamum verò prorsus ignoro. Gronovii Papinianas Diatribas habeo, manu Langermanni frequenter notatas. Sulpicii Severi Dial. de S. Martino collatos cum variis membranis à Theod. Pulmanno itidem possideo. Tibi vitæ tuæ dies producat benignissimus Deorum, sacrarum & humaniorum litterarum æterno commodo. Schedulam meam liturariam, abjectitiam putare potuisti. Quare de remissione ne cogitationem quidem ad animum admittere debebas. Salutem adscribit Cl. Tuæ Dominus Zechendorffius, qui Seldenum proxime remittet, & ad unam alteramque horam etiam mihi inspiciundum prius dabit. Optimè vale, & si tibi tot jugis meis fortè onerosus sum, ignosce, & favore complecti me tuô porro ne desine. Dabam Cygneæ KL. Martiis 1654.

Cl. Tuæ studios.

Christian. Daum

Clariſſ. & Excell. Thomaſio per occaſionem pl. ſalutem meis verbis dices, à quo literas avidè expecto.

XIII.

S. P. & O.

Clariſſime & Per-Eximie BOSI, Dn. & Fautor honoratiſſime!

EN pro Crepundiis Gebhardianis, quæ rectè accepi, ſeptem debitos tibi argenteos. Vix tabellarius abierat, cum reperi à Conjuge per oblivionem vel errorem potius, ei ſiſti neglectos. Moleſtè id quidem tuli, præſertim cum ne verbo quidem ea de re admonitus eſſet lator: ſed factum jam illud revocare non erat amplius integrum. Nunc emendo noſtrum erratum, & illius ignoſcentiam precatus gratias prolixiſſimas ago habeoque Tuæ humanitati, fidei atque benevolentiæ. Super Carnificis etymo Tibi non abſentio. Expoſitioni τῦ *interficere* tuæ etiam favere videntur τοῦ *interimere, internecies* &c. Dn. Zechendorffius Cl. Tuam plurima ſalute mactat, & octiduanum adhuc Seldeni uſum rogat. Remittet proximè. Et ego Berterium, quamprimum abſolvero. Mitto duo alia fragmenta Catalogorum meorum, dum alia expedio. Cynnamus quis ſcriptor, latinusne an Græcus, cujus, ſi ſciri poteſt, ævi, & qua de re ſcripſerit, paucis amabo doce, & per occaſionem pretium, quo venit, haut gravatim indica. Vale dulce Muſarum delicium, & favorem hunc perſevera. Cygneæ raptim Nonis Martii 1654.

Per-Eximiæ T. Clarit. addictiſſimo

Chriſtiano Daumio.

XIV. S. P.

XIV.

S. P. & O.

Clarissime & Per-Erudite BOSI, Dn. Fautor & Amice honoratissime.

REmitto Berterium Tibi tuum, & gratias ago habeoque immortales, non solum pro communicatione tam liberali, sed & tam diuturna, spondeoque vicissim meam Tuæ Clar. inserviendi promtitudinem. Disputationem præclaram Tuam lubente manu menteque accepimus, agitque mecum gratias habetque plurimam salutem nuncupans D. Zechendorffius noster, quem aër inconstans iste vertigine & dolore capitis per intervalla nonnihil affectum, præterita hebdomade abstinebat à publico, & lecto pæne affigebat, nunc autem ῥαΐσας scias. Deus senio illius valetudinem largiatur & robur! Freculphum si alicunde erutum, proximis nundinis per typographum nostratem Goëpnerum ad me mittere dignaberis; brevi, ut salvum recipias, omni allaborabo opera. A Grævio nostro nondum responsi quid obtinui. In Catalogis meis pertexendis necdum perrexi. Nascuntur enim negotia ex negotiis, & coëlo nondum miti molestius ea opera suscipitur. Scire tamen velim, an quædam alia eorum fragmenta pridem ab Exc*mo* Dn. D. Rivino legenda tibi fuerint tradita. Cui Amplissimo Viro, ut & Exc*mo* Dn. M. Thomasio, à quibus his nundinis & literas & libros meos reduces exspecto, salutem haut gravatim annunciabis plurimam, & fasciculum insertum per famulum cures oro. Literas eram additurus,

rus, sed tabellarius, qui se hodie moras nocturum ajebat, præter opinionem consilium mutavit. Optimè vale Clme Bosi, & favorem tuum Mihi perenna. Datæ Cygneæ ad V. April. 1654.

Per-Eximiæ Tuæ Clis studiosiss.

Christ. Daumius.

XV.

S. P. & O.

Clarisime BOSI, Domine Fautor & Amice honoratissime!

Silentium meum tam diuturnum, ne prolixius excusem, fuit ea ipsa, quæ hactenus me pæne oppressit, nec nunc deserit, occupationum moles. Restant in Soliloquiis Barthianis liber prioris Tomi ultimus: Posterioris vero tres iiq; maximè ob *κακογραφίαν*, crebrasque lituras, aliquando & properantiæ *σφάλματα*, quibus universis exstirpandis, absente autore, non sumus negotiosi; cum cogar vel mea manu multa describere, vel ab aliis relegere descripta, ut expediri tandem hac molestia votorum summa sit. Sed enavigandum hoc mare est, utinam meis mihi ventis ad littus sistendo! Pro Disputatione eruditissima & Inscriptionibus missis gratias ago habeoque plurimas. Exhibui exemplum Dno Zechendorffio, qui salutem & gratias non unas reponit. Bonus senex, velit quidem multa, sed annorum fessus pondere parum potest, ne quid dicam de curis, malevolorum tot insidiis hactenus ipsi obortis, quæ & animum ejus olim Musas pro viribus juvare promptum, non parum infringunt. M. Hrabskius multa à nobis discedens polli-

pollicitus, pactis non stetit. Eum nec ad suas respondisse Zechendorffius conqueritur. Ubi nunc degat, scire avemus. De DEO MORITASGO nunc nihil occurrit. Crassi autem sit ingenii, pro DEO MARTI AUGUSTO, alterum istud tantopere à litteris recedens saxo insculpere. Non incommoda tamen, cum certior non pareat, correctio interim habeatur: quum tot alia sculptorum deliria in promtu sint. De re ipsa cogitabo, an quid alicunde huc faciens erui queat: Quanquam valde vereor Dianam huic venaturæ non favituram. Commentarium Maximi Viri in Inscript. summis votis diu expeto, sine quo talia Musarum sacra ἀνέπαφοις accedo: Et memini pridem ab ipso Editionem rogare. Fortè quod alii non potuerunt, id Clar. Tua impetrabit. Quædam ex ineditis ejus Variis Capita habeo, nemini tamen visa, præter Grævium. Manilium Scaligeri recensitum tandem prodire voveo. De ætate Poëtæ nosti quid Gevartius Lectionibus Papinianis, & Jacob. Gothofredus ad Geograph. Vet. aliique senserint, qui Manlium Theodorum esse contendunt laudantque; quorum prior Grævio nostro coram sententiam suam pluribus repetiit: Et quid contra Barthius ad Claudianum p. 112. & Adversariis p. 498. 833. opposuit: Quæ tua sit sententia haud gravatim aperi. Gevartio favere poterunt, quæ Adv. p. 313. legis. De Membranis Rivini hactenus dubitavi; an ipse videris, una significa. Inter Membraneos meos Codices est Priscianus olim ab Aug. Hunnæo possessus & P. Nannio usurpa-

tus, in quo liber VIII. his verbis concluditur: VIII. LIBER DE VERBO EXPLICIT FELICITER. INCIPIT EJUSDEM LIB. VIII. DE GENERALI VERBI DECLINATIONE FELICITER THEODORUS DIONYSII MEMORIALIS Epistolarum & adjutor urm. questoris sp. scripsi artem Prisciani eloquentissimi Grammatici, Doctoris mei manu mea in urbe Roma Constantinopoli die III Id. Jan. MAVORCIO VI. CONSULE INDICTIONE QUINTA. De iis quid sentis? Erratum librarii facit, ut suspicer esse apographum illius exemplaris, quod Theodorus ille, quisquis fuerit, scripsit. Sed & illud urm & sp. non capio. B. Vale, & Commentarii Reinesii Exemplar proinserto argenteo mitte haud gravatim adhuc unum. Cygneæ d. 14 Martii 1655. raptim.

Cl. T. studiosissimus Cultor.

Christ. Daumius.

XVI.

P. S.

Clarissime BOSI!

EXciderat festinanti argenteus præsens, de quo superioribus scripseram; Quem cum obsignatis & gerulo jam exhibitis litteris inter chartas in mensa repererim, domi retinere diutius nefas duxi. Sequi igitur jussi, rogans, ne παρέργημα istud meum siniſtram aliquam apud animum fortè Cl. Tuæ (quod non spero) gignat suspicionem. B. V. a. d. XIX Martii 1655.

Cl. T. Cultor assiduus

C. D.

XVII.

S. & O.

Clarissime **BOSI**, *Dn. Fautor &*
Amice honoratissime!

BIs ad Te scripturo, nescio quæ præpedicula calamum mihi extorserunt. Ne verò diutius fileam, summus tuus in me favor cum insigni munificentia conjunctus postulat. Nam quæ pretio rogabam timidè tot Inscriptionis Exempla, nec absque infortuniolo omissi æris, Tu liberali manu gratis offers. Id quod equidem beneficium in memorem collocaveris. Interim quas referre non datur, verbis ago gratias, habeoque ingentes. Soliloquia prope ad finem spectant. Restat enim ultimus tantum liber. De Manilio Rivini quod scribis, gratum est. Memini & olim de Aratris mentionem ab ipso injectam. Commodam captabo occasionem, Virum non semper Musarum suarum fores patefacientem ea gratia ambiendi. Boëcleri Editio ubi prodierit, de pretio me quæso fac certiorem. De Prisciani MS*tis* aurem non vellicabo. Inspicies ea tuo commodo, nec enim præfestina res est. Salutem Cl. Tuæ adscribit plur. Dn. Zechendorffius, quam Excell*mo* Dn. M. Thomasio à me plenis faucibus annunciabis. Bene vale, Amice singulari cultu prosequende, & amoris mutui perseverantiam serva. Dabam Cygneæ 18 Aprilis 1655.

Cltis Tuæ Cultor Devotissimus
Christ. Daumius.

M. Schiltero plurimam itidem salutem adscribo.

XIIX.

S. P. & O.

Clarissime & Excellme **BOSI, Dne Fautor** *& Amice plurimum colende!*

MItto Nepotis Editiones, quas habeo à Nobiliss. Barthio annotatas. Addidi & Epistolas Cic. ad Atticum, quibus hujus vita adjungi solet, ne studia tua, cum excerpere non vacaret mihi, remorarer, & ut ipse codiculos inspicias, nec ampliora me possidere arbitreris. Notavit & aliqua ad Editionem Wechelianam cum Variorum Comm. in folio. Quæ, ne molem libri gravetur tabellarius, fideliter describam proximè. Ad Longolii Editionem nihil ferè annotavit, quod exscriptu dignum adeò esset. Quapropter operæ, nisi Tibi aliter placet, parcam. Vidi olim Nepotinarum Lectionum ejus peculiari Commentario institutarum aliquot Capita: quæ, quia fortè non absolverat, ipsum in Adversaria retulisse omninò persuasum habeo. Si quid porro posces, gratificabitur lubentissimè. De Professione Historiarum animitus T. Clarit. gratulor. Nec dubito, quin Spartam hanc eximiè ac pro dignitate sis ornaturus. Interim, ut Deus valetudinem Cl. T. Excellæ largiatur, & Vitam, prolixis votis divinum ejus Numen assidue adibimus. Silentium diutinum hoc, mea culpa fovimus, qui Tuis minime responderam; cujus nunc me pudet pigetque. Verum audi, Amice optime! Quid reponerem homo nugator, totque interturbamentis à me ipso descifcens.

scens politis & doctis tuis oculis, lectu dignum quod esset? Quid? quod occupatissimus fui non solum Tomo V. Bibl. Patrum evolvendo à D. Rivino submINistrato & Vossii Historicis ab Excell. Thomasio nostro: sed & typographicis negotiis, à quibus tandem pæne abhorreo, & quia omne otium mihi deperdunt, iis imposterum, quantum potero, me eripiam. His diebus à Grævio nostro Amsterodamo litteras habui. Is se nullas à Cl. Tua litteras, nec ipsas meas accepisse conqueritur. Zechendorffius qui Cl. T. Excam pl. salvere jubet & vetus illud FELICITER! novo Professori acclamat, podagra per octiduum & ultra nonnihil afflictus scholasticas obire operas minime potuit. Gratias pro Disp. uterque agimus. Ego verò unum adhuc exemplar pro Quæstore nostro Tacitè amante rogo. Alcorani illæ sectiones, quanti in Bibliopoliis væneant, doceri rogamus, ut & Grammatica novæ Editionis Arabica. Nihil enim de iis nobis constitit hactenus. Quæso haud gravatim indica, ubi & quando Merici Casauboni Notæ in Antoninum sint editæ? Eas diu est, cum frustra post indicium Dni. Barthii quæsivi. Bene vale & cum Fautoribus meis singulis prolixe salve. Insubidæ autem & præcipitatæ scriptioni benevolè ignosce. Dabam Cygneæ die 7. Novembr. 1655.

Clmæ Tuæ Excellæ observanter officiosus
Amicus
Christ. Daumius.

BIBLIOTHECA ANGELICA

XIX.

S. P. & O.

Clariſſ. Vir, Dne, Fautor, & Amice pl. obſervande & æſtimande!

MItto quæ Nobiliſſimus Barthius ad Wechelianam Nepotis Editionem notaverat, quanquam perpauca. Plura non reperio. Nam cætera mea manu adſcripſi ex Rutgerſii Var. Lect. aliisque ad Attici vitam. Nec in Ciceronis ad Atticum Editionibus, Aldi ſcil. Rob. Steph. Pauli Manutii, Popmæ, Gothofredi, Erneſti annotatum quid video. De Nepotinis Lectionibus neſcio an quid ſperare habeas. Nec enim Nobiliſſimus Autor ad neceſſaria reſpondet nunc, propriis Operibus debita, nedum ad ἀλλότρια. Cujus litterarum characteres vix dignoſcere poſſum. Et eum tamen puros Jambos adhuc ſcribens miror. Commodius fortè Cl. Müllerus tuus eas obtineat, cui tam facilem (nec invideo) ſe præbet is; Gronovii alioquin aliorumque plurimorum ob moroſitatem [legi Gronovii ad Reineſium litteras] aculeos non ſemel expertus. Cæterum ſi qua alia re ſtudia tua juvare potero libris (aliter enim ægre) modò ſignificaveris, non facile denegabitur, quicquid erit, Cl. Tuæ. Golium, aut Antoninum, quos inſpiciendos tam comiter polliceris, nunc petere non audeo, etſi unicè eos videre, præſertim poſteriorem, geſtiam. Doleam enim eò magis, ſi tot modis occupatus eos ſolum inſpexero, nec alicui uſui meo aliquid inde excerpam.

pam. Habes itidem Avitum Sirmondi, olim per D. Rivinum ad me missum. Is nec à Francofurtensibus jam impetrabilis est. Quare (si nec imposterum) eum aliquando Deo volente à Te, etiam Jenæ posito, per amicos Aldenburgenses, si commodior occasio non datur, otiosior petere audebo. Catalogum tamen tuum si miseris, res pergrata erit. Meis nihil hactenus adjeci, præter quod nunc mitto. Conficiam autem integrum, quantum potest, vel in tui solius gratiam. Habet secum fragmentum aliquod à te non visum Quæstor noster, nunc absens. Id si recepero, videbis proxime, forte & cum novo. Lic. Meurerus novitius scholæ nostræ Inspector Salutem Cl. Tuæ prolixè remetiens gratias agit pro missa sibi Disputatione, officiaque sua contra offert. Sed heus, quod Sigalioni dicam, is cum Consule & Ephoro nostro in vicem Zechendorffii boni nec prorsus prostrati senis alium, nescimus an aptum (Discipulum olim ejus vel qs. specimen enim aliquod nemo nostratium vidit,) surrogare moliuntur, ipso Zechendorffio non parum repugnante. Ille, quem noto, cum superioribus annis Con-Rectorem ægrotum de gradibus præcipitare functioni se intrusurus non potuerit, vires experitur, in optimo sene. Quod si fortasse hic frustra futuri sint Dni Inspectores, de meo corio negotium, metuo, agetur: Eo, quod Zechendorffium & Præceptorem agnosco, ejusque dogmata, qua proba, semper secutus tuitusque fuerim. Illi enim ob frivola nonnulla totum negotium invisum reddunt: sed hæc,

uti

uti dixi, Sigalioni. Libellum meum de Radicibus Lat. Lingvæ amissæ (cui proximè σὺν Θεῷ recensito comes dabitur Indagator Radicum cum aliis) vidistine? Tam rejiculum & exosum iis? Si vidisti, quæso candide de ipsis rebus, non destilo, aut modo tractandi: est enim adolescentior fere labor, & ob favorem typographi subitaneus, qui nunc prorsus displicet, judicium tuum, Vir eruditissime, vel secretim habendum, ne me cela, Barthii enim & Buchneri, qui Orientales Linguas non callent, censuræ mihi (quod pace eorum dixerim) non satisfaciunt, nec meis forte osoribus, etsi optimæ alioquin eæ sint: quia πάρεργα magis, quam ἔργα respexerunt, hoc est, rei cardinem, deducendi nimirum modum legitimum, & inter Analogiam usumque discrimen habendum. Illum uberius, si vivo, explicabo Indicibus meis Latinæ Lingvæ Analogicis autoritatum omnis ævi scriptorum copia roboratis, quibus adhuc dum illaboro, sed βοεώ ποδὶ res utique confit, dubitoque an tam cito expedienda sit. Ad Grævium & Gronovium scribam primo otio. Litterarum ejus ecce apographum. Titulos quod excusas, modeste facis, & gratificabor sane volenti, aliaque re officiosum potius me geram: Sed & Tua Claritas contra mihi parcet iis nimiis mihi attribuendis, qui tenuitatem meam satis superque agnosco, nec scio, qua ratione Claritatis alicujus titulum meritus fuerim. Discendi cupidum me profiteor, non ullatenus doctum, nec ex ruditate mea clarum. Philomathum Ferrarium & Schæferum an videris,

& an

& an Lipsiæ eorum sit copia, haud gravatim me docebis. Bene & ex animo vale Musarum dulce Decus, & verbositati inconditæ ignosce. Dab. Cygneæ d. 14 Nov. 1655. raptim.

Cl. Tuæ officiosissimus Cultor

C. D.

Sal. adscribit Cl. T. Dn. Zechendorffius nonnihil à morbo articulari jam liber. Pro Dispp. gratias ago habeoque magnas. Salut. Excell*mo* Thomasio, Schilteroque meo.

XX.

S. P. & O.

Clarissime BOSI, Dn. Fautor & Amice plur. colende ac honorande.

PRo Disput. missa gratias ago habeoque ingentes. Mitto alia duo catalogorum fragmenta cum duobus olim concinnatis, quorum series in forulorum Systematibus nunc innovata est, ut illi denuo ad novum ordinem reconcinnati sint. Grævii litteras remittere non habes necesse. Ideo enim apographum, ut retineres, miseram. Ernstius meus Hafniæ 1629 prodiit, appactus Septimino, quem Dictium vulgò dicunt, Merceri. Puto autem primam esse Editionem. Quæ si non est, petes proxime, & mittetur. Ferrarium, si ad unam alteramque hebdomada eo carere potes, haut gravatim mitte. Apud Excell*mum* vero Thomasium, quem plurimum salvere jubeo, me excusa, quod Vossium ejus tamdiu mecum servo. Video enim ita esse comparatum, ut ob bonarum rerum & scitu dignarum copiam ipsum librum ære mihi parare opus habeam. Interim docebis me, an

Exem-

Exemplaria tum Græcorum, tum Latinorum Hiſtoricorum Lipſia ſuppeditare mihi queat prima pecuniæ coactione illos petituro. Sin, vix erit, ut non aliquem cumulum inde per otiduum aliis omiſſis excerpam. Interim ex condicto ſchedulas apparo hinc inde inſerendas. Mamerto cum Bibl. Patrum & aliis Edd. conferendis expeditus ſum. Grande utique relictum mihi fuit Variarum ſpicilegium, neutiquam inſuper habendum; de cæteris ut nihil dicam. Reſtant Indices Rerum & Auctorum conficiendi, quos brevi, Deo volente, puto typographo dabo. De Barthianorum Adverſariorum negotio quid interea geſtum ſit, noli me celare. Bene vale Clme & Eruditiſſime BOSI, & ſi quid novi è Belgio habes viciſſim mecum communica. Dabam Cygneæ d. 21 Nov. 1655.

Cl. Tuæ cultor obſervantiſſimus

C. D.

Sal. Cl. Tuæ aſſcribit pl. Zechend. noſter, qui Scholaſticas operas proxima hebdomade redobiturum affirmat. Eâ autem vicarium Ejus introducendum nondum uxore de induſtria, Valetudini ejus tuenda, celante comperit.

XXI.

S. P. & O.

Clariſſime BOSI, Domine, Fautor & Amice plurimum honorande ac magni faciende!

IMpedimentis aſſcribes dilationem reſponſionis meæ. Spicilegium Variarum Mamerto adjiciendum non omittetur. Injurius enim eſſem non ſolum in Autorem, ſed & Editorem, ſi id agerem. Quanquam variæ lectiones non ſint

pro

pro omnium palato. Tamen ægrè iis carent, qui uti norunt, & libris destituuntur. De Vossio tempori mihi, θεῷ διδόντος, prospiciam. Excmus Thomasius noster, cui salutem plurimam asscribo, proximè per Göpnerum suum recipiet, nec ἀχαρίστως. De Supplemento Reinesii τῷ πάνυ Vossiano utinam, uti jam olim mihi constitit, ita usufructus ejus aliquis evulgatione ad nos redundasset! Catalogos meos repeto; puto enim a Cl. Tua perlustratos. Et est, qui communicationem horum rogat. Nunc alia bina accipis fragmenta. Barthius Adversaria sua nobis offert. Sed molem nescio annon abhorreat typographus, ad cujus loculos negotium istud non facit. De Ferrario videbis, quid è re tuâ sit. Si putas aliunde comparabilem esse, facile nunc ejus desiderium fero. Commendavi enim D. Scheibio Bibliopolæ, qui octiduum hoc & ulterius hic egit bonisque libris (inter eos & Manilio, de cujus ætate & Salmasius ad Florum Gevartio absentit) nos collocupletavit, negotium conciliandi eum mihi unde-unde queat. Sin difficulter me alibi eo potiturum credis, ad octiduum quæso saltem, ne occasio tam bella mihi elabatur, isto studia mea juva. Relictis enim omnibus illi dabo operam. Quod & de M. Antonino Casauboni dictum volo. Bene vale Clariss. Vir, & me, quod facis ama Tibi deditissimum. Raptim Cygneæ prid. Luciæ 1655.

Clar. Tuæ studiosissimus

C. D.

Discessus tui tempus, si ratum id habes, celare me noli.

XXII.

XXII.

S. P. & O.

Clarisſime BOSI, Domine, Fautor & Amice plurimum colende.

REmitto tandem ſatis diu retentum Ferrarium, quo ſingulari cum fructu uſus ſum, ſed non ad votum ac ſatiem. Legi enim & excerpſi multa, ſed ſaltuatim ferè, nec integrum (quod doleo) librum. Avocarunt & interturbarunt me id molientem infinities tum occupationes, tum alia, quæ dicere non eſt. Fortè liber, quia recens, Francofurto impetrabilis erit; Unde ſi ſpei reſpondebit eventus, votum meum facile explebitur. Utinam tanti Viri prodirent Electa, & reliquæ hujus partes! In Catalogis meis pertexendis non perrexi, utut maxime voluerim; fiet prima occaſione, quæ me eò impellet. Nepotes mei, ſi ſatis iis uſus non es, impetrabunt manendi ulterius ſpatium, ſi Antoninum Caſauboni miſeris, ſignificaverisque abitus tui, ſi conſtitutum ac certum habes, tempus. Bene vale Amicorum & Fautorum meorum SIDUS! Scrib. τάχισα Cygneæ die Gregorii cIↃIↃ CLVI.

Clar. T. Excellæ Cultor officioſus

C. D.

Scripſiſtine ad Grævium & num reſpondit is? Ferrarius ſpero indemnis ad Te redibit. Pro ejus communicatione gratias ago quas poſſum maximas.

XXIII.

XXIII.

S. & O.

Clme & Excellme **BOSI**, *Domine, Fautor & Amice ætatem honorande.*

PRo Programmate misso gratias agò habeoque magnas, & denuo Honoribus istis tuis Professoris omnem felicitatem ac valetudinem apprecor! Debebant etiam Musæ meæ illis Carmen, sed ego procul à Parnasso nunc negotio involutus litigioso, de iis ne hilum quidem quod cogitem, habeo. Unus enim Collegarum, si non ego, perendie Dresdam abibit, ut supernumerarii Collegæ, nescio an Gratiarum cum favore, sese ingerentis negotium, quoniam D. Zechendorfius, licet podagra nonnihil afflictus, de suo statu cedere negat, componatur. Mihi sanè vix otii est tantillum, quo istas, ut incultas, scribam. Nolui tamen inanem dimittere Tabellarium. Fortè expedient quid otiosiores. Ad vitam Agricolæ nihil comparet, præter quas mitto Barthii Notulas. Cæteris nimis puerilibus non poteris non carere æquo animo: Cui longè meliora in mundo sunt, uti ex eruditissimo Programmate perspicio. Et utinam Orationis illius tuæ etiam interfuissem Auditor, quam commendarunt adeò Amici, ut scriptam daretur legere! Ferrarium à Scheibio spero. De eo, quæ memoras lectu jucunda acciderunt. Philomathi Musas Norimbergà accepi, sed non pro voto; Et sunt, qui Augenii Momenta Poëtica, ac Masenii Argutias Poëticas & Palæstram

Eloquentiæ ligatæ majoris faciant. Bene vale, Amice Præstantissime, & hanc Spartam commodo Reip. Litterariæ, ad altiorem evehere donec, longos per annos orna. Dabam Cygneæ præfestinatim die 9 Aprilis 1656.

Clæ Tuæ Excæ Perennis Cultor

C. D.

XXIV.

Καταβύμια πάντα!

*Clarissime & Exc*me *BOSI, Domine Fautor & Amice ætatem colende.*

ET libros meos recte & M. Antoninum tuum ingenti gaudio perfusus accepi. Hic quantopere placeat pauca non enarrabunt verba. Dederam hoc negotii Scheibio, ut si Francofurti reperiret, secum adveheret, spemque impetrandi alens supersedi hactenus excerpendo aliquid, præsertim cum interea temporis ad me Dresda Bernardus Morlanensis ex Flacii Illyrici prima Editione longè emendatior posterioribus, cum ipsius Bernardi præfatione, quæ in cæteris Edd. deest, mitteretur. Spem autem meam decollavisse docuerunt postea Scheibii literæ, qui quidem se desideratos à me nonnullos libros nactum, & ad me post cæteros in ordinem redactos, missurum esse: Avïti tamen Sirmondiani, & Antonini Casauboniani, nullam sibi potiundi fuisse copiam affirmavit. Seriò igitur ut hoc agam, non potui non Cl. Exc. Tuæ significare, me ad aliquot hebdomadas, si pace Exc. Tuæ id fieri queat retenturum, descripturumque (digni-

gnitas sanè id libri suadet) quæcumque potero, si non totum. Alcimum, præter carmina, quæ cum Argentinensi Editione contuli, totum describi feci: oblitus tamen conferre Homiliam de Rogationibus. Ea propter post remissum Antoninum & illum ab Exc. T. Claritate rogabo, conferendæ, quam dixi Homiliæ gratia, & ut adhuc unum & alterum locum inspiciam, in quo fortè peccavit meus amanuensis. Interim tamen non desinam in utrosque apud Bibliopolas etiam exteros inquirere. Gronovii de sestertiis his diebus Grævius ad me misit cum ejusdem Statio, præclarum donum. Sed absque litteris, quod miror. Scholæ nostræ Extraordinarius Collega à Prodo-Synedrio Dresd. adjunctus, qui *ἀοίδαι]εον* munere se isto functurum pollicitus est. Lectiones mirè confunduntur. Quas Dn. Zechendorffius prælectionum horas, quanquam invitissimus, ei cedere jussus fuit, eæ Con-Rectori & mihi partim ab Inspectoribus sunt demandatæ, partim ipse obeundas retinuit. Rivini obitum suis & mihi immaturum lugeo. Sperabam plura ab eo, quæ misisset pridem, si plus mihi fuisset otii. O si Manilii MSti ab hæredibus posses fieri compos! sed abrumpere filum Epistolæ jubet, qui ad T. Exc. laturum promisit. Bene vale Exc*me* Bosi, & à mea tenuitate cum debita observantiâ promta Tibi officia pollicere: Dabam Cygneæ præfestinatim die 12 Maji 1656.

Clariss. T. Excellæ Cultor Devotissimus

C. D.

XXV.

S. P. & O.

Excellentissime **BOSI**, *Domine, Fautor & Amice plurimum observande!*

QUæ ex Papiniano Barthii Commentario, quem post Britonem, Deo annuente, typographus noster luci dabit publicæ ad Nepotem spectantia, obiter observata excerpsi, ea lubens nunc mitto. Si plura post occurrent, nec iis excerpendis T. Excæ deero. Marcum Antoninum, Avitum & Ferrarium Scheibius non est adeptus nunc. Attulit autem Schæfferum de Militia navali, cum aliis â me expetitis. Antonino ergò, tua comitate, uti & nuper per Studiosum Cygneum ad T. Excam scripsi, adhuc utor, & ubi descripsero describenda, salvum meo ære remittam. Bene vale, Vir clarissime, & ad nuperas meas, si accepisti, haud gravatim vel tribus responde, meisque officiolis, si utilia ea Tibi, vicissim utere. Prima occasione mittam & Catalogorum nova fragmenta. Iterum vale & festinatis hisce ignosce. Scripsi enim commodam nactus occasionem. Cygneæ die 7 Junii 1656.

Cl. T. Excellæ officiosissimus Cultor

C. D.

XXVI.

P. S. & O.

Clariss. & Excellme **BOSI**, *Domine, Fautor & Amice pl. observande, & colende.*

EXhibitor harum cum à Gudio vestro attulisset literas, vicissim ad Excam Tuam meas expetiit.

petiit. Percommoda ea occasio visa est; quia certa & propera: etsi ea propter incommoda, quod multis nunc occuper, garritusque cum novo isto amico temporis non nihil furetur. Narro igitur, ne & ab aliis avocatus forte, prorsus silere cogar, paucis, me abhinc sextiduum ad Geyerum sine literis misisse Theophilum Cælio Aureliano accompactum & Nemesium Ellebodii abs Te expetitos. Rogarem contra, nisi grave esset, & si carere ad nonnullas hebdomadas posses, Scioppii sive Grosippi Paradoxa, cujus libri desiderio fere tabesco: aut si illo uteris, ad octiduum interea saltem Avitum. Tres enim aut quatuor in illo paginæ mihi restant conferendæ olim præterviſæ. E Scioppio multa describerem, usui meis Diatribis maximo futura. Despero enim impetrationem Libri è Bibliopoliis. In Britone excuduntur jam Indices, sed βοεῖῳ ποδί. Grævium Cl. ad vos à me rediisse, arbitror. Brevior illa ejus mansio dolori sane fuit. Cujus Colloquiis nihil magis lætificum. Josephi Editionem & ipsus urgeo, qui Græco prorsus destituor. Ea tamen apud Zechendorffium, qui Cl. Excum T. plurimum salvere jubet, & pro Disputationis Exemplo illo altero mecum agit gratias, extat. De Clinicis accepi, legi quædam, legamque porro cætera cum voluptate, nec non commodo perfingenti. Scribonius Largus Rhodii illic laudatur. Ecquando is editus? Nam sola Ruellii ego utor: Bibliotheca nostra publica aliam veterem habet in 8vo. Volebam plura. Sed puer è Typographeo me-

diaſtinus plagulam Britoniani Indicis recenſendam afferens manum de tabula clamat. Optimè vale, Amicorum maximè colende, & me, quod facis, ama. Dabam Cygneæ poſtrid. KL. Sept. 1657.

Cl. T. Excæ perennis Cultor

C. D.

Num libri rectè allati ſint, doceri cupio?

XXVII.

S. P. & O.

Excellme & Clariſſ. BOSI, Domine Fautor & Amice plurimum obſervande & honorande.

AVitum Sirmondi cum literis meis arbitror rectè jam eſſe perlatum. Pro ejus communicatione denuò gratias ago ſingulares: Uti & pro Nepote tuo, qui recte exhibitus mihi eſt, & ſane perplacet, optoque ad hanc faciem plures à T. Excell. edi bonos Scriptores poſſe. Helmoldus, quem in proximis tuis à me rogas, multis aliis Scriptoribus accompactus grandi Volumine, menſibus aliquot apud Amicum in proximo oppidulo hæſit; Etſi autem avocarim, tamen inſolita prodigioſæ hujus hiemis nive præpeditus ad me redire negavit. Reverſus tamen eſt hac ipſa hebdomade. Pauca admodum inibi annotavit D. Barthius, notat autem aliquot ſe ei Hiſtorico Capita dediſſe in Tertio adverſariorum Tomo. Si placet, & ferum non erit negotium, ea omnia deſcripta ad Excam Tuam mittam.

tam. Codicem enim ipsum, quo cariturus inposterum propter appacta ægre videbor, ut tantillarum Notarum gratia in Saxoniam ad ignotum mittam, tanti vix esse existimo. Statius excudi inceptus est, & triginta quaterniones jam expediti sunt. Ad Thebaidem, in quo multa & prolixa è Græcis Scriptoribus loca in testimonium advocantur, charactere plerumque non bono Operisque mihique legibili opus est, ut recipiam Græcos meos Theophilum & Nemesium. De Scribonio Rhodii quæ doces, pergrata accidere. Utinam & de aliis, quæ rogavi lætum perciperem aliquando nuncium! Deus ter Opt. Max. bonis literis Exc*ae* T. mihique servet! Deproperabam Cygneæ d. XFebr. 1658.

Exc. T. Clar. observantiss. Cultor

C. D.

Ecce Reyheri nostri Epithalamia, in quibus in æmuli nostri insciti gratiam, & ipsus ineptire volui.

XXIIX.

S. P. & O.

*Cl*me *& Excell*me *BOSI, Dn. Fautor & Amice pl. observande & venerande!*

QUas Lipsiam ad Dn. Parentem tuum destinavi meas, una cum Notulis ad Helmoldum, sive quemadmodum alii, ut Cujacius 8 Observ. 14 vocant Helmodum rectè jam Tibi autumo redditas. Nunc ad nuperrimas paucis respondeo. Capita ex Adversariis Barthii illa ipsa exhibere descripta non possum. Deseritur enim à prelis Papinius, & ego unà à Barthio,

thio, qui intra hunc menſem ad me litteras nullas dedit, etſi per alios perrectionem Operarum nimiopere urſerit. Promiſerat Adverſaria, & credo jam manibus tenerem niſi ſubleſta fide egiſſet typographus: qui culpam tamen omnem in Scheibianos rejicit, promiſſum æs minimè præſtantes. Novi Operis Biblici in Anglia excudi cœpti ſpecimen videre aveo, ſimulque Programma illud. Quod ſi ad me miſeris, non parvo beneficio affectus mox remittam. De Æmulo, qui ſedem, honores hos conſecutus, firmiorem apud nos figere videtur, ſilebimus. Forte enim unde damnum parat, inde ſalutem gignit, ut Mantuani illa uſurpem. Et Geyeri parens in Fautoribus ejus principe fere loco eſt. Gratias potius Veſtro Æſculapio, Viro ut mira doctrina, experientia & meritis maximis ſtupendo, ita Academiæ veſtræ Medicorumque omnium æterno decori, ago ego ſummas, quod denuo ignotum me immeritumque Elogio ſuo tam benigno cohoneſtare non dubitaverit, omnemque ipſi proſperitatem vivacitatemque vegetam ex animo opto precorque! Scioppii Paradoxa, ne ad me mittere neceſſe habeas, ipſusque carens, ſi ſit, qui deſcribat, ita tamen ut paginæ excuſo exemplo reſpondeant, nulli parcam æri, quo voto meo compotiar, quicquid pretii ille, qui à manu futurus, poſcet, libenter erogaturus. B. vale & mihi favere perge Litterarum & meum Decus. Dab. Cygneæ d. 14 Martii 1658.

Clmæ T. Excellæ ab omni officio & ſtudio

Chriſt. Daumius.

XXIX.

XXIX.

Εὐπράττειν καὶ ὑγιαίνειν.

Excellme & Clariſſ. BOSI, Domine Fautor & Amice πολλῶν ἀντάξιε ἄλλων.

GEminas tuas literas recte accepi. Remitto ſpecimen Operis Anglicani ad me miſſum. De eo quid agatur, & num inceptum ſit, aveo reſcire. Programma de charactere univerſali non vidi adjunctum: aut non rectè percepi tuam mentem. Certiora itaque etiamnum expecto. Præter chartas enim iſtas, quas nunc remitto, nullas accepi. Gratias autem pro communicatione ago longe maximas, & in tali genere, ſi quid erit, officia mea ſpondeo reciproca. Schoppii illa quæ deſideras, commodo tempore non denegabo; licet iis ad meos Lat. Linguæ Indices, ad quos univerſam pæne meam Bibliothecam, ut commodatos taceam libros, adhibeo ipſe ſatis uſus nondum ſim. Publicum enim facit ſubſeciva mea ſtudia ἀλλοπρόσαλλα, utut aliter velim. Quare procedit tardius, quicquid molior. In tui autem gratiam ad id tempus alius facile occupabit me labor. Varro merus Textus eſt, tantum recenſitus, nihil Scholiorum additum gerens. Nec multis adeò notis interſpergitur Symmachus: Etſi textus longe Juretiano auctior emendatiorque eſt, quem expreſſit ſua editione Pareus, niſi typographi officio ſuo defuerunt. Ei appacta ſunt varia: Apicius nempe Humelbergii, Caſaubonus in Apul. Apologiam, Manes Putſchii & Rhodomanni. Priapeiabis

iabis habebam; accepit unum exemplum à me Lic. Götsius, cognatus meus: à quo ego Vossium in Fragm. Tragicorum, & Senecam Scriverii: Alterum de Arte Critica exemplum M. Thönnikerus, meus olim discipulus, nactus est. Grammaticam ejus Grævius excusam promisit: qui apud me reliquit Sanctii Minervam, jam descriptam sed nondum relectam. Ejus literas desideratissime exspecto. Audio Magnif. Dn. D. Rolfinckium Græco Rufo Ephesio potitum: utinam & par fors me bearet: aut ad unum & alterum mensem tali liceret uti: Certe vel mea describerem manu. Utinam meorum librorum integer confectus esset catalogus, & tuorum oculis usurparetur. In Statio Barthiano spero typographum proxime perrecturum: bene vale Excell*me* Vir, meumque Amorem, quod facis, perseverа. Dabam Cygneæ raptim die 13 April. 1658.

Clariss. Tuæ Excell. ab omni officio & fide

Christ. Daumius.

XXX.

Sal. & Offic. paratissima.

*Amplissime atque Excell*me *Vir, Dn. Fautor & Amice æternum colende & honorande!*

OCcasione hac subita non potui non brevibus moras dilatæ scriptionis meæ excusare, quas tum infinitæ occupationes, tum vale-

valetudo non ex voto firma peperierunt, ne quid dicam de tabellariorum ad vos commeantium raritate. Memini autem me debere adhuc gratias pro tam benevole commodato mihi Labbæo, Codice sane tum temporis viarum tantum non injuriis expositio, nisi matura T. Excellæ sollicitudo periculo imminenti obstitisset. Monitus enim ego vectorem illum compellavi, qui culpam neglectæ missionis in suos transtulit. Gratias ergò etiamnum ago habeoque Excell. Tuæ tantas, quas possum maximas, & indico simul, me non hujus Labbæi Codicem, qui tamen & sic acceptissimus fuit, sed Novam ejus Bibliothecam, quam à Domino Malspergero suo habet Amplissimus Excellæ Tua rogasse. Quo si adhuc beer ad unam alteramque hebdomada, esset cur denuò A. T. Excæ magis magisque devincirer, felicitatique meæ gratularer amplius Zechendorffio nostro, cujus beatum obitum, nisi fama (quod credibile) jam prænunciavit, intimabunt hic nostræ festinatissimæ Threnodiæ. Quibus si Fautorum ejus, qui vestrum Pindum colunt, Chorus accedat, quod moëstissima honorificè orat vidua, suas miserias suumque luctum non parum hac vestra condolentia solabitur. Quam certè nobis, Concionem funebrem publici juris facturis non solum ab Amplissimus T. Excellæ & Excell. Dn. Frischmuthio, sed & à Per. Rev. & Excellmo Domino D. Gerhardo, à vidua τῦ μακαρίτυ meque decenter-officiosè salutandis, ut & aliis, qui apud vos Zechendorffiano Nomini cupierunt,

pol-

pollicemur. Deus ter Opt. Max. largiatur scholæ nostræ, (quod oramus-vovemus) successorem Zechendorffio dignum, paremque, si non superiorem. Bene vale, Vir πμαλφέςατε, & porrò fave Dab. Cygneæ prid. Kal. Martii 1662.

Ampliss. Tuæ Excellæ perenni Cultori

Christ. Daumio.

Ecquid agit Genesius?
Quid Josephus?
Scioppianam Grammaticam & Paradoxa interea nactus sum.

CHRISTIANI DAUMI
PARS II.
EPISTOL. PHILOLOG. CRITIC.
AD
VIRUM CLARISSIMUM
JOHANNEM GEBHARDUM,
Prof. & Bibliothec. Vratislav. ad D. Elisabeth. meritissimum.

I.

Salutem, Officia, Amorem.

Occasio ad Tuas, Vir Cl. Excellq; Fautor & Amice plur. honorande, mihi perquam acceptas, respondendi, etsi subita & inexspectata, commodissima tamen, prætermittenda temere non fuit. Harum enim exhibitor Vratislavienſis, civis nunc noster, cum ad vos abiturus his diebus diceretur, à me heri compellatus, si quid vellem sibi committere, optima se curaturum fide promisit. Gavisus igitur hac opportunitate, pro tuis eruditissimis Musis, cum, quod reponerem, nihil aliud ad manum esset, Catonem Opitianum à me rogatu tum Typographi, tum Bibliopolæ interpolatum εὐχαρίστως mitto. Ignoscant autem mihi manes Germaniæ nostræ Vatum Teutonorum Principis, si ejus purpuræ hic pannus inscite assutus est. Post multas enim tergiversationes tandem mihi hunc extorserunt prædicti Librorum promotores omne Editionis periculum in se recipientes. De Alani vestra Editione, si maturiùs resciviſſem, lubentius contulissem in communi, quæ in mea erant potestate. Præsertim cum tum temporis paullò ma-

jore

jore, quam nunc abundarem otio. Habeo enim Editionem Parabolarum Lipsiæ per Melch. Cotterum An. 1502 in 4to. & 1507 apud eundem, cum Scholiis, utramque, qualia tempora ferebant, excusam. Et Jod. Badii Ascensii in eas Commentaria Lugduni 1492. in 4to majore edita, libellumque duodecimum Sylvarum Moralium (ita inscripsit Commentationes suas, in Virgilii, Horatii, Persii, Juvenalis, Mantuani, Sulpitii nonnulla, ut & integra Catonis Disticha, & Alani Parabolas) constituentia. Præterea possideo Alani Opera Moralia Parenetica, & Polemica, quæ reperiri potuerunt à Carolo de Visch Antwerpiæ 1654 in folio evulgata, qui præter MS. parabolarum Editiones nominat Daventriensem, 1492 Lugdunensem, cum Commentariis 1501 in parvo folio, Lipsiensem 1516 in 4to, sed sine Commentariis, Parisiensem 1536. in 16. in rhythmos gallicos translatam, & commentariis moralibus ejusdem idiomatis proditam. De cæteris *Universalis ejus Doctoris*, ut appellatus fuit, scriptis habeo Anti Claudiani Basileensem manu Hier. Wolffii alicubi emendatam, Antwerpiensem Trogurisii, manu Barthii passim illustratam. De planctu Naturæ Membranaceum illum Codicem, qui olim P. Scriverii fuit, etsi non parum mendose descriptum, talem tamen, ut Vischianam Editionem longe vitiosiorem multis in locis juvare possit, quem & D. Reinesius & D. Rivinus, cum quibus communem feci, aliquot locis, tum emendarunt, tum illustrarunt. Ejusdem Alani Distinctiones Theologi-

logicæ (*Oculum sacræ Scripturæ* alii vocant) exstant in Bibliotheca nostra publica, antiquis libris non paucis referta, cui ego præfectus sum, anno & loco Editionis non nominato, in magno folio, ante 200 hos annos typis rudibus promulgatæ. In qua Bibliotheca & Colonienſis Parabolarum, & alia ἄτοπα cum Germanica interpretatione Editio asservatur. Nigelliz Whirskeri (de quo Baleus in Cent. Angl. & Flacius Catalog. Test. Ver. consulendi) Brunellum ex veteri Editione itidem custodit prædicta Bibliotheca nostra, & ego Francofurtenſem Anni 1602 in 8vo habeo: è quarum collatione nupera Vigilli titulo non parum emendari queat, si quis eam impendere velit operam. MStos membraneos, præter Plauti sex Comœdias, Lucanum, Horatii nonnulla, Juvenalem, Persium, Priscianum valde vetustum, Juvencum, Aratorem, Gallerum, Matth. Vindocinenſem, teneo etiam Petri de Riga Auroram, ἀνέκδοτον, quam in superioribus Catalogis, nescio an apud vos edi promissam memini. Hæc eo fine fusius refero, ut videas, non prorsus nihil esse nobis opis ad juvanda humaniora studia, modò Fautores & æstimatores non deessent. Et qui Bibliothecarii sumus, libenter de libris narramus, ut de ventis navita. In vestra Rhedigeriana animadverto esse Prudentii MS*tum*, unde de nonnullis locis dubiis admodum fieri vellem certior. In Psychomachia v. 53. legitur in *Augustana* Edit. 1505. Hoc habe, & exclamat. Lego: Hoc habe exclamat. In Apoth. v. 734. Weitz. sola pendulus. Forte Sala pendu-

lus.

lus. Hic Avienus perieg. 388. in Apoth. v. 660. Jam noſtrum vagire ſibi. Nam puſio nondum Norat. Forte, tam puſio. Hym. 13. (al. 8.) periſt. de loco, ubi Martyres paſſi, abeſt à nonnullis tertius Verſus. An & in noſtro MS*to*? De his, amabo, doce, ſi per otium licebit, quæ veſtri Codicis ſit Lectio. Eſſent plura, ſed nolo tibi, Vir CL*me*, moleſtus eſſe. Archillæum Hantwillenſis ab Aſcenſio editum, Henricum Samarienſem, vulgo pauperem, Ganfredi Poëtriam, cujus initium: Papa ſtupor mundi, per multos annos quæſivi fruſtra, ut & Mar. Victorem Maſſilienſem è Morellii interpolata Editione, quorum ultimum tamen tandem à Nobiliſſ. Nic. Heinſio, interprete Grævio meo impetravi. An & horum quid apud vos exſtat? Hactenus me occuparunt Indices in Statium Barthianum, quos tandem expedivi ego, ſed nondum Typographi lentitudo. Et gaudeo ſanè me onere, quod tot annos me preſſit, levatum. Accedam poſt, ſi Deus volet, & valetudo inconſtans permittet, ad alia alacrius. Palponiſtam multis in locis repexui Notisque infinities auxi. Si faveret Typographus & otium eſſet, adderem Bernard. Morlanenſem è prima optimaque Flacii Editione, cum Notis Barthianis, quas Chytræanæ Editionis marginibus adſcripſit. Digeſſi præterea Latinam Linguam in Indices Analogicos, autoritatibus & exemplis additis. Sed nondum ultimam recepit manum illud opus, & infinita adhuc quæ in ſchedis obſervata jacent, ſunt inſerenda; nonnulli etiam Autores adhuc legendi, aut repeten-

di. Alia taceo. Dubito enim, ut tempora & homines sunt, an & illis gratia aliqua sit futura. CL. Dn. Mühlphortium Lipsiæ superioribus annis compellatum amanter à me salvere jubebis. *Vestratis olim Poëtæ Celeberrimi, Casp. Cunradi, opuscula puer adhuc in deliciis habui: puto autem me non vidisse omnia, quæ edidit. Quæso haud gravatim doce quo anno obierit, quot Epigrammatum Centurias publicarit, & num ei filius sit superstes, aut qui hæredes ejus fuerint.* Sciscitatus id sum aliquando ab amico ejus Dn. D. Joan. Petro Lotichio, verum ille id indicare prætermisit. Fasciculum tuum ad Consulem nostrum D. Gebhardum curavi, sed responsi nondum quid tuli. Infortunatus fui, cum eum aliquoties hactenus frustra quæsivi. Habitamus dissitissimi, & quas ego horas vacuas habeo, illis maximè est occupatus, nec meæ occupationes, brevibus his diebus spissæ, Virum compellare permiserunt crebrius. Quod tamen sepositis aliis feciſſem, si de hac scribendi opportunitate quicquam maturius mihi constitisset. Nunc abitus γραμματοδήκτᾳ urget: Faxo autem responsum proxima habeas occasione. Quanquam, ut paucis in aurem dicam, in Pragmaticis ille totus est, & mitiorum Musarum raram aut nullam curam amplius gerit, quas, meus in patria συσχολαστὴς olim cum esset, non plane aspernabatur. Sed alia ætas, alii mores. Non tamen arbitror tam inhumanum, ut responsum sit dedignaturus. Qua fiducia fasciculum ad eum curabam. Mea Poësis non multum lucri fecit, quapropter & culta mihi fuit remissius. Meis

sum-

sumptibus maxima meorum quæ edidi pars lucem vidit. Quæ res an accendere queat animum per se satis ad hæc sacra frigidum? Sed desinendum est nugarum. Tu Vir Cl. & Excell. jejunas has meas & impolitas amicitiæ tuæ pararias noli insuper habere: Sed me favoris atque amoris tui Zephyro afflare perge mutua facturum. B. Vale! Dabam Cygneæ d. 10 Febr. 1665.

Clariss. T. Excell.

Studiosiss. & Observantiss. Cultor

Christ. Daumius.

II.

Sal. & Officia.

ETsi, ex quo Tuas Vir Cl*me* Fautor & Amice pl. honorande, accepi, spatii ad prolixè respondendum satis habuerim; tamen dum nescio qua infelicitate multimodis hactenus impeditus, & ad alia aversus, diem ex die traho, nunc in angustias temporis angustissimas, præter spem & opinionem, redactus, vix paucula & subita hæc responsi loco pono. Gratias ago ingentes pro à Te mihi missis omnibus & singulis mihi longe acceptissimis: quibus quid contra offerrem, diu quæsivi & dubius hæsi. Convasavi tamen, cum nihil aliud nunc in promptu esset, paucula, quæ vides, interque illa Vertumnum meum, unius alteriusque mensis immaturum fœtum sive abortum potius, è libraria suppellectile Discipuli non ita pridem defuncti receptum, quum exempli alius copia prorsus nulla aliunde fieret. Tu

Virhonoratissime, χάλκεα hæc ἀντὶ χρυσέων non averſaberis, ſed usquedum meliora tempus ſuppeditabit πῶς παρῆσι τέρψεις. Rectori Veſtro Exc. & Venerabiliſſimo, ob Senium & Merita, & Nomine diu mihi notiſſimo, cui Sal. & Obſervantiam à me nuncupabis, hanc ætatem & ſoſpitatem animitus gratulor; Deum Ter Opt. Max. veneratus, ut utramque in plures adhuc annos usq; in placidiſſimi Senii Exodium clementiſſime conſervet. Illius, quem innuis Tractatus, utinam ſeculo ne invideat conſpectum fructumque! De Aurora Petri Rigenſis, quæſo doce me, quodnam veſtri Codicis initium ſit. Meæ Membranæ Prologum ita incipiunt: Frequens Sodalium meorum petitio, cum quibus converſando *florem infantiæ exegi, ut Librum Geneſeos* Stylo metrico depingerem, & inde (*Æg. & ut inde*) aliquas Allegorias elicerem, inſtanter perſuaſit &c. MStum ab Ægidio interpolatum, quod Lipſiæ in Paulina habetur, legit: florem ætatis meæ in Francia peregi, ut librum Pentateuchum Moyſi ſtylo m. Liber ipſe incipit: Primo facta die duo cœlum, terra leguntur. Ægidiana interpolatio poſt Præfationem: Scire cupis Lector &c. quam ad Britonem Barthius attulit, ſic incipit: Initium Mundi quales ab origine prima. Idem initium (quod miror) eſt apud Trithemium de Script. Eccl. & Sixtum Senenſem. Deinde ſcire cupio, num & habeat Proverbia Salomonis, quæ Albertus ab Æyb in Margarita ſau laudat. Ea ſane à meo & Ægidiano Codice abſunt. Hiobini, Canticum Canticorum, Threnos Jeremiæ, Actus

Apo-

Apostolorum ex Ægidiano supplevi. Iis enim meus Codex caret. Nec habeo vitam Crispini & Crispiniani, quam Jacobus Gaudensis Magdalius laudat. Pro locis in Prudentio indicatis gratificationem tuam gratissimam habeo. Unum & alterum adhuc rogo. Præfatio Peristephanôn in Weiziana Editione; Immolat Deo Patri, ab aliis, ut Aldo, Enchiridio præponitur. Et ultimus versus: Quo regente vivimus, videtur superfluus utut asseratur è Bartsio. Quibusnam favet vester Codex? In passione Cassiani v. 50. legunt Heinsius & Gronovius: curva & humens pagina. An ita & vestrum Exemplar? In Hamartig. v. 666 opere instaurare. Ubi MSti, nonnulli opere restaurare secundâ Syllabâ abundanti. Quid si ibi *staurare* legamus voce etiam Boccatio usurpata? Sed quomodo jacet in vestris membranis? Erant alia, sed nunc producere vetor. Statiani Indices, etsi cum σφαλμάτων annotamentis Typographo à me traditi sint, hactenus tamen ille insubidus homo neglexit, sumptis meis aliorumque ingratiis maximis in manum aliis, quæ præsenti futura lucro sibi speravit. Omninò malè habet me inepti, nequid dicam deterius, hominis, & famæ & lucro pinguiori, utut toties blandis & duris verbis admonitione facta, male consulentis. Indices mei LL. Analogici non negligentur imposterum. Ast est opus hominis otio admodum abundantis, & vix ac ne vix quidem unius, quo ego solus cum caream, tam lento pede illi incedunt. Video a. & habeo infinita adhuc inferenda, si ad eam for-

formam, quam intendo, opus sit processurum. Et opus præterea est non uno Amanuense, rogo, fido, ac opto, qui ad typos munditer describat. Cl. Dn. Mühlpfortii Carmina admiratus sum, & doleo ita latuisse eum, cum unà essemus Lipsiæ. Sane si satis cognitus mihi fuisset, majoribus illum officiis mihi divinxissem. Ei, quæ adjunxi haud gravatim exhibebis, ut & quæ Amplissimo V. Dn. Cunrado inscripsi, quamvis itidem ut hæc satis deproperata. Sunt enim plures his nundinis Epistolæ curandæ, ad alios scribendæ, & ὀδονταλγία me mirum in modum vexat. Finio igitur B. Vale GEBHARDE pl. honorande, & me quod facis ama, nec tuarum Musarum me porro exsortem esse sine. Dabam Cygneæ die 18 Maji 1665.

Clariss. T. Excell.

Cultor deditissimus
Christ. Daumius.

Inscriptiones literarum si quæ peccant, excusa me comiter, & mone. Heri nactus sum Norinbergâ ex Italia missum novum & quidem satis prolixum Petronii Fragmentum modò Genuinum. Patavii id excusum est 1663. quinque octernionibus. Consul noster podagra extremis modis laborat, ita ut nonnulli de salute ejus desperent, nec quenquam ad se visentem admittit.

III.

Salutem & Officia!

AD gratissimas Tuas, Vir Clarissime, Fautor & Amice pl. honorande & colende, rescripsissem citius, si per molestissimam Bartsiani Operis Expeditionem, & mille alia intercurrentia impedimenta licuisset. Heri tandem Dei ope

(cui

(cui Laus dicta sit) absolvimus Indices cum præfixo Titulo, satis properato. Cujus exemplum eccum Tibi. Totum opus, quod quæris, à Göpnero divenditur tribus Thaleris. Quî placiturum sit doctis, & eo uti valentibus, aveo rescisçere. Ego in sinu gaudeo, me tam diuturna molestia liberatum, anheloque ad hactenus derelictas rursus redire Musas. Pro enotato initio Vestri *Rigæ* gratias ago ingentes: stupui & miratus sum tantam Exemplarium discrepantiam: Quippe Autoris in omnibus penè superiorum temporum Scholis versatissimi tritissimique, cui nunc ne Nomen quidem satis notum ipsius tenuitas & longè meliorum Poëtarum successio reliquit. Meus membraneus Codex ipsius Rigæ est interpolatus. Initium ejus nuper significavi. In carmine cujus initium: Scire cujus Lector (quod & Barthius è mea communicatione ad Britonium pag. 755. edidit,) legitur versu XI.

Alter acu *stipica* distinctis versibus unum
Censuit in corpus atque *revixit* opus.

Scire velim an vester Codex variet hic & quî notatas voces representet. Illa Carmina: Stringere pauca libet. Et: Nil homini melius, neque in meo Exemplari, neque in Ægidiano Bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis adsunt. Optarim, si fieri possit, ut meo ære, vel Genesin, vel particulam saltem ejus, secundum vestrum Codicem à puero aliquo descriptum habeam. Mitto nunc Lamentationem Jeremiæ, & aliquas paginas ex Hirto, manu alicubi Dn. And. Rivini notatas, in quibus quæ asteriscо notavi, lacunas potissimum, si expleres per oti-

um, rem certè gratam mihi faceres. Nolui plura addere nunc, ne Te satis alioquin obrutum molestia majore afficerem. Recapitulationem ex Ægidiano descripsi, eodem initio: Nam à meo Codice abest. Ad Prudentium emaculandum promittunt mihi Grævius meus Salmasiana è veterrimis Codicibus excerpta, & Heinsius eodem interprete à se observata, ut ex Græviana-rum litterarum subitario Apographo, quod unà mittere placuit, amplius vides. Quod si hi promissis stant, nec de vestro adjumento desperabimus. Amplissimo Vestro CUNRADO Sal. plur. & ὑγίειαν propitiam, uti & Excell. Dn. Rectori & Præstantissimo Dn. Mühlpfortio, cui Titulum Alani, qui nupero fasciculo exciderat, exhibebis. Fessus sanè adhuc Indicibus Statianis longe molestissimo Opere & tempore exclusus nunc non scribo. Scribam autem prima occasione. Ad vestra donaria quod nunc reponam nihil paret. Etsi enim diversa scripserim Carmina, typis tamen nulla sunt excusa. In posterum otium nactus magis in scribendo ero diligentior. B. v. & quod rogo gratificari haud gravare. Dabam præfestinatim Cygneæ KL. Octobr. 1665.

Clariss. T. Excell.

Studiosissimus
Christiansu Daumius.

IV.

S. P. & Officia paratissima.

CLme Vir, Fautor & Amice planè singularis! Superiores meas puto te recte recepisse;

Mitto

Mitto hic ad Ampliſſ. Dn. Cunradum cum faſciculo literas, cujus faſciculum interea accepi, ob incredibiles avocationes valde feſtinatas. Non bene ſuperiore menſe valui, morbo neſcio quo, Colicæ paſſioni non abſimili per biduum lecto affixus & aliquot deinde dies ob languorem domi cohibitus. Quo vix per Dei gratiam abspulſo, ad me deferebantur Membranæ Manilii cum Edito conferendæ, quas fruſtra antea exſpectatas nunc præter ſpem obtinui. Accedebant alia ante has nundinas adhuc neceſſario expedienda; Quapropter & Dn. Mühlpfortius cui ſalutem & ἐυετηρίαν à me apprecaberis, excuſatum me ſilentii habebit. Alaniana, quæ deſcripta jam miſſurus eram, nondum contuli. Dabo proxima σὺν θεῷ occaſione eò largiores. Interea Valete omnes & ſinguli: Annate & Perannate feliciſſimè. Dabam Cygneæ præfeſtinatim d. 28 Dec. 1665.

Clmæ Tuæ Excellæ

Addictiſſimus
Chriſtian. Daumius.
Sch. ib. R.

Novi nunc nihil, forte Deo volente proxima vice.

V.

S. P. & O.

OCcaſionem hanc, quanquam à nupera brachii dextri invaletudine nondum firmus, prætermittere tamen nolui, mi Clme, & Excellme GEBHARDE! Gratias ergo ago pro gratificatione tam prompta ac benevola, quâ tu me illis ex Po. Rigenſi fragmentis ſive

initio exhilarasti. Mitto tibi Geneseos initium, quod si fortè contuleris variantiam Chirographi vestri, minimè mè celabis. Addidi & Susannæ Historiam. Video meum Codicem esse ex prima Editione Rigæ: Paulinum Lipsiensem ex secunda recognitione, sed ab Ægidio facta. Vestrum vero Codicem, ex 3 Editione novi illius Interpretatoris esse. Fortè & nonnulla ab ipso Auctore, non ab aliis in alieno opere ingeniosis, unde tanta discrepantia est. Sequentur autem θεῦ διδόντος sequentia per partes. Quæ enim ex Ægidiano excerpsi, Schedis inscripta Membranaceo Codici suis locis interserui, daboque operam, ut sicuti hîc vides, reliqua sic pergantur, & totus Riga descriptus & collatus habeatur. Alioqui integrum Opus ad Te misissem. Vester a. Codex cum plura habeat quam meus, inutiliter meum mittam. A L A N I initium Dno Mühlpfortio cum Sal. officiosa offeres, ad quem nec dum ut scripserim otium fuit, qui hæc jam vix potui. Bis enim lectulo affixus à lectione, scriptioneque amotus fui. Succreverunt deinde negotia, ut quid primum quid deinde expedirem, vix subierit. Excusabit igitur nunc me. Pergam a. hoc modo, si sic ipsi placebit. Prologum Actuum Apostolicorum Rigensis (brevis est) velim ex vestro habere Codice. Ego Superiore Decembri Manilium cum bonis Membranis contuli, & non pauca observavi non negligenda, sed aliquando in ordinem digerenda, & variis meis σὺν τῷ θεῷ inserenda. Temporis etiam aliquid dedi Bibliothecæ Patrum Colonienſi

evolvendæ, quam recens à Bartsio-Rivini Bibliotheca redemi. Quod ἀνηδώρεσ vicem tibi mittam, nunc nihil paret. Fortè brevi si non renuet Typographus, aliquod ad typos opusculum adornabo. Vestro Excellmo Rectori, uti & Dn. Conrado, quem meas spero accepisse, Sal. plur. à me nunciabis. Vestro τῶν ἐν ἁγίοις Webero parentavit nuper Lipsiæ D. Langius, qui Programma ad me misit. Ipsam Orationem ubi excusa fuerit, spero me itidem habiturum. Baptistæ Mantuani & Fausti Andrelini, an quæ scripta vestræ Rhedigerianæ insint, & ubi quandoque excusa, ac qua forma, quæso haud gravatim aperi. Grævius nondum ad binas meas rescripsit. Et ego occasionem ob raram rarius pariter scribo. Videbo tn. an Francof. hac panegyri aliquid possit in Belgium mitti, modò id non brachii nondum commodus usus prohibeat. Hæc enim vix per intervalla possum. Subjiciam illi tum illud de Laubani Hesiodo, cujus in Homerum Analyticas tabulas nondum. Nescio an Tu? Hæc hac vice. Deus valetudinem mihi tibique conservet integram, ut bonis literis & juventuti vacare possimus uterque, si ipsius Clementiæ visum diutius. B. vale Vir Celeberrime, & me amare perseverа. Dab. Cygn. d. 3 Martii 1666.

Clariss. T. Exc.

Perenni-Cultor

Christianus Daumius,
Schol. Cygn. Rect.

S. P. & O.

VI.

S. P. & O.

INgentes Tibi debeo gratias Excell. GEBHARDE pro Tuo tam pertinaci gratificandi mihi ſtudio. Qui vero referam, equidem neſcio? Variis ægritudinum obſtaculis hactenus à propoſito meo non uno retractus ſum, invitiſſime ſane. Sed quis contra fata! Mitto paucula è Rigæ Geneſi, ne te meque onerem alioquin ſatis occupatos. Dabo, ſi vivo, operam, ut integrum ab Ægidio interpolatum Opus deſcribatur, quod diſperſum per ſchedas habeo, ne quid mihi pereat & ut de eô agi tum poſſit, quod ſit è re Seculi literati. At quid de puro tuo Jambo tam eleganti tam docto dicam? Sanè obſtupui, Te, quæ Mühlpfortio tuo debetur opera, quamque in ſe Vir doctiſſimus pridem recepit, eam in me transferre, difficilius, cum vetus illa Lipſienſis Editio deſit mihi, curandam. Ei iterum particulam mitto ſcripturus proximè, cum nunc ita negotiis cingar, diſtringarque ut vix reſpirare queam. Eſt hodie Carmen in noſtri Ephori Natalem conſcribendum, quod ut jam video centies interturbabitur, antequam ad finem perducetur. Hinc quid boni progignitur, cum Spiritus toties interſtinguuntur? Vides ex tenui hac Oda Germanica, quam addidi, quam infacundus, quam inelegans ſim Poëta, ſi talis! Nec tamen denegandum erat noſtro Ephoro, etſi deproperatum ſatis hoc officium, & diu intermiſſum; quippe qui intra Novennium vix decem

cem Teutonicos scripsi versiculos. Quare serena fronte aspicies saltem, si non leges, & alterum Exemplum Dn. Mühlpfortio tradi curabis. Potiora veliem, sed nunc non possum. De Mantuano & Andrelino quod injeceram, docere, modo vacet, ne denega. B. vale & brevitatis ac festinationis me excusa. Dab. Cyneæ 4 Non. Maji 1666.

Clariss. T. Excell.

Addictissimus

Christianus Daumius.

Accepi aliquando à Barthio involucri loco pagellam ad Christoph. Colerum vestrum scriptorum Carminum & Epistolarum, nisi fallor quarta & ultima est. Incipit à fine Carminis à Joh. Gruter. scripti: Sèquuntur Seusii, Virdungi, Berneggeri, Buchneri, Mochingeri, Weitzii literæ & Carmina! Illud Gruteri ante omnia vellem habere posse integrum. Quodsi scrinia tua id asservant, autaliunde adipisci potes, quæso cura mihi describendum. Vicariam reddam gratiam, si qua in re Tibi usus mea est opera.

VII.

Salutem & Officia paratissima,

cum εὐετηρίας voto amplissimo.

AMplissimâ redundo lætitiâ, quoties video epistolari officio meo honorem parilem minus denegari, Cl. GEBHARDE, Fautor & Amice admodum honorande! Ideoque fas non est torpere meum Studium, quod favor tuus adeò excitat, utut varietas infinitorum avocaminum insidias struat meæ diligentiæ: quæ sane superiorem rescribendi opportunitatem invitum prætermittere me fecit, nec tamen quo minus nunc officio meo adsim, inhibere potuit.

Gra-

Gratias itaque pro præstito beneficio tuo ago, habeoque ingentes, & tua benignitate amplius abutor, dum in Riga & Prudentio per occasionem operam tuam mihi præstandam ulterius urgeo. Super Alano exspecto indies Cl. Mühlpfortii literas, quas tamen à Chriragrico (quem illubens intellexi) poscere amplius verecundor, ideoque Salute & omnis prosperitatis incrementis per Te Ei nuncupandis vovendisque acquiescit contentus nunc stylus meus. Quanquam & Ethico-Politicæ illæ notæ à tanto Viro eum Autorem dedeceant. Nam quotusquisque Symbolam nostram Critico-Philologicam, si adjiciamus curet? Odam meam à somnolento conscriptam Tibi probari admodum miratus sum, quam initio hærebam an mitterem? Vix viginti per omnem ætatem meam Germanica scripsi Carmina adeò aliis abreptus fui; eamque ob causam nihil nunc illubentius aggredior. Otio destituor, quo me in familiaritatem Germanorum Vatum intimem. Tametsi uti datur ejusmodi Clarorum Virorum fœtus cupide volvo revolvoque. Id tamen fit rarius. Amplissimorum Virorum & Danielis Cunradi nescio an quid viderim? Certe id memoriam meam fugit. Quare eorum Poësis mihi prorsus ignota est, ut ferè & nomina. Si tuo beneficio specimine aliquo, aut saltem indicio, ubi iis commode potiar, frui liceret, res admodum grata accideret; Nil tamen extra commodum tuum sollicito. Pro Exscripto Gruteriano illo Epigrammate & indicio Scriptorum Mantuani Te amo, ut qui maxime.

me. At quid ego Tibi contra? Hujus & Bononiensem Anni 1502. (scripsisti 1520, forte calamo aberrante, quod tamen penitius cognoscere aveo) & Parisinam quorundam Operum 1507. Quanquam & Tertium Tomum omnium Operum Editionis Parisinæ 1513 in folio. Et Antwerpiensem Anni 1576. quæ Francofurdiensem An. 1573. (nec tamen ejus anni, nisi solis titulis tam vorsis quam prorsis operibus) per singulos Tomos adduxit. Unde & hodie rarissima est, nimirum propter incendium eo anno Antwerpiæ exortum, quod omnia fere ibi adhuc restantia Exempla sustulit absumpsitque. Indago hinc inde veteriores Editiones; sed nuspiam favente Deliâ. Superioribus tuis injeceras mentionem Amplissi. Viri Sam. Clasii, qui Philelfum evulgaverit. Quis quæso is Philelfi Liber, ubi & quando editus? An sunt omnia ejus Scriptoris opera? Nam & ejus non pauca ex vett. Editionibus habeo, sed non omnia. Id avidè rescire expecto. Nostri Typographi, nisi ego nummos conferam, aliquid mei excudere tergiversantur, quod ab ære ad sumptus faciendos sint imparatissimi; Quapropter & meis mora aliqua indicitur: quam tamen ut tollam quantocius, si vivam, allaborabo. Seni Vestro maxime Venerabili, magno MAJORI Salutem & cum felicis novi anni voto μακροημέρευσιν! Cui pro acceptissima sui Icone quod reponam, præter unicam hanc meam Oden, cujus & pro Cl. Mühlpfortio addidi exemplum, non habeo nunc: Nobiliss. Cunrado ex parte nunc sum gratificatus. Sequentur proximè

xime σὺν τῷ θεῷ δ' εἰπεῖν cætera. Ut enim vara vibiam trahit, sic ex hoc labore in alium incidi, nimirum conficiendi accurate Bibliothecæ meæ Catalogum. Quæ res primo aspectu visa facilis, tractatu difficilis & laboriosa reperta est, ut à cæpto nonnisi per intervalla resumendo, mox resilierim. Alioqui illaborabo Linguæ Indicibus Analogicis meis augendis, de quibus nescio an prius quid scripserim? Exiguum ecce *specimen* sive speciminis potius fragmentum, sed ab inficetâ manu, quod nuper inter Chartas meas pro Amico aliquando confectum reperi. De quo Judicium vestrum cognoscere opto. Bene vale, Vir multum honorande, & cum Tuis ac cæteris meis Fautoribus feliciter anna perenna. Dab. Cygneæ d. 28 Dec. 1666. ὡς τάχιστα.

Tuus ex animo

C. D.

IIX.

Sal. & Officia.

Cl. GEBHARDE Fautor & Amice pl. honorande.

SUperiores Tuæ proprid. Kl. Maji datæ XIII Kl. Junii demum appulerunt, non culpa quidem puto latoris, hominis certe officiosi, sed eorum, qui merces ejus, quibus tuæ adjunctæ, serius curarant. Implicabar statim nescio quibus negotiis, & ex eo die magis magisque, ut vix tantillum hoc suffurari potuerim temporis, quo responderem perquam acceptis & jucundis tuis. Pro officio in Rigensi ac Prudentio conferendo,

gra-

gratias ago habeoque ingentes. Mitto aliud fragmen, ut Te satis alioquin oneratum magis onerem. CUNRADO ac MUHLPFORTIO, Viris Ampliss. & Clariss. serio, licet fortè serò, συμπάσχω, proque Epicediis itidem missis gratias meminero. Alterum illorum Exemplar Amplissō Styrzelio misi, Consulari Rotenburgensium ad Tubarim, cui gratum fuit. Ejus Elogia Claror. Viror. quorum Centuriam edidit, plures adhuc editurus, nescio an videris. Si non, curabo. De ALANO quid agimus porrò? Et quomodo Varias excusi Exemplaris ego impetro? Cl. Mühlpfortius sane à me utriusque mei, tum excusi tum MSti exemplaris Sectiones nánciscī potest, si hunc Laborem in se susceпturus est. Spondeo enim me, ut incepi, ita perrecturum. Marium Philelphum Norimbergâ impetravi: gratulorque mihi de tuo indicio, absque quo ignoratissimum mihi fuisset hoc Opusculum. Ejus Parentis FRANCISCI Sfortias in Bibliothecis Galliæ latet, teste Labbeo. Utinam & inde publicum visat. Indicum meorum Analogicorum, ideo lentum negotium est, quia vastum est opus, & mea potissimum manu denuò describendum. Dum enim diverso tempore è diversa lectione quotidiè adhuc crescente quæ observo, calamo aliquando properante ingero, confusum fit opus, & nisi in ordinem concinniorem redigatur, & quæ in schedis infinitis olim à me & Barthio annotata habeo, inserantur adhuc, quod nonnisi mea manu, opera ac judicio, fieri potest, indigestum & inutile

fiet potius, & tale quod male emittatur. Proxime (nondum enim prorsus absolutum est) videbis Lexicon Latino-Germ. longè reliquis omnibus locupletius, G. Matth. Königii. Quo dum mei prodeant Indices, quorum tamen, ut dixi, lentum negotium est, aliquis forte contentus esse possit. Erant, qui tres Vertumni mei Millenarios recudere & quartum addere volebant, quo fine etiam in mundam descripseram, additis ex Anthologia Græcorum nonnullis sententiis infinities cum aliis talibus variatis. Sed nescio quid tricentur illi Lentuli. Etiam Marium Victorem Massilienſem ad typos descripseram: Verum & hic remoræ interjectæ fuerunt. De cæteris nunc sileo. Si quid apud vos novi edetur, fac sciam, ut à vestro Fellgiebelio imposterum possim petere σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν modo non iniquo id indicet pretio. E Catalogo meorum Poëtarum in 8, licet nondum perfecto, ecce unam & alteram pagellam. Unde quid scripserint, & ubi illa edita fuerint, conspicere liceat. Londini a 1648. editi sunt Libri VI Solymæ novæ in 8vo. Vidistine librum? Valde scire velim qualis esset? Reinesium ad plures abiisse, non clam Te erit. Vorstius Coloniæ Brandenburg. edidit Epistolas ab eo ad se scriptas. Quas vidisse Te arbitror. Judicia de iis Virorum Doctorum exspecto, & inter eos tuum. B. Vale & favorem tuum Cl. GEBHARDE, mihi perseverа. Dab. Cygn. Kl. Octobris 1667.

Cl. T. Excell. *studiosissimus*

Christ. Daumius, *Sch. ib. R.*

Vene-

Venerabili nostro Seni Dn. MAJORI salvum & tranquillum ac vegetum Senium precor! In Anagrammatum D. Gasp. Cunradi 1. Centuria (reliquos nondum vidi) desunt in meo Exemplari pagina A. 1. A. 2. incipit enim à præfat. ad Lect. Ben. Eum defectum (alias vix resarciendum) si per Discipulum aliquando explere velles, beneficium gratus agnoscerem.

IX.

Clme & Excellme Vir, Fautor & Amice pl. honorande.

Literas tuas cum Alano & Senftlebio lætissimus accepi, die 14 Jan. Ex eo mature respondissem, gratiasque egissem maximas vestræ comitati ac munificentiæ, nisi per integrum trimestre scabies admodum pruriginosa manibusque meis satis infesta, nec medicaminibus facile propulsabilis, nostras ædes pervagata, me quoque miserè divexasset, ut Musis extra necessaria parum litare potuerim. Nunc dum ab illa paullum respiro me sextiduum hoc Nephritici dolores primum excruciant, ut lecto affixus vix hisce & quidem per intervalla par fuerim. Alani Lipsi. Editio cum MSto meo magis convenit, quam cum Vischiana Editione. Opus est propter Scholia non mali commatis: descripto toto autore, amplo insuper margine relicto, ut & variæ & Scholia, quæ Vischianum Exemplar non capit, ei injiciantur, & optima eruatur lectio, adhibitis etiam illis autoribus, qui loca ex hoc libello jam olim laudarunt. Quales sunt Thomas Hibernicus, Jac. Wimphelingius &c. Altera Senftlebiana mirè me affecit, & Tibi editori Orbis literatus se devinctum ideo fatebtur.

A Styrzelio qui ad bimestre nephriticis itidem doloribus decubuit, & morti proximus nunciatus fuit, nullas accepi literas, nec scio vivat ne an iverit, quo Divus Paulus & Adam? Rigæ plura mittere nolui, ne te occupatissimum alioquin magis aggravarem. Inposterum tamen, nisi molestum, plura capies. Königius, cujus Lexicon ad literam V. habeo, ringitur, non pergi à Typographis, qui alia interjungunt. De *Vertumno* nondum cum iisdem conveni, & molestia scabiei, etiam illius ultimam recensionem interrupit. De cæteris videbo quid agendum, si Deus valetudinem in solido locaverit. Pro Effigie vestri Dn. Pastoris gratias etiam meminero. NOBILISS. & Amplissi. VV. Dn. *Conradum* & *Mühlpfortium*, cui incolumitatem ex animo precor, salutem à me annunciabis plurimam. Plura per dolores recurrentes nunc non licet; nec tamen hæc occasio prætermittenda erat, utut excruciarer. Quare inculta potius, quam plane nihil dare volui. Bene Vale Fautor & Amice æternum colende. Dab. Cygn. κλινήρης. die XI April. 1668.

Clariss. T. Excell.

ab Amore & cultu

Christianus Daumius.

Quid boni Schulziana illa Bibliotheca adjecit?

X.

S. & O.

QUod doles, Vir Clme, ὑγίειαν bellissimam quondam à Gentilibus habitam Deam minus bellè mecum convenire, idem ego doleo,

doleo, multa enim sic omittuntur, quæ invitissimus omitto, in litterarum studiis præstanda. Sed quis mortalium illius gratiam in potestate habet, aut verius, quis Jehovæ æterno, in cujus manibus vis salusque nostra, potest resistere? Paulò antequam tuas accepi eryſipelate primum laboravi ſiniſtro pede, ita ut per octiduum ferè incedere nequiverim. Poſtea obſtructiones à malo hypochondriaco ſupra modum flatulento me non parum exercuerunt, ut pauca peregerim, præſertim in literis. Deambulationes tamen in pagos, præſertim illos, in quibus aliqua amænitas, & vicinorum noſtrorum Zythus oppidanis noſtris prohibitus divenditur, crebriores, & jucunda cum amicis comitibus colloquia multum de illo ſuſtulerunt; niſi fæculenta nunc & medicata maximè noſtratum Cereviſia morbum denuò irritarit. Alioqui potus paucitatem in me culpant, indeque hanc crucem eſſe affirmant. Sed potorem agere non poſſum, utut mihi, quemadmodum Martiali, quindecim Poëtæ non ſuccurrant, & ſiccis Deum omnia dura propoſuiſſe Horatius occentet. Mitto iterum aliquot è Riga Quaterniones. De Scholiis illis, ut Te mea cauſa angas, non eſt opus; ſufficit, ſi Autore ipſo compotimur. Qui tamen hoc ſolum Exemplum, quod ego poſſideo, videtur ſcripſiſſe. Alteram Editionem, quæ in Lipſienſi Paulina eſt, Ægidius Levita, neſcio quis, interpolavit, uti ipſius Præfatio clare docet. Utrum autem ipſe, an alius tertiam Editionem, quam veſtrum Exemplar re-

præsentare non obscurum indicium est, procurarit, mihi nunc non liquet. Nec juvat, quid *Labbeus*, *Spizelius* & alii talium curiosi. Quid Ampliss. *Clofius* rescripserit, scire aveo. Credibile est, in Augustissima illa Bibliotheca multa talia latere adhuc *ἀνέκδοτα*. Utinam si illic *Bernhardi Geystensis* delitescceret, ad alteram editionem aliquid opis sperare liceret! Habeo adhuc exemplum unum meæ Editionis, quod submissurus essem. Utinam & inde vel *Henricus Samarienſis*, vel *Ganfredi Poëtica* prodiret, vel *Archithrenius*! Ne Galli soli & Britanni hanc laudem sibi arrogantes nobis præriperent. Nosti forte, Vir Clme, à Nobiliss. *Heinsio* noviter recensitum PRUDENTIUM *Riga* & *Alano* millies præstantiorem Poëtam, superiore anno in lucem prodiisse; qui & novam & politiorem, auctioremque, ubi nactus fuerit plura adjumenta, pollicetur Editionem. Quid si Tute Tibi id laboris sumas, & vestrum MS. integrè conferas, vel speciminis gratia per partes saltem cum Heinsiana Editione, vel si illa adhuc destitueris, cum alia, quæ ad manum, nominanda tamen; Variasque deinde ad ipsum Heinsium mittas, aut per me, eò, proxeneta *Grævio* meo, cujus jam Hesiodum credo te vidisse, mitti cures? Sane non exiguo beneficio hunc Virum Tibi devincires, & Nomen tuum meritumque in Belgio & Galliis magis extruderes. De quo velim tuam sententiam exponas. Lexicon Königianum Noribergæ excusum jam Lipsiæ prostabit 4 florenis, sive secundum nostræ monetæ rationem, duobus

Tha-

Thaleris & sedecim grossis. De eo, ubi conspexeris, quid tibi videatur, celare me noli. His diebus ultimas pagellas accepi, & totum ita heri librum Compactori tradidi. Is Vir omnium Scriptorum Elogia, & vitas fortè breviter meditatur augere & edere, meamque opem implorat. (Syntagma de de Viris literatis ordine Alphabetico in quod omnium autorum omnia scripta, elogia conjecissime ait) Sed nondum quî tractaturus sit breviter tam amplam materiam perspicuè percipio; Rogabo itaque, ut specimine quamvis exiguo rem manifestam faciat; sic & meam Symbolam me adjecturum, si vivo, non renuam. Ephorus noster Decem has Conciones adm. Rev. & Excell. vestro Dno PASTORI honorificentissimè suis verbis & officiosiss. Salutando mittit, gratias unà pro ab Ejus Per-Rev. Dignitate missis mecum agens, rogansque ne exiguitatem ἀντιδώρῳ respiciat, sed mentem potius affectuosissimam. Ego nostri, heu! Styrzelii funebria adjeci; sed meum Carmen nescio à quo, distichi omissione & immutatione alterius deturpatum est. Addidi & alterum Exemplum, nam plura non suppetunt, exhibendum à Te, cui libuerit. Nobiliss. *Conradus* & Cl. *Mühlpforthius*, an cum valetudine, quod voveo, in gratiam redierint, gaudens cognoscam. Utrumque salvere jubeo plenis buccis. Ubi *Königius*, ad historica ut redeam, movebit, & Nobiliss. *Conradi* memor ero. Amanuensium meorum lentissimum negotium est, & invaletudo, quæ in publico privatoque munere

omiseram, majore ut diligentia resarcirem, coëgit. Hinc *Alanus* contra votum meum procedit tardius; Et literæ amicorum multum absumunt temporis. Non tamen planè absistam coepto. Deus modo vitam & valetudinem, quæ vera vita est, otiumque largiatur. Quam quodque & Clariss. Excell. precor ex animo. Vale Vir Clme & me porrò ama. Dabam Cygneæ πεσουτ@τῆ καλάμᾳ IV Non. Octobr. 1668.

Cl. T. Excellæ

Perstudiosus

Christ. Daumius, *Sch. Cygn. Rect.*

Noster Ephorus rogat T. Clar. Excell. una cum salute plurima sibi, suo ære, post pretii indicium redimendam comparet Beati Weberi Concionem funebrem. Ego faxim statim illud pericli, vel per nostratem civem, ante nundinas, vel citiore occasione per Studiosos, vel Mercatores curetur.

XI.

Sal. cum Officiis paratissimis.

ET literas & adjunctum fasciculum, mihi apprimè carum ac lætabilem, rectè accepi, Clarissime GEBHADE, Amice pl. colende, & magni æstimande. Iis ut nunc responsionem parem, occasio commoda suadet, imò imperat. Pro opera in conferendo cum MSto Rhedigeriano meis pagellis impensa gratias ago quam maximas. Et hoc beneficio utique grandi contentus ero; nec opus puto, ut Amplissimo *Closio*, cum neminem nunc notum sive amicum mihi Guelferbyti habeam, negotium facessamus. De Prudentii verò conferendi tua promptitudine cer-

certiorem interim faciam *Gravium* noſtrum, & ubi abs Te varias accepero, fratrum uni ejus, quorum alter Dresdæ, alter vero, niſi fallor, Lipſiæ jam hæret, committam, ut ipſus voluit, aut Sorori, qui quæve optime curare ſciunt. Nam iis, quibus hactenus fui uſus, neſcio an ſatis fidam. Pro Nobiliſſ. CUNRADO, Communi noſtro, honorifice à me ſalutando, impetravi tandem ab amiciſſimo meo Sexto, olim condiſcipulo hic meo, poſt amico per duodequadraginta fere annos fidiſſimo, homine officioſiſſimo, nec inerudito, & ea propter multis præclaris Viris, ut *D. Dorſcheo, D. Mich. Walthero, Joh. H. Urſino, Styrzelio, Harsdorffero, Königio*, & aliis infinitis imprimis charo, Enderis olim per multos annos a correctura, Elogia diu deſiderata Styrzelii, quæ cum aliis ipſi per me tramittit, non ſine officioſæ ſalutationis honorificentia præmiſſa. Addidi ipſius ad me Schedulam ἰδιοχειρὶ ſcriptam. Admodum Reverendus noſter Ephorus Maxime Reverend. veſtro Ephoro affectuoſe mecum συμπάσχει, & valetudinem & omnia felicia apprecatur. Nobiliſſ. v. DN. CUNRADO ingentes agit gratias pro Weberi Conc. Funebribus ſibi adeò benevolè tranſmiſſis, & quid contra ipſi gratum reponat, dubius hæret; Tu mone, ſi quid noſti: dabo operam, ut procurem. Quanquam præter Conciones vix quid aliud parabit, puto. Reſtat, ut, quod principio debebam, nunc in fine Epiſtolæ gratias agam. Nobiliſſ. & Clariſſimo noſtro SCHOEBELIO, Floribus ex Tacito collectis

pridem mihi cognito atque amato, pro acceptissimo munere, quo non solum suam Wratislaviam, sed & meam Bibliothecam, insigniter condecorare atque exornare voluit. Sane quid illi rependam pro præstantissimo ac pretiosissimo hoc κειμηλίω, prorsus me fugit. Sola animi devotio officiosa, & tanti Fautoris æstimatio est, quam reponere novi, qua ipsi obstrictus perseverabo, dum Spiritus hos reget artus. Quod si non displicet, nec malum factum censes, versiculorum meorum, quamvis horum me pudet pigetque, ne prorsus vacuus adventem, nonnihil, præmisso Salutationis officiosiss. honore Eximio Viro ac Poëtæ porriges, usque dum elaboratius aliquando, si vivo, præhibere queam: Additurus eram literas pro Nobiliss. CUNRADO, (cujus μακαρίτης Cl. parentis Gnomologiam Latino-Germ. & Panegyrin Adventoriam in Matthiæ II. Uratislaviæ ingressum nuper demum nactus sum: Annalium v. Evangelicorum paraphrasis, quam Catalogi & Draudius exhibent, an excusa sit, explorare haud gravatim velis,) & Clariss. *Mühlpfortio:* Sed dum hæc exaro, abrumpere cogor filum, uxoris meæ invaletudine subitò ad alias curas aversus. Quodsi tamen harum allator non properat, incertus quippe itineris, addam, si permittor, adhuc aliquid peculiariter ipsi tradendum. Interim hac Scheda notata tradi Amico Magno velim. Catonem meum nonnihil repexum & auctum Göpnerus recudi per operas olim suas hic faciet, si stabit promissis.

Ego

Ego mallem alia: sed horum hominum ingeniis obsecundandum est, si iis uti velis benevolentibus. Forte tamen ab hoc ad alia perget, vel ille, vel successor ejus; si DEUS favebit. Cujus gratiæ ac favori Clarissam T. Excell. cum omnibus mihi faventibus ὁλοψύχως refcribo. Optime vale, ac diu vive, Vir honoratissime, & votis tuis omnia felicia ac beata vicissim apprecantem me in fide & amore tuo perpetuo esse libens patere. Datæ Cygneæ, die Apostoli Matthiæ. st. v. A. R. 1669.

Cl. Excellentiæ T.

Cultor Officiosiss.

Christ. Daumius.

XII.

S. P. & O.

ECce, Vir. Clariss. Excell.que, responsum ad Nobiliss. Dn. *Conradi* Amici nostri Communis Svaviss̃imas literas, quale quidem inter diversas occupationes potui, cum Concione Per-Rever. nostri Dn. Ephori, qui & Tibi pro Programmate gratiis singularibus actis, Exemplum cum salute plurima mittit, boni, cum melius quid non adsit, consulendum. Quid Ampliss. CLOSIUS responderit, rescire haveo. Cætera, quæ nos docuisti, illubentes audivimus & συμπάσχοντες. DEUS à vobis avertat cle

clementissime quicquid Evangelico cætui malum minitari videatur. Varias Prudentianas prima quaque certa occasione cum Exemplari Encæniorum &c. in Belgium mittam, additurus & varias Psychomachiæ ex veteri Augustana bona Editione Anni 1505. à me collata. Idque, si commode potest, & sine magnis sumptibus vel hac Lipsiensium Panegyri. Vellem & Inscriptionum cujusque libri varias semper addidisses, nisi cum Heinsiana Edit. concordant. Nam & ibi Viros illos celebres curiosos esse vides. *Clmo. Schöbelio* & Clariss. *Mühlpfortio* per occasionem salutem plenis buccis ascribo. De *Architbrenio* alicubi eruendo ut mecum sollicivus sis, valde oro. Item, ubi denuò dabitur, ab Ampliss. CLOSIO exscruteris, habeatur ne inter Augustea illa MSta *Bernhardus Geystensis*, unde lacuna mea expleri queat. Supereſt unicum ejus mihi Exemplum adhuc, quod mittere si opus sit, queam; repertum hodie inter nescio quas quisquilias; Interea σφάλματα ejus emendabo; Nam nunc properandum est; Item *Ganfredi* Poëtria nova, sive Rhetorica, & *Henricus Samariensis*, pauper dictus, Poëtæ aut Versifices ante quatuor, vel quinque hæc secula celebres; ut, licet non impetremus tale quid, scientia tamen ejus animos oblectemus, & fortè excitemus Virum aliquem ab hoc studio non abhorrentem, qui & hos in lucem apud nos protrahat, ne Galli soli & Angli iis fruantur. B. Vale, viv eque quam diutissimè, Cl. GEBHARDE. mihi faventissime, & Amore-

rem tuum perſevera. Dab Cygn. (Dab. Cygn. raptim KL. Maji 1669.)

Clariſſ. T. Excell.

Cultori Officioſiſſimo
Chriſt. Daumio.

P. S.

In Inſcriptione literarum Nobiliſſ. CUNRADO deſtinatarum, dum infinities interturbor, & plures ad alios datas inſcribo feſtinans erraveram. Qua propter hujus σφαλματος apud eum comiter me excuſabis; nec enim otium erat denuo res deſcribere, gerulo præſertim ad iter accincto.

XIII.

Τγίειαν καὶ μακρημέρευσιν!

Ampliſſ. & Excell. GEBHARDE,

Fautor & Amice multis nominibus obſervande ac colende!

VEre γλυκύπικρον Tuæ fuerunt mihi. In quibus ſtudiorum tuorum promptitudo, quam non dulcedinem mellis inſtar præbuit? Quam amarum autem atq; acerbum etiam fuerit ex iis percipere, *Macrobium* veſtrum terras deſeruiſſe, & exinde omne Rectoræ onus in Te unum, & eo quidem tempore, quo Te valetudo valdè afflicta periculoſè exercuit, eſſe devolutum, dici ægrè poteſt. Ego verò tacitis votis hactenus precatus ſum, ut & Rectoris tui nunc μακαρίτε ætatem vireſq; attingas, publico bonisq; literis diutius proſis, cum pauciſſimi hodie eo animo affecti, & in literas pæne jacentes erigendas proni ſint, qvali tu es affectus. Quin & adhuc precor, nec,

dum

dum vivo precari desinam, ut Te benignissimus Deus literis Tutamen, Amicum mihi diutissimè servet. Quanquam & ego vitæ dubius hoc anno cruciatu nephritico laborare & vexari seriò, ter lecto affixus, superiore anno saltem tentatus, incepi. Nunc per DEI gratiam medicina & diæta, ejectis plus centum calculis, non tamen admodum magnis, bellius habere videor. Deus porrò adsit, & profliget, si ipsi placitum, quicquid vitæ & Musis incommodare queat. Ad Heinsium scripsi, & Tua unà misi, responsum indies avidè exspectans adhuc. Perquam Rev. *CLOSIO* non amplius molesti erimus, cum nova sparta ipsi hanc gratificandi & occasionem & voluntatem nobis eripuerit; nec tibi negotium facessere sustinui, dum id vires tuas superat, conferendis *Rigæ* membranis. Quamobrem & nunc brevis, non solum studio sed & coactus sum, dum aliis etiam hac Lipsiensium Panegyri vaco. Excellent. BOSIUS Prof. Jenensis, nactus bona scæva Epistolas Virorum Doctorum ad Reinesium scriptas, cum ipsius responsis selectiores publico tradere animatus est; in quibus, & plures ad me datæ. Inhiat & aliis ejus scriptis *ἀνεκδότοις*, quæ evulget. Deus faxit, ut feliciter, ut propere; Bibliopolæ enim ad talia è Lentulorum familia hodie esse solent. Adm. Rev. noster PEISKERUS gratias pro ad se missis agit. Nobiliss. CUNRADO brevibus respondi, gratificaturus dato otio lubentissimè, & proxima *σὺν θεῷ* occasione missurus, quæ petit. Bene Vale, & Vi-

ve Nestoreos annos, nec me tot jam præclaris Amicis orbatum, tuo contrista, & exanima denuo, (quod deprecor!) funere. Deus tibi sospitatem & Annos augeat; Iterum Vale ac vive felicissime! Dab. Cygn. 3. Octobr. 1669. ὡς τάχιστα.

Ampliss. T. Excell.

Perennis Cultor

Christianus Daumius,

Nob. *Schoëbelio* & Cl. *Mühlpforrio* pl. sal. quibus & Versiculorum meorum in morbo deproperatorum exempla adjeci.

XIV.

S. P.

Clariss. & Excellentiss. GEBHARDE

Fautor & Amice unice.

Missi superioribus nundinis per *Fellgibelium* puto; ad Te meas, quas interea accepisse spero. Nunc ne molestus sim, & ut valetudinem tuam, quam longissimam firmissimamque Tibi precor, explorarem; paucis his te compellandum putavi. Addidi etiam Carmina mea nonnulla, inter occupationum tricas conscripta; pro Fautoribus, si tanti putabis, apud Vos meis, honoratissime à me salutandis. Schedam peculiarem Nobiliss. & Ampliss. Dn. CUNRADO, cui plura, proxima, si vivimus, Lipsiensium Panegyri mittam cum pl. itidem salute offeres. B. V. & vive quam diutissime

Ami-

Amicorum meorum jam Unio. Datæ Cygn. d. 27. v. Oct. st. 1669.

ὅλος ὁ σὸς

Christian. Daumius.

XV.

Clarissime & Excellentissime GEBHARDE

Fautor & Amice singulariter colende ac æstimande.

HAbes hic pro Nobiliss. & Ampliss. Viris sc. pro Dn. *Cunrado* schedam, (nam litteras quas volebam insperatò non potui;) Versiculos autem pro Dn. SCHOEBELIO, properanter nec ex sententia scriptos â curis variis distracto, dum uxor mea per trimestre jam non belle habuit, & occupationes diversissimæ me meum esse minus fuerunt passæ. Eos tui judicii facio, si displicent, & non pro Dignitate Viri confectos arbitraberis, conscinde potius & disperde potius, quam ut me traducant. Quod si tamen, præter opinionem, allubescent, & Typis mandabuntur, fac vel meo ære aliquot exempla pro amicis capiam. Id indicatum statim curabo. Non jactito me Poëtam, sed scribo, quicquid incidit absque operosa cura & cogitatione, nec enim valetudo mea & impedimenta varia id aliter permittunt. Interim salutabis honorificentissime Viros prælaudatos, ut & Ampliss. Dn. Mühlpfortium, & si placet, novum vestrum Rectorem (de quo hi scazontes nunc incidunt:

Ma-

Majore Magno, dote major { *ELIA,* / *ô THOMA,*

Et major annis fis quoque unicè optamus!)
annexo ubique ἐυεπείας, pro more & debito, fervidissimo voto. Te vivere adhuc, & valere, atque utinam solidissimè! hilarissimus intellexi, precorque DEUM, ut literarum & Juventutis bono Te diutius servet sospitem maximè. Ab Excell. BOSIO ad ultimas meas integrum mensem responsum exspecto, fortè culpa Tabellarii dilatum, quem hactenus non vidi. Unde quid *Josepho*, quid *Epistolis Reinesianis* fiat, juxta cum ignarissimis scio. Admodum Rev. Ephorus noster Lic. *Peiskerus* pro Programmate gratias agit perofficiosas, & felicissimum Tibi Novum Annum animitus apprecatur. De *Riga* nunc molestiæ Tibi non ero. Si vivemus, & valemus commodè, poterimus, si absque ingratiis tuis id fieri queat, bono cum Deo pergere. Meditationes Divorum Patrum in Festum Christi Natalitium nonnullas edo, quæ ubi prelum exierint etiam ad vos itabunt. Sed maxime è Lentulorum prosapia est Typographus, quod me male habet. B. Vale, & non solum exortum hunc, sed longe plures annos sospes incolumisque transmitte, mihique pristinum tuum favorem amoremque comiter serva, de vicario oppidò securus. Dabam Cygneæ d. 29 Dec. 1669.

ὅλῳ σός

Christian. Daumius.

XXVI.

S. P. & O.

Clariſſ. Vir, Fautor, & Amice pl. colende.

MEas ad Te datas menſe ſuperiore Decembri puto Te accepiſſe, cum tenui Carmine, quo Nob. & Ampliſſ. Dn. *Schöbelio* feſtinans gratulabar. Nunc mitto ſcedam exiguam Nob. & Ampliſſ. Dn. *Cunrado* exhibendam cum Effigie Rectoris Norimbergenſis, quam ille præmiſſa ſalute officioſe Ei mittit. Expecto alia à Superint. Rotenburgenſi, *Hartmanno*, quæ promiſit, & quæ Lipſiæ promiſerunt Amici, licet hi admodum tardi. Meæ valetudini frigus iſtud Dalmaticum pæne, quod nondum miteſcit, admodum nocuit; & fratrem mihi meum unicum, ſeptuagenarium, jam Dresdæ ſuſtulit; uxoremque meam aliquot menſes lecto affixam, nunc bellius aliqua habentem, domo tamen egredi vetuit; Quæ res, quam oneri ac dolori fuerit, dici non poteſt. Æquanimiter tamen, ut omnia patiamur, utpote à DEO benigno patre immiſſa, par eſt; Ego edidi hactenus ab aliis perſuaſus Homilias Divorum Patrum Græcorum in Feſtum Natalitium, ſed lentitudo Typographi, qui ad unam & alteram hebdomada cœptum opus deſeruerat, nondum abſolvit. Excuſæ ſunt 10. plagulæ reſtant 5. Mittam quam primum prelo exierint. Nondum enim Typographus exemplaria exhibuit; *Alano* hactenus aliquas horas dedi, ſed iterum interruptas. Jenæ luci dat publicæ Excell*mus* BOSIUS Epiſtolas meas ad Reineſium, ejusque reſponſorias, etſi me non pa-

parum renitente. Accepi jam viginti Quaterniones; restare puto totidem, si non plures. Ipse BOSIUS valetudine utitur parum commoda, unde Editio protrahitur. Operas Scholasticas Con-Rector hemiplecticus, qui tamen bellius jam valere videtur, adauxit mihi. Unde parum subsecivi temporis restitit mihi hactenus. Nec calculi dolores, etsi leniores, plane remittunt. Hæc paucis hac occasione perscribere placuit; proxime si vivemus, ut spero, longe plura, nisi grave est. Bene Vale, Amice candidissime, & diu sospes vive. Dabam ὡς τάχιστα Cygneæ die 20 Febr. 1670.

Clariss. T. Excell.

Studiosissimus
C. D.

Civis noster ad vos ire solitus eo ipso die, quo traditurus eram, jam abiisse dicebatur. Retinui igitur fasciculum, & has Lipsiam misi per tuum, nisi fallor, cognatum, curandas. Inserui autem scedulam Nobilissimi Dn. Cunrado tradendam interea.

XVII.

S. P. & Officia.

Clarissime & Excellme GEBHARDE,
Fautor & Amice singulariter colende ac æstimande.

ECce Tibi Homilias Vett. PP. Natalitias à me editas non pulchro tamen typo chartaque, ob hiemis sævitiam Typographi reculâ & operâ frigescente. Addidi & alia literis, quas per Lipsienſem quendam Studiosum Tibi, nisi fallor, cognatum destinavi pridem, quas interea Te accepisse

cepisse arbitror, & quos pro Nobiliss. *Cunrado* consignavi Natales Obitusque Virorum Doctorum (nam cæteros nondum impetravi) avulsa. Opusculo huic, si quæ inerunt menda, scias, me bis quidem diligentissime relegisse; sed Typotheta, homo nullius pretii, lingua factiosus, opera iners, non semper officio suo functus est, & videtur studio egisse, ut mihi male faceret; nec ego tot curis circumvallatus ab uxoris semestri fere decubitione, à fratris mei unici (me solo nunc in familia nostra superstite) exhac caduca in mansuram vitam abitu, à Con-Rectoris nostri hemiplexia correpti laboribus Scholasticis in meos humeros devolutis, à calculo meo, à tot occupationibus domesticis publicisque, ab amicorum interpellationibus animo industriam meam recusare nequii. Scribes judicium tuum, & an mereatur opusculum continuari. Vestro judicio stabimus cademusque. Ego sanè, qui pro labore à Typographo vix viginti extorsi exempla, non admodum ambio id genus studii. Vincet tamen publicum commodum, si ex ejus re est, utut mihi laborandum sit ἀκεφδῶς. Cæterum de sospitate & tua & Nobilissimorum Dn. CUNRADI & SCHOEBELII, ut & Clariss. Mühlpfortii admodum sollicitus sum, & precor ex animo illis eam constantem ac vegetam cum omni prosperitatis accremento, verbosior esse fugiens ne forte tibi molestiæ exinde quid creetur. Ab Ampliss. BOSIO, cum valetudine adversa identidem conflictante, literas vix unas obtinui. De Josepho ejus nondum

quid

quid certi, qui Bibliopolam Jenensem, ut ipse correctioni, ne mendarum succrescat seges, præesse ipsus queat, quærit. Epistolæ REINESIO Meæ hactenus etiam quieverunt, & exspecto anxie ejus responsum, quid hactenus promorint operæ; nam plura eò pertinentia ad ipsum misi. Ex Bel gio etiam nihil (præter Luciani Pseudosophistam à Grævio editum, sed absque literis) nactus sum. Pluribus ut dixi nunc parco, & post suaves & exoptatas tuas, quas voveo, lætiorem prolixitatem, si DEO visum, Tibi à me proxime pollicebere. Dab. Cygn. d. 22 April. 1670.

Clariss. Tuæ Excell.

Cultor Devotissimus

C. D.

XVIII.

Clarissime & Excellme **GEBHARDE,**

Fautor & Amice multis nominibus colende.

POst Nobiliss. & Ampliss. Schöbelii, cui ecce tenue & deproperatum responsum, accepi lætissimus & tuas. O quam gratulabar tum mihi, quod summa DEI Benignitas & Te Amicum mihi vivum conservasset! Quot votis vovi, ut & porro conservet, & ætatem hanc indemnem Te prorsus, & omnis morbi expertem benignè transigere faciat, multosque insuper annos vitæ tuæ adjiciat! Fiat! Fiat! Fiat! Quas vero vobis pro Carminibus vestris elegantissimis doctissimisque agam habeamque gratias? Nihil sane novi nunc quod rependam. Mitto tamen quæ ad manum sunt adhuc duo Homi-

liarum Exempla, unum pro Nobiliſſ. Dn. Cunrado cum Sal. plur. & alterum tradendum cui Tu voles; nunc enim plura mihi non ſuppetunt. Item nonnulla Exempla meorum verſuum junctim, quod Exempla pro rogantibus deeſſent, recuſorum partim, partim nunc editorum, adm. Rev. PEISKERI noſtri Onomaſteriis conſecratorum; ea ſi Vobis placebunt, mirabor, cum mihi ipſi, utpote deproperata, ut mea fere omnia, displiceant. Sed obſequendum fuit mori recepto, & ingeniis hominum talia cupientibus. De Riga & Alano quod mones, quantum poteſt obſequar. Lexico verò ſive Indicibus illis Analogicis major impendenda opera venit, quod & majoribus indiget apparatibus. Ei rei noſtratium procerum nonnulli, cum ad me forte viſerent, & unus eorum Bibliothecæ publicæ & meæ rariora, unaque & hos meos inter cætera Indices conſpicaretur, liberaliter vino, quo eos in Muſeo exceperam, ſuum ἐπιβάλλον μέρος adjecit, chartæque volumen, ei operæ deſcribendæ nimirum, ſpopondit; nonnulli n. ob ſpatii anguſtias, præſertim primitus præ cæteris cœpti, deſcriptionem relicto liberiore ſpatio deſiderant; ſed & cæteros, ut idem factitarent, adhortatus eſt, qui pariter ſuam partem promiſerunt; etſi hactenus fidem eorum nondum expertus ſum liberatam. Sperandum tamen eſt. At curâ publicæ Bibliothecæ, libris non plane contemnendis, præſertim ſub incunabulis Typographiæ, cuſis inſtructæ, animum maxime omnium coquit, quæ tempeſtatibus ſuperiorum annorum tectum ejus

ali-

alicubi detegentibus, ipsorum pulpitorum librorumque damna persentit, nec habet qui, licet coram creberrime literisque monitus medelam afferat. Quanquam singuli ad curam hanc pertinentes de die in diem refectionem promittant, homines, ut quod res est loquar, in Majorum suorum cineres ingratissimi, & posteritatis prorsus immemores atque incurii Curiones. De successore tuo & Collega M. Mart. Hankio, cujus librum de Rom. Rerum scriptoribus nondum vidi, ut videam autem allaborabo, quod me mones, pergratum est. Salveat optimus ille Vir unà cum Excell. Viro Dn. Rectore millies. Ad Eum ut nunc litteras mitterem gemina causa negavit, materiæ sc. & scribendorum inopia. Nam Panegyricum laudum, quas captatores vulgo Amicitiarum, rerum jejuni, instituere solent, ipse abnuat, rideatque, si meditari vellem, otio excluderer & parasitaster forte parvulus aliquis censerer. Bono igitur affectu resaluto illum candideque & excusatissimum habeo. Pro Nobiliss. Cunrado etiam observata quædam aderant. Sed nec illa brevitas temporis perscribere permittit. Deus faxit, ut queam proxime. De Hennemanno inquiram, & puto illum esse, per quem meus olim Discipulus superiores meas ad Te curavit. Vale quam optime, φίλτατον κάρα, & me, quod facis, amare perseverа. Dat. Cygn. ὡς τάχιστα. ideoque satis incompte die 25 Junii 1670.

Cl. T. Excell.

Studiosissimus
C. D.

XIX.

S. & O.

Præ-Clariſſ. & Excellme Vir,

Fautor & Amice pl. nominibus colende.

NUperas meas cum adjunctis Numburgenſi puto viâ rectè curatas. Promiſit enim hoc Müllerus Bibliopola Numburgenſis. Nunc e Riga aliquot paginas mitto conferendas, cum Veſtro MSto. Addidi & nonnullas alias chartas, etſi pauciores, quæ nunc ad manum. Epiſtolæ Reineſianæ expeditæ ſunt. Sed integrum nondum accepi Exemplar. Exoptandum eſt proximis σὺν θεῷ nundinis. Clariſſimi Viri, Collegæ Tui, officioſiſſime & honorificentiſſime à me Salutandi Martini Hankii Librum de Romanis Scriptoribus optimè concinnatum vidi, emique. Perplacet ſanè & vellem plura ab eo edi. Vidit enim & intellexit ipſos Libros, eosque aliquando rariſſimos: Voſſio in multis, at quanto Viro diligentior & circumſpectior. Nam hic, etſi non malè, tamen confuſe, quicquid de Autoribus ſcripſit. Ille verò artificio egregio, omnia diſtinctè, Vitam, ſcripta, Judicia; mire laborioſus & accuratus, ita Vitas diſpoſuit, ut nonniſi ſecundum ordinem Temporum collocet Teſtimonia veterum, additis annis, & Olympiadum, & urbis, & mundi, & Chriſti; ubique de ultimis maximè annis, quo quisque vitam perduxerit, ſollicitus. Quod, quid utilitatis habeat, non videns, in literis Talpa ſit. Et in his centum ſcri-

ptori-

ptoribus protulit plus quam quinquaginta, de quibus in Voſſio nihil reperias. Accedunt Indices utiliſſimi, & alia, quæ notaveris ipſe laudanda maximè: quibus ſe primum Orbi literato oſtendit. Ideò mihi & aliis me majoribus Salivam movet ad plura hujus exaſciati Viri ſcripta, quibus ſpecimen adeo bonum præmiſit, deguſtanda. Quo minus ego miror, Illuſtri Joh. Chriſtiano L. Baroni BOINEBURGIO valde arriſiſſe hunc librum, à NOBILISSIMO JONA SCHRIMPFIO Reſidente Saxonico Electorali, Viennæ monſtratum: quibus Viris ipſe celeberrimus NICOLAUS HEINSIUS noſter, horum è Belgio ad me in ſuis narrator, album adjicit calculum. De Tuis rebus ac Valetudinis ſtatu velim, ſi potes, ſcribas, copioſius, nec meam imiteris jejunitatem. Ego opto Tibi πάντα τὰ κάλλιστα & longævam præterea Vitam. Viris Nobiliſſ. Ampliſſ. & Clariſſ. meis Fautoribus Salutem plenis buccis a me nunciabis. Novi, quod narrem, non eſt. Miror è Belgio nihil afferri ad noſtras. Sed hæc fortè latorum culpa eſt. An hæc Lipſienſis Panegyris quid ſperare jubebit? Studioſum illum Hennemannum ajunt Lipſia diſceſſiſſe, neſcio quorſum. Addidi e Riga particulam e Novo Teſtamento, ſive Auroræ II Tomo. Quod reſtat, ut porro feliciter vitam, omni morborum damnorumque immunem agas, ex animo precor. B. V. ſcrib. Cygn. d. VI Kl. Octobr. 1670.

Excell. T. Clar. ἕως τῦ θανάτε obſervantiſſ.

Inſertam Schedam Nobiliſſ. Conrado C. D. quæſo cum S. P. offer.

XX.

Clme GEBHARDE,

Fautor & Amice pl. honorande & colende!

NOstro Cronewizio iterum ad vos iter paranti non potui non, hodie monitus; Rigæ, post præterita Lipsienſi panegyri missas, hanc pagellam contradere, & unam atque alteram chartam, quæ ad manus erat, una. Nam Reinesianarum Epistolarum ab Excello BOSIO duo tantum accepi Exempla cum munusculo insuper aureo; plura igitur eum poscere velle impudentia esset: in iis pluscula adhuc reperi Errata, quæ dempta vellem, etiam quæ BOSIUS in Præfatione emendari nuper voluit. Ego & quædam abesse optarem, quæ ad me perscripta non erant. Qui eas Lipsia leviore pretio (nam & hic Bibliopolarum ἀιαχειροτεχνίαν accusare habemus) curare debebant, nescio quomodo non suo officio functi sint. Exspecto a. Exempla post triduum demum, modo jam officii meminerint. Valetudinem tuam in solido locatam animitus gratulor. Deum Opt. Max. animitus veneratus, ut hæc Tibi propria sit. Affine Tuo in posterum, Deo volente, utar. Quæ superioribus meis de Bibliotheca publica quæstus eram, indicta nunc sunto. Ab Adm. Rev. nostro Ephoro Lic. PEISKERO, cui Explr. missi programmatis obtuli, Salutem perhonorificam Clti Tuæ asscribere jussus sum. Quam & ego omnibus benevolis Fautoribus meis asscribo; & dum inter hæc ipsa avocor, abrumpo; Eos Tecum pancra-

cratice valere ex animo vovens. Datæ præpoperatim Cygn. III Kal. Nov. 1670.

Clariſſ. T. Excell. *Studioſiſſimus*

Chriſt. Daumius.

XXI.

Καταθύμια πάντα!

Clariſſme & Excellme Vir,

Fautor & Amice plur. bonorande.

PHilyras e Rigenſi cum MSto veſtro collatas recte accepi, gratias vobis pro collatione tam benevola ago habeoque ingentes, atque ecce alias. In poſterum ſi Deus volet, fervebit hic labor, quia major pene pars exacta eſt. Diſticha omiſſa puer à manu meus improvidè meis ingratiis omiſit, quæ peculiari à me ſchedæ inſcripta ab ipſo neglecta fuerunt. Imposterum hoc ſedulò cavebitur, ne negotium vobis creſcat, alioquin occupatiſſimis. Adm. Rev. & Excell. PEISKERUS noſter mecum Nobiliſſimo CUNRADO pro Concione miſſa una cum honorifica ſalute gratias decentes agit, & quod nunc reponat, non habet, non immemor tamen futurus, ubi quod contra mittat, dignum quid ſibi obvenerit. De iis quæ calamo committere ſubvereris, nondum aliunde fama indice quid cognovi. Sigalioni commiſeris, ſi peculiari ſchedulæ vel tria, rem ſaltem innuentia, ἔπεα concredideris. Suſpicor aſpera forte in Muſas humaniores eorumque Cultores eſſe, quorum tamen δ' φεύγης ἱππολείδη. Gaviſus ex animo ſum,

sum, cognito Excell. Dn. Hankium Auctores Græcos tali Schemate luci publicæ stiturum, qua antea Romanos; statimque ubi editos percepero, Deo volente, mihi comparaturus sum, quo opere sane illubens carerem. Hactenus Politicus Græcus Imhofii non inacceptum nobis Opusculum fuit. Olim Barthius tale quid concinnarat, idque in manibus aliquando meis fuit, spoponderatque, se mihi missurum, coram, sed per Epistolam tandem renuit, & in ultima decubitione sua ejusmodi imperfecta scripta conscidit perditque. Quod si negotium trahatur forte, & is mea opera alicubi indigeat, non illubens contulero, quod meæ opis sit; etsi mea paupertas procul dubio nihil ad vestras divitias. De Incendiariis illubens audivi; Etiam apud vicinos hic & alibi oppida nonnulla deflagrarunt, incuriâ tamen ipsorum incolarum ut ajunt. B. Vale, dabam Cygneæ d. 29 Decemb. Anno 1670. Cujus Exodium felix, & insecuturi Novi Exordium omni ex parte felicissimum Tibi cæterisque benevolentibus a me honorifice salutandis ex animo apprecor.

Clariss. T. Excell.

Deditissimus

Christ. Daumius.

Doce me, an. M. Christianus Hofmannus Jenâ ad vos accesserit. Debeo enim humanissimis ejus literis responsum, quod proxima occasione, si sciam, ubi hæreat, expediturus sum.

XXII.

XXII.

Clme & Excellme Vir,

Fautor & Amice plur. observande.

QUem putabam rectè curatum, fasciculus meus, dum ego responsum exspecto, ad me inopinato rediit, lacer & obsoletus ferè, culpa mendacissimi nostri Typographi. Eum rescissum, nunc adjectis pauculis aliis, auxi, remittoque rogans una super valetudine tua, quam optimam voveo, & rerum vestrarum statu. Ego hactenus & Scholasticis & domesticis negotiis, gravedine insuper admodum ultra sesqui mensem molesta, valde abstractus fui a Musis meis extraordinariis. Rigæ quæ restant, puto hac si vivimus æstate me absoluturum, ut sic totum opus collatum habeamus; post visuri quid occasio datura sit de publicationis negotio. Excell. Hankius utinam & Græcos Autores ederet, quos Viri Clarissimi alibi expetunt. Ego nuper Philostratum Aldi, & Dionem Chrysostomum vetustæ Editionis ære acquisivi. Laudatos in literis Dn. Fautoresque iterum honoratissimè saluto. B. V. scrib. Cygn. ὡς τάχιστα die 15 Maji 1671.

Cl. Tuæ Excellæ

ab omni officio & fide

Christianus Daumius.

XXIII.

XXIII.

Clariſſ. & Excellme GEBHARDE,

Fautor & Amice ſingulariter colende ac æſtimande.

Literas tuas mihi perquam acceptas cum faſciculo 15 Julii St. V. rectè appuliſſe nuntio. Pro Programmatis veſtris, quod nunc reponam ὠδὲν ἔχω. De iis, quæ bene narras, miratus ſum: ſanè, ſi ſic pergetur, humanior Eruditio paulatim, quod Barthius olim ajebat imbruteſcet: præſertim, ſi cum iis, qui Barbariei & Inſcitiæ obviam omni conatu ire ſtudent, ſic agetur. Sed quis non ſeculi denuò deſipurientis fatum ſatis deploret paulò gnarior. At nunc lamentandi locus non eſt. Mitto hac vice è Riga, quas expedivi interim philyras præſentia Virorum Doctiſſimorum D. Rappolti, Lic. Felleri, D. Telleri, Niemanni, Superint. Pegavienſis, Knüpferi Muſici Lipſienſis, M. Kiberi Rectoris Gerani, aliorumque his Caniculai ibus mirificè â Muſis meis, non injucundè tamen abſtractus. Reſtant, ut tandem integrum habeamus, Maccabæorum hiſtoria, & Daniel usque ad Hiſtoriam Suſannæ, & quæ in Novi Teſtamenti hiſtoria finem ſpectant, quæ proximè σὺν τῷ θεῷ pariter mittentur. Deinde, ſi vivo, congeram in unum volumen mundius deſcriptum, totum opus. Spero ex Bibliotheca Paulina ope vel D. Rappolti vel Lic. Felleri mei Ægidianum illum Codicem denuò & unà aliud Exemplum. Unde reſtituere integrum Autorem ſic liceat.

Nunc

Nunc confero Membranas Claudiani Mamerti, ex quibus primam Editionem publicavit Petrus Mosellanus. Animadverto & hîc, quæ ille prætervidit. De Eiresione egregiè Tu. Vidi paucis diebus antè, quam tuas accepi Carol. Paschalium de Coronis. In quo opere, nisi memoria fallit etiam aliquot capita illi data fuerunt. Quem nescio an videris. Dubito a. quia ejus mentionem non facis. Opus sanè perrarum, quod tamen Belgæ publico nuper promiserunt in Catalogis, nescio an præstiterint etiam. Nondum enim meis objectum est oculis. A Studioso quodam vestrate per alium de Osore politioris literaturæ, & Anteceſſoris, at quanti Viri! arrosore, nonnulla percepi, quæ inandisti; Ejus stilum cum cogito, nescio an intelligat, aliud esse per se sapere, & aliud per alios. De Nobiliss. Hoffmanno nescio an credam, & mirum si se ita res habeat. Sed aliud mihi persuadeo. Clariss. Viro Dn. M. Hankio amorem & officiosissimam Salutem; Professor Altdorfinus Dn. Königius & ipse Græcos ejus scriptores expetit, qui & ipse Syntagma de Viris Eruditis tam antiquis quam recentioribus meditatur. Admodum Rev. & Excell. Dn. Peiskerus noster domi hactenus non fuit, visitatoribus Chemnicensis Diœceseos adjunctus. Ubi redierit (quod faxit feliciter Trinunus!) Tuis & Nobiliss. Cunradi, cui itidem à me Salutem officiosissimam, verbis à me salvebit per quam honorificè. Orationem de Eiresionis tuam quid quo minus publici fiat juris prohibeat, non video. Quin ede bono cum Deo,

strenue

strenue Momo medium digitum ostensurus. Incidi his diebus in Concionem funebrem Setho Calvisio Lipsiæ habitam, in qua reperi eum Gorslebii pago Thuringiæ prope Sachsenburg 20 Feb. 1556 natum, obiisse a. 1615. 24. Novembr. quod primo millenario Cunradino inseri potest. B. V. τερίφιλτατον κάρη, & diu vive cum omnibus mihi faventibus. Scrib. Cygn. d. 19 Aug. 1671. raptim.

Clariss. T. Excell.

omni affectu & studio

Christ. Daumius.

Reperi unam & alteram chartam Tuis reponendam, quas boni quæso consulas.

XXIV.

Clme GEBHARDE,

Fautor & Amice pramodum colende.

VEstras pridie Kl. Octobris accepi, quam gratas nulla facundiæ vis exprimat. Unum doleo, me quicquid est hoc responsi, ob brevitatem otii festinare cogi. E. Rigensi, pro cujus collatione gratias debebo, iterum nihil hactenus à me describi potuit amplius, etsi inceperim philyram: infinita n. id impedierunt. Faxo autem mittatur, quantum poterit, per Cronewitzium nostrum, proxima σὺν θεῷ occasione; promisit enim se curaturum mea. De μισοκάλῳ vestro valde animum legentis concitarunt, quæ narrasti. Liber, non literæ, scribendus esset, si in chartam, quæ animum meum maxime indignabundi tum, cum Tuas legerem, sub-

subierunt, vellem conjicere. Et jam aliquid chartæ permissum fuerat. Sed aliis, mox vi, quasi abreptus stylum quasi desii, & cum hæc occasio non esset prætermittenda, aliaq; undiq; ingruerent, certoq; etiam, nonnihil ubi fervor ille resedit, consilio, retinui imperfecta. Lic. Fellero heri quæ voluisti, transmisi. Mittit contra cum sal. pl. de Parodiis, & de Fæminis eruditis. Hac horâ accepi à M. Köbero literas, ad quas ubi responsum paravero, Programmata cum honorifica salutis à Te nuncupatione una mittam. Sartorii vestri τὸ μαγαζίῃ nunc sarta tecta res est, omnis pipuli in posterum secura, quippe in tali loco positi, ubi nemo Zeilastor, nec aliud malum in illum arietabit. At Musæ, quarum genuina hic proles fuit, damnum passum in Manilio præsertim barbariei rursus damnato, dolere nunquam desinent. Contuli ipse superioribus annis, hunc Poëtam cum veteribus membranis ordinem quidem versuum secundum vetera exempla servantibus, præterquam in libro 3. ubi post versum 399. ex initio libri quarti versus stolidè inserti, & ordo parumper mutatus erat: à librario tamen ad oram signis, quomodo collocandi essent versus notati. Reperi autem nonnulla, quæ neq; Scaliger neq; Junius annotarant, non insuper habenda iis, qui capiunt, usur pariq; possunt, non præ nimia sapientia somnientibus Utopias & Ideas Platonicas. Clmi Hankii literas exosculatus sum, responsumq;, nisi iterum interturbabor, vel paucis hac in festina-

ſtinatione expediam. Interim ſal. pl. Heliconis Corculo, Nobiliſſ. et Ampliſſ. veſtro Cunrado itidem ſalutis plurimum. Quod nunc reponam vobis dignum ἐδὲν ἔχω. Hæc ne prorſus tacerem, etſi turba avocantium ſilentium pænè imperaſſet. B. V. ἐμῷ περφιλημένε θυμῷ GEBHARDE Eruditiſſime, & millies cum omnibus faventibus mihi ſalve. D. Cygn. d. 8. Octobr. 1671.

Clariſſ. T. Excell.

Addictiſſimus

Chriſtianus Daumius,

Ex literis Fellerianis d. 7. Oct. deproperatis: Freſione Dn. Gebhardi placuit mihi valdopere. Cui meo nomine & ſalutem dices & gratias, quas meretur humaniſſimas.

XXV.

Clariſſ. Vir.

Fautor & Amice ſingulariter colende.

FAſciculum meum, quem Lipſiam, ut Fellgiebelio traderetur, curavi, nunc neſcio cuinam Mercatorum veſtratium traditum eſſe audio, ſpero interea ad Te recte perveniſſe. Hac vice quod in illis promiſi reliqvum Rigenſis Petri tandem accipis, pari cura, qua cæteras pagellas hactenus, cum Membranis conferendum. Cæterum à propoſito veſtro ne reſiliatis, bonaſq; literas quas talium oſores nequaquam intelligunt, propagare, quod ſoliti hactenus non ſine inſigni gloria fuiſtis, pergatis, magnopere inter alios & ipſe vos hortor. Floruit

hucusq;

hucusq; iis studiis vestra Silesia, & præsertim ante Bohemicum bellum vix in Germania locus fuit politioribus Musis, quæ sedem ibi fixisse videbantur, faventior, celebriorque. Nunc vero nescio qualis Eruditionis, certe ut quæ vidimus produnt, satis incuriosæ minusque judiciosæ ac ad barbariem inclinantis, homo voluntati vestræ in honestas literas propensissimæ obstare velit? Hic annon ut Musarum furcillis præceps Parnasso ejiciatur, dignus sit? Sed cohibeo me, & vos sub Phœbi imo Christi potius munimine tutos valere, salvere, & ex usu bonoque publico diu rem gerere jubeo, mihique favere opto precorq;. Dabam Cygn. d. 29. Oct. 1671.

ὅλος ὁ σός

Chr. Daumius.

Quæ spes de Millenariis Nob. Dn. Cunradi; salveat Fautor Opt. Max. pancratice.

XXVI.

Clarissime GEBHARDE,

Fautor & Amice pl. colende!

GRatiarum ingentium tibi sum debitor, pro navato adeo diligenter tam molesto prolixoque studio, conferendi cum meis philuris vestras *Petri Rigensis* membranas. Eas quando rite soluturus sim, nondum video. Pro Petro reconcinnando otium opto commodum. Restat unum, quod abs te adhuc per

ot ciole rogo. Differt ordo ſcriptorum *Petri* ſupra modum in quatuor Exemplaribus, veſtro, meo, Lipſienſi, & quo Sixtus Senenſis uſus fuit. Lipſienſem peculiariter enodaram, ſed ſcheda diſparuit. Itaq; opus erit dare operam, ut aliquando iis membranis denuo potiar. Veſtri Codicis ordinem ac diſpoſitionem, præſertim quemnam Librum Threni Jeremiæ excipiant, valde vellem paucis adhuc ſignificari. Cl. Dn. M. *Hankio* quæ inſerui, haud gravatim exhibebis. Etiam Cl. Viris, Dn. M. Pomario, & M. Wendio, ſingulis Exemplum eorum quæ ſuperſunt, præmiſſa ſalutationis officioſæ honorificentiæ & *ἐυετηρίας* voto, pro ad mermiſſis eruditis eorum Muſis. Nobiliſſimo Dn. *Cunrado* pariter, quem inſingniter doleo Colicis torqueri paſſionibus, & ita inſtitium ipſi à pertexendis tam expetitis millenariis quaſi imperari. Salutem à Te perofficioſam *L. Fellero*, etſi feria cum gratiarum actione nuncupavi. Spero proxime reſponſum. Etiam noſter Epopta *L. Peiſkerus* ſalute vicaria CL. Tuam mactiat, polliceturque Exemplum Concionis funebris Conſulis noſtri Doct. Gebhardi p. r. ubi excuſa fuerit. Uxor mea, ex qua Tuas accepi, lecto non exceſſit, & neſcio an valetudinem recuperatura ſit, utpote ſeptuaginta quatuor annos proximis diebus, Deo largiente vitam, expletura. Hinc cura domeſtica me a Muſis extraordinariis planè avocat; ne quid dicam de mille aliis remoris. Quapropter jejunas nunc meas ſubitariasque boni conſules, & me

quod

quod facis, amare perges. Scrib. ὡς ταχιστα Cygn. IV. Non. Jan. anni recens exorti M. DC. LXXII. quem felicissimum Tibi cum multis secuturis ex animo apprecor.

Clariss. T. Excell.

perstudiosus
Ch. Daumius.

XXVII.

Clarissime & Excellme Vir
Fautor & Amice pl. colende.

MEas cum fasciculo superioribus nundinis an per Lipsienses curatas rectè acceperis, scire admodum haveo. Me hactenus in vale tudo uxoris meæ, & novi Con-Rectoris miri mores, cui etiam noster Ephorus non parum infensus, at è diversa parte senatus nimis favens est, ab amicorum officiis valde removit. Accessit præterea Cato meus, prelo denuo subditus, quem Bibliopegus & Typographus, nimis contra votum & occupationes meas urserunt, festinaruntque. Nec sane votis meis satis fecit, non tantum qua vitia Typographica quæ remanserunt; sed qua totum opus, quod aliter cocinnare & reformare meditabar. Sed hanc curam inposterum seponam. Exemplum Tibi unum & Cl. Hankio alterum adjunxi. Ultra enim viginti Exemplaria pro toto labore à pleonectico illo sumptuario non impetravi. Quod me valdè nunc piget pudetque. Sed sero sapiunt Phryges. Cl.

Dn. *Hankio* salutem a me nuncupabis, & schedam insertam exhibebis. Scripturus ad ipsum eram, sed brevitas otii & festinatio ejus, cui has curandas commisi, non patitur, occurruntque jam alia agenda, ut & has præcipitare cogar, quare finio & optime ac diu vos una cum Nobiliss. *D. Cunrado*, cæterisque Fautoribus honorifice salutandis bene valere jubeo, Dab. Cygn. d. 28. April St. V. 1672.

Clariss. T, Excell.

Addictissimus

Chr. Daumius.

XXVIII.

Clarissime Vir.

Fautor & Amice pl. honorande & colende!

QUas Naumburgum Te ad me curandas misisse ais, ego nullas vidi. Et sane doleo, si perierint. Nam a quo post tantum temporis intervallum sperem? Uxoris valetudo meliuscule jam se habet, excepto quod ægre domo, bacillo licet innixa, pedem effert, nisi cœlo meliore, intercurrunt & Catarrhorum, & alia senii incommoda, quæ ferri oportet, ut inde indeclinabilia. Clariss. Viris ac Magistris, *Pomario*, *Hankio*, *Wendio*, pro gratis donariis gratias ago; quod vero contra reponam, nunc non suppetit, ne ipsius quidem *Catonis* mei Exemplum. Quam primum se

quid

quid obtulerit, asservabo, alia occasione, si vivam, mittendum. Consulis nostri Dn. *Gebhardi* Concio funebris non est excusa, nec excudetur facile. Hæredes volunt quædam in illa aut tolli aut mutari. Quod noster Ephorus facturum pernegat, qui pro Programmate Tuæ Excell. gratias agit. Mei Collegæ mores non parum mutabit futurum Matrimonium. Habet enim non tantum speratam, sed &, ut ajunt, partam, invitis tamen nonnullis de Proceribus, sed & de pristino fervore jam multum remisit. Indicibus meis nonnullam dedi operam hoc anno, sed collatam ad aliorum annorum operam, nullam pene. Ita hic totus Annus periit domesticis scholasticisque impedimentis. Quod animo meo maxime ægre est. Quid? quod vires tenuis corpusculi mei in dies collabascunt; Nam quæ contra calculum juvant, cujus dolores ope medicamentorum attriti & educti, ut nullos fere jam sentiam, ea autistomacho, aut jecori, aut cerebro infesta sunt. Quod vel ex meis literis præsertim si propero conjicere habes. Accedunt & flatus hypochondriaci, qui continuis & cogitatis scriptionibus exacerbantur. Nonnullam tamen & operam impendi Catalogo Bibliothecæ meæ, tum mihi, tum posteris meis necessario, quem nondum absolvi. Nobiliss. Dn. *Conrado* salutem dico, & perpetuam valetudinem precor, optoque, ut favente tandem beetur Typographo. Qua de re & Thomasium θαυμάσιον monebo. Nactus sum nuperrime *Jani Dubravii* Theriobuliam a Beatiss.

tiſſ. ipſius Parente editam, marginibus tamen admodum reciſis, jucundum mihi opuſculum. Mirifica apud nos Lipſiæque fabula hactenus de *Kirchhofio* Grimmenſi ICto qui ſe Altdorffii in Doctorem Juris hoc anno promotum ex ſcriptis ſuppoſitiſque Programmate ac Diſputatione mentitus fuerat: ego autem e veris Programmatibus inde acceptis apud noſtros Proceres confutaveram. Qui uxore divite hic ducta, & deceptis noſtratibus Doctor audit, Lipſiamque poſt nuptias profectus ob infinitas falſimonias carceri impactus fuit, nunc à ſocero & marita deſertus δοκτωρ ὁ δείκτωρ ſententiam Doctoris de ſe exſpectat. B. Vale. Deproperabam Cygneæ die 22. Oct. 1672.

ὅλος ὁ σός

Chr. Daumius.

XXIX.

CL. V. JOHANNI GEBHARDO.

Chriſtianus Daumius. S. P. D.

TAndem ab *Heinſio* heri lætus obtinui reſponſum. Quod ut commune Tibi mecum eſſet, ſtatim apographum curavi. Vides, ut tuæ perierunt, ita & Heinſianas priores periiſſe. Quod inſigniter doleo. Reſpondebo quam primum licuerit. *Kirchhofii* actiones nondum finierunt. Sed indignus is, cujus ulla habeatur ratio vel mentio fiat. Gratum eſt Fellgiebelii voluntatem in meis Indicibus

bus procurandis intelligere, & libentissimè ipse permitterem Editionem, modo sic in mundam scripti essent, ut absque nævis commodè alibi possint excudi, præterea nec ultimam manam passi fuerunt, & restant infinita e schedis multo tempore congestis, etiam in libris ipsis annotata adhuc inserenda: quæ nollem abesse, licet ingenti illi operi sint & infinita, ne in immensum excrescat, contra eximenda. Quare si alibi, quam apud nos, me non præsente opus hoc esset typis exscribendum, omninò foret denuo describendum & maximam partem a me ipso. Sed de eo alio tempore plura. Nunc festinat præter spem noster Crenowitzius, qui fasciculo se onerari negavit, & vel hanc invitus susscipere visus fuit. Proximis Nundinis θεὸς διδόντος plura. Nobilisſ. *Cunrado* & Clariſſ. *Hankio* salutem officiosam a me nuncupabis. D. Gebhardus, quod scire voluit, d. 15. Dec. 1671, obiit d. 20. Sepulturæ traditus. Indicem Bibliothecæ meæ nondum perfeci, etsi non parum superiori mense illi conficiendo illaborarim. Emortuale tempus *Joh. Cunrad. Dieterici* frustra alibi indagatum, superiore mense exploratum ibam, ad *M. Schurtzfleischium* ejus discipulum, sed responsum adhuc exspecto. Spero certiora proxime; Hæc in anteceſſum quam properantissimè. B. Vale Amice pl. honorande & mihi cupere perge. Cygn. d. 16. Febr. 1673.

XXX.

*Cl*me GEBHARDE,
Fautor & Amice æstimatissime.

NArro Tibi non sine maximo luctu *Marthan* meam amatissimam, uxorem concordissimam, fæmineisq; virtutibus apprime decoratam die VI. Martii, postquam per quinq; dies ultimum decubuerat placide beateque inter astantium preces exspirasse, & 12*mo* terræ matri omnium mandatam, cum expleviss̃et ætatis annum septuagesimum quintum, nata ex honestis parentibus, utut mediocris conditionis d. 21. Jan. 1598. Cöstritii prope Geram Ruthenorum. Eâ amissâ, quam amara mihi vita sit, in tanta solitudine, & scholasticarum domesticarumque occupationum tumba, & tam varia valetudine, facile conjectura deprechendes. Sed sic Deo placuit: Ejus nomen sit benedictum. Ipsi post tot senii incommoda vitæ saturæ, potius est gratulandum, quod omnia adversa exierit. Me vero quid non mali hinc aggravát? Ei Epicedia è vestro Helicone mihi polliceor. Erunt mihi efficaci solatio Manibusque meæ magno honori ac decori. Concionem funebrem a Max. Rev Peiskero nostro habitam typis exscribi curabo, quam primum ipse descripserit, & Typographus aliis sese expedierit, & Carmina ego collegero. Dieterici Natalem nondum, quod doleo, pro CL*mo* Hankio, officiosissime cum Nobilissimo *Cunrado* salutando explorare potui. Facile cogitabis, quantæ calamitas domestica

remoræ

remoræ fuerit, ne dicam amicos quandoque cessatores esse. Sed Schurzfleischio per cognatum Witebergam cras abiturum aures denuo vellicabo: *Heinsii* nunc Elegiam mitto, quam Typis exscribendam, ut essent exempla, curavi. Fürstenbergii principis Paderbornensis puto Te vidisse elegantissima Poëmata nuperrime recusa. Ad ea alluisse nostrum Heinsium deprehendes. Ego nunc nihil aliud possum, quam Deum ut venerer, uti omnem calamitatem, cujuscunq; generis, à vobis amoveat, aut si amoveri per fata non licet, diu diuque differat, h. e. uti seri in cœlum redeatis diu que interfitis bonorum ac eruditorum choreæ. Quovoto luctus adhuc plenus, finio, & præsentes chártas boni consulere (nec n. Musæ nostræ nitidius sapiunt) prolixe jubeo B. Vale mi CL. *Gebhardе* una cum Nobilis. *Cunrado* CL. *Hankio* Amplissimo Mühlphorto, cæterisque amicis, quibus omnibus itidem salutem uti & *M. Christiano Hoffmanno*, si apud vos est, plenis faucibus annuncio. Dam propere Cygn. d. 18. April. 1673.

Vester

ab omni officio ac studio

Christ. Daumius.

XXXI.

Vir Clarissime,

Fautor & Amice Honoratissime.

COnsolatorias Tuas, Vestrorumque una Epicedia, pro quibus uti Tibi pararo maxi-

maxime, ita & singulis ago habeoque gratias, memor futurus, (Deus faxit in læto utrinque statu!) vestræ προθυμίας ac παρρησίας, lubente manu menteque accepi. Mitto hic, quæ excusa sunt Epicedia, quæ singula singulis singularibus ac pl. Venerandis Fautoribus cum præfatione honorificæ ac officiosæ salutationis, cumque gratiarum actione debita, haud gravatus distribues. Sequentur quæ restant Nostratium, Altdorffensium, & Noricorum cum Concione funebri. Quam serius exhibitam & quidem nuperrime sero etiam ad prælum admovere potui. Ab Heinsio responsum nondum ad meas obtinui: Forte hac Lipsiensium Panegyri. *Valerium Flaccum* ejus ajunt esse editum, sed obtutui meo nondum oblatus est. Indicum meorum ob nimiam molem ad typos incultam lenta res est. Nisi enim mea manu in mundam describam, desperatum fere erit negotium. Dum enim diverso tempore ex diuersis Auctoribus, quæ se offerunt insero, & spatium aliquando amplum chartæ, aliquando nullum supersit, factum hinc, ut mihi quidem satisfeciisse videar aliquando, non autem Typographorum filiis. Quid? quod multa erunt delenda, quæ integra ex libris præsertim non meis descripsi, judicii ex collatione formandi causa; non autem moli vitandæ sic in publicum producenda. Si me præsente excuderentur, facilius per schedas insertas, deletis intricatis malo huic mederer. Sane totius operis discriptio mihi admodum molesta erit, præsertim festinata, nisi per

partes

partes. Reſtant unus & alter Index pæne toti reficiendi. Menſem unum & alterum ei negotio ſub Anni hujus initium impenderam, antequam uxor b. r. mea ultimum decumberet. Sed dolores hypochondriacos exinde adeo movi, ut totum hunc annum perſenſerim. In tantum tortor ille prolixis & continuatis laboribus infenſus eſt. De noſtris invicem curandis tuum in poſterum ſequar conſilium, & omittam pleonecticum illum & inoffcioſum Mercurialem. Pro à Te miſſis ultimis tuis gratias itidem meminero. Utinam prius miſſa, ſic ad me ventitaſſent. Miſſurus ad Te eram Diatriben meam *de nullitate Aoriſti ſecundi.* (Eſt enim Imperfectum Amiſſi in præſenti verbi,) & *Futuri ſecundi*, apud Græcos. Sed emendata adhuc, occupato inſuper plurimis Typographo, typis exſcribi non potuit; nec potui per Diſcipulos deſcriptam dare, cum αὐτόγραφον meum unicum apud unum & alterum Amicorum, in quorum gratiam ſcripſi, diutius hæſerit hactenus, & illaboraverim Indagatori Radicum Græcarum, ſæpiſſime tamen interturbatus. Fiet, ſi allubeſcet, alia occaſione. Interim vale exanimo, mi Chariſſime *Gebhardе* & ſalve

à Clariſſ. T. Excell.

Dab. Cygn. d. 7. Oct. 1673. *Studioſiſſimo*

Chriſt. Daumio.

XXXII.

XXXII.

Clarissime GERBHARDE.

Fautor & Amice ἀμεταλήπτε.

VEstratium Epicedia, quæ excusa superioribus nundinis misi, ad vos perlata esse arbitror. Hinc ipsam Concionem funebrem cum residuis Epicediis accipitis. Quæ distribues singulis Fautoribus meis, Viris honoratissimis & mihi amatissimis, Carminum Autoribus. Quibus denuo gratias pro officiositate hac longe decentissimas ago habeoque, cum referendo non sim. Sed heus, Candidissime *Gebharde*, res meæ non aliter tulerunt hactenus, quam ut de nova vitæ Consorte mihi quærenda cogitarem, quæ rem domesticam ex voto meo gubernet. Ea est Amitini mei *M* Andreæ Auerbachii, primum Collegæ Tertii Illustris Ruthenei, quod Geræ floret, post Pastoris in Dieschiz & Ministerii Rutheno-Gerani Senioris, *νῦν ἐν εὐλογία*. Filia *Anna Margaretha*, virgo viginti novem fere annorum, quæ cum ultra undecim annos rem familiarem meam fideliter industrieque administraverit, seq; probe, pie ac pudice gesserit, mihi præ cæteris placuit, & morum morborumque gnara, & ipsa orphana a Patre ante obitum beatum suum mihi commendata, & ab ipsa uxore mea p. r. paucis ante emigrationem ex hac vita horis mihi quasi in manum tradita, indultuque clementissimo per Proto-Synedrium Ecclesiasticum

cum Sereniſſimi Electoris mihi nubere gratis permiſſa, cum qua ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν nuptias parabo, d. 28. Jan. ſecuturi, utinam Tibi mihique feliciſſimi pacatiſſimique Anni, ad quas Te cum cæteris meis Fautoribus longe honoratiſſimis, quibus interim officioſiſſimam ſalutem plenis buccis à me annunciabis, invitarem, exoptatiſſimoſque hoſpites ac Convivas expeterem, ut veſtro vultu, colloquioque ad ſatiem animum explerem. Sed heu nimis loci diſtantia mihi maxime inviſa id vetat. Eritis igitur animo & pio voto præſentes, ſi non corpore. Et ego pro veſtra ſalute atque incolumitate viciſſim vota cum Mea facturus ſum indefinentia. Hæc hac vice. Nam infinitæ curæ, laboreſque diverſimodi prolixum eſſe vetant. Poſt Nuptias libello aliquo edito mentem gratam Proto-Synedrio declaraturus ſum. Is ubi prodierit, & vos habebitis Exempla. Delibero igitur, quemnam e diverſis meis primum ſumam. Conſilium Deus, dieſque dabunt. Forte edam Hieronymum Græcum Theologum de Trinitate, a Barthio in Adverſariis non ſemel laudatum. Sed finiendum eſt. Bene cum reliquis Fautoribus & Amicis vale, & novum annum, uti feliciſſime interea incepiſtis, ſic & tranſigite cum multis ſecuturis, omnis mali prorſus ac læſuræ ætatem expertes. Dabam Cygn. d. 29. Dec. 1673.

CL. tuæ

Cultor dedicatiſſ.
Chriſtian. Daumius.

XXXIII.

JOHANN. GEBHARDO,

S. P. D.

Christianus Daumius.

PEtiit à me ex Belgio ad me pronuper scribens Joh. Georg. Grævius meus, ut sibi Programmatis illius, quod aliquando ad Heinsium cum variis Prudentianis misisti, de Bibliotheca Rhedigeriana copiam rogarem, & explorarem simul, Uratislaviæne hæreant adhuc Bibliothecæ Jac Monavii & Joh. Cratonis, an alio translatæ sint, modo non mature distractæ fuerint. Ei ut gratificeris quantocyus Te quæso. Misit ad me ex Codice Trajectino varias Palponistæ mei, unde lacunas explere & multa emendare possum. Meditatur & ille novam Ciceronis Editionem, & auxilia hinc inde veterum Codicum conquirit. Heinsius Val. Flaccum sub prælo habet, editurus & Fragmentum Petronii Tragurianum emendatius, & suo autori asserturus. Quæ mitto æqui bonique facias, rogo. Hankium nostrum pl. sal. impertio, & doceo Dietericum, subjiciente id ejus Discipulo Schurtzfleischio, natum fuisse XIX. Jan. CIↃ IↃCXII. Denatum XXIV. Jun. Anno CIↃ IↃCLXVII. Hieronymum Græcum certis de causis distuli: Edidi autem prius Gerontica Barthii, quæ vides. Cujus postea nactus sum Animadversiones in XI. belli palæstini Bongarsianos scriptores. Restant autem adhuc duo Gul. Tyrius, & Alb. Aquensis. Hos, ut latibulis

tibulis ſuis pariter eruam, allaborabo, utinam favente Delia. Epithalamia aliunde, ut Lipſia, Witeberga, Altenburgo, Gerâ miſſa non ſuffecerunt. Sed ab Affinibus meis in Nuptiis ipſis diſtributa, & ab aliis ſurrepta fuerunt, ut vix mihi Exemplum remanſerit; Sed jactura illa faciliè ferri poteſt. Mitto, quorum major copia fuit, quæ diſtribues, prout libebit. Serò ſuum miſit Altdorfio Königius, & quidem Græcum, cui Tuum Epicedium Meæ ſcriptum apprimè placuit. B. V. Clariſſ. *Gebhardo*, & hactenus multipliciter aliis occupatiſſimum excuſa, & veſtros benè mihi volentes a me plurimum ſalutà. Dabam Cygn. d. 7. Maj. 1674.

XXXIV.

JOHANN. GEBHARDO. V. CL.

S. P. D.

Chriſtianus Daumius.

HEinſius ſuarum ſuperioribus annis ad Te datarum literarum, quæ cum illis, quas ad me exararat, amiſſæ erant, nuper cum novis, & Elegiâ, quam, ut Exempla pro Amicis haberem, recudendam hic dedi, ad me miſit Apographum. Illud ipſum, quale nupperimè accepi, ad Te, una cum Exemplo ad me datarum Epiſtolarum, exhibeo: orans, ut ſi, quæ ſuperioribus rogavi, pro Grævio etiam nunc Senftlebii Exemplo gratificari, et ſi non alia commodiore via, vel per me ea cures. Gra-

tissimam rem ipsi feceris, nec immemorem hujus beneficii se Tibi præbebit. *Bosium* heu nostrum amisimus: quod non ignotum vobis reor esse. Ajunt enim inter successionis Candidatos & vestrum *Hankium* a Facultate Philosophica denominatum. Qua sparta, quam meretur, utinam ornaretur. Sic enim esset mihi vicinior. Eam, modo voluerit, præ cæteris ajunt consecuturum ex facili; quoniam in Aula Gothana, unde fuit ægrè dimissus, bene meritus & æstimabilis Vir, præter Consiliarios, præpotentem Patronum habet ipsum Principem: & in ipsa Academia Salana æstimatores scriptorum suorum propensissimos; inter quos ipse fuit B. *Bosius*. Ut nihil de Ingenio, Iudicio & cæteris dotibus addam, quas liberaliter a Deo consecutus est. At audivi, ipsum Patriam peregrino loco præferre gavisum, recusavisse oblatam etiam ex Aula per Patronos veteres Provinciam. De quo si non citius Fama, tu me certiorem facias. B. V. & si ἐκ τῶν δυναμένων brevi rescribe; Iterum Vale, & mihi fave, mi amatissime & honoratissime Amice, & nobilissime. *Conrado*, *Cl. Muhlpfortio* aliisque Fautoribus salutem a me nuncia. Dab. præpopere Cygn. III. Non. Jun. St. V. 1674.

Fasciculum augere nunc nolui, ut eo citius protraderem. Fiet proxima occasione.

XXXV.

XXXV.

CLme GEBHARDE.

Fautor & Amice pl. observande.

GEnimas tuas, 9. Maj. & proprid. KL. Jul. datas, uno die 13. Jul. nimirum st. Vet. junctim accepi. Pro additis ἐυχαριςῶ. Respondissem citius, nisi tum invaletudo impediviſſet, quæ me aliquoties lecto affixit, tum præsentia *Felleri*, qui cum socero suo *D. Rappolto* in Varisciam ad aliquot dies curru vectus fuerat, per quem in MStum Alani, quod hactenus neque vidi neq; accepi, inquisitionem apud Tralleſium institueram. Sed frustra. Ille primum de nupero intelligens fasciculo dixerat Felleri ancillæ traditum fuisse; Sed deinde edoctus nos superioris anni fasciculum poscere, se Buschmanno, nescio cui, nunc in Lusatia degenti, illum ad publicum Rhedarium, qui Cygneam alias excurrere amet, transferendum tradidisse, Fellero ex itinere Lipsiam reverso dixit scripsitque. Ex Tralleſio igitur ipso rectius cognosces. Nam Rhedarius ille quis sit, me fugit. Aderat superiori mense Limprechtus mihi, sed vix ad semihorulam, qui quid Libro factum esset, ignorabat. Gravissime igitur fero, sic tuum periisse officium, mihi beneficium, De Indicibus rectè conjicis. Si illum tempus unquam fuit, quo neglectius eos habuerim, hic ipse annus fuit. Adeo diversissima me abripuerunt a Musis consvetis. Paradoxon de A. 2. mitto. De quo velim ac-

curatissimum Tuum judicium aperias mihi. Addidissem Indagatorem Radicum, sed cum nondum, ut velim, sit expolitus, & evolutionem nonnullorum Græcorum scriptorum is sibi postulet, nec habeam Exemplum descriptum, longè enim prolixior hac Diatriba est, non potui hac vice gratificari Tibi. Habes tamen hic ejus προόγευμα quoddam. Latino itidem aliquid operæ dedi, sed infinities interruptæ. De Jota in Conjunctivi secunda & Tertia persona singulari subscripto, hæc jam olim observavi. Præsens recte retinet, τύπ]ης, τύπ]η, quia ex τύπ]εις, τύπ]ει. Ubi ε in η mutatur & Jota subscribitur. Sic & in Aoristo vulgo secundo. At in præt. perf. tum Activo tum Medio, quærat quis cur subscribatur. Esse enim, oggerere possit, τετύφης, ἀ τέτυφας, τετύφη, ἀ τετυφε, τετύπης ἀ τέτυπας; τετύπη ἀ τέτυπε. Sic τύψης A. 1. ab ἔτυψας; τύψη ab ἔτυψε: In Medii a. Aoristi, 1. τύψη recte Jota subscriptum possidere, quia ex τύψειε &c, Sed audi: Præteritum & cætera Conjunctivi Tempora, uti & in Optativo, sic formationem & scriptionem a præsenti Conjunctivi desumunt. Alioqui si ab Indicativi præterito & Aoristo formarentur, prima pluralis non τετύψωμεν, & τύψωμεν, sed, τετύφημεν & τύφημεν deberet formari. Theognidis nullum novi Commentatorem, præter quos ipse nosti, Neandrum in Opere aureo, Camerarium, quem repetiit Seberus. Latinos carmine interpretes habeo Sesegkium, Hier. Osium, Petr. Tiaram,

Casp.

Casp. Barthium. Quod novo Conjugio meo fausta precaris, gratum habeo. Καὶ σὺι θεὸς ὀλβία δοίη! Est illud ad votum, & suo tempore Pater, & Prolibasius senior, (qua voce in Carmine ad Styrzelii primum Filium usus eram) DEO annuente audiam. Gerit enim ex me uterum mea Juno. Deus prosperet partum, & servet matrem cum futura sobole. Sed frequens Affinium præsentia, qui me prius frenue deseruerant, multum mihi suffuratur temporis; quod mūsis meis molestissimum est. Programmata vestra mihi gratissima. Utinam autem Exercitiorum ipsorum specimen aliquod visere daretur. CL. Pomario salutem, Amorem ac officia, ut & CL. *Hankio*. Hæc ad priores. Grævio tua misi. Verum gemino fasciculo ad eum per fratrem ejus curato, ad neutrum responsi quid appulit An Heinsii ad Te datas, a me 3. Non. Jun. St. V. missas acceperis, anxie sciré laboro. Distuli ea propter meas ad illum. Superioribus tamen diebus rescribendum erat, occasione sic svadente. Querelam tuam de neglectu Græcæ Lingvæ, & ego iterarem prolixissime, nisi brevitas otii silentium potius imperaret. Reales, quam non semper sint reales, accuratiores vident & acutiores; Habeo Dissertationem Barthii contra Reales Realissimos, super studiis suis. Responsionem ἀνέκδοτον. Ipsum Vocabulum non a Re sed a Reo tam bene fictum, quam Logicorum illud præceptorei-

reitas, quod caret Autoreitate, ut jocari soleo. *Sebisii* vestri vaticinium & ipsus metuo, ne eventu comprobetur. Utinam ne fiat! In Academiis etiam superiorum facultatum multi alienis seornant plumis. Sunt tamen adhuc, qui Musis dextre operantur. Numerus apud nos Poëtantium nunc etiam decrescit; nec habeo discipulos pari, ut antea, fervore in Musas ruentes; hinc & ego, præsertim senio & valetudine non semper commoda accedente, ad versus faciendos impigresco. Cum Versiculum illum Anthologicum: Multos Thyrsigeros paucos est cernere Bacchos, mille quingentis Hexametris, & trecentis solis Phaleucis olim variarem, sæpe assidentibus mihi discipulis aliquot paginas uno die implevi. Nunc vix habeo, qui in mundum describat. Si quid vel Heinsius, vel Grævius, ad quem schedam tuam misi, rescriperit, faxo quam primum habeas. Nobiliss. *Cunradi* à me honorificentissimè salutandi, quando prosopogr. Melicam viset orbis literatus? Joco ejus Gamico lætatus fui; Dietericum Hessum arbitror. Inquiram porro, ut certo sciat. Claret editis Antiquitatibus Biblicis, Commentario in Hesiodum, specillo Chrestomathias. &c. Diatribam meam Typis tradere hactenus nolui, iis indignam ratus. Quid Tu censes? Ornatu caret. Ornari res ipsa negat, contenta doceri, ut illo Manilii utar. Hæc vel centies interturbatus scripsi; gravedine insuper molesta

sta afflictus. Ignoscis igitur inficetiis meis deproperatis & quidem satis garrulis. B. V. ἀξιέραστε Amice, & cum Tuo-Meis vive diutissime. Dab. Cygn. d. 9. Sept. St. V. 1674.

T. T.

Christ. Daumius.

XXXVI.

JOHANNI GEBHARDO, V. C.

S. D. P.

Christianus Daumius.

HEinsianas, quarum apographum jam prídem â me accepisti, leges nunc amabisque scriptas manu. Appropinquarunt hoc mense demum, dum ego ad Superiores meas responsum exspecto. In iis si quid ab apographo, de quo non dubito, variat, mihi indices rogo, aut potius hasce descriptas mecum per occasionem communicabis. Tuas hac occasione cum Senfftlebio denuo ad Heinsium Hamburgum transmitto, per Langemannum curandas. *A Grævio* enim hactenus nihil obtinui, fratrisne culpa, qui meas serius, quod suspicor, curavit, an culpa alterius, non exputo. Nam quibus id demando, ii negotium satis frigide agere videntur. De mea Diatriba quid sentias, anxie exspecto judicium tuum. Dum hæc scribo, uxor mea, quæ facili quidem partu filiolum Johannem Christianum 30. Octobr. mihi enixa fuerat, strangulatione

glatione uteri, qua jam unum & alterum diem laborarat, cum Epilepsia, ut videtur, adjuncta denuo admodum laborare cœpit, nec videntur, quæ opem latura sperabamus, aliquid efficere, remedia. Deus adsit illi benignissimo suo Numine, eamque mihi servet, nec me iterum viduum faciat, privetque charissima & fidelissima Conjuge, quæ, etsi senem, ardenter tamen amare non cessavit hactenus. CL. Martini *Hankii* nostri de scriptoribus Romanis secundum librum doctissimus Joachimus *Gesenius*, cujus opera est editum hoc opus, Lipsia mihi transmisit. In eo bene, imo optime supplevit omissa in primo Libro, Certe hi L. scriptores, quos C. prioribus addidit, præsertim Philo Judæus pulcherrime descripti leguntur, adeo, ut hujus Viri cum vigore videatur crescere labor, quem mecum, ut audio, non Lipsienses tantum, sed alibi quoque summi Viri probant; cujus Lucubrationes in hoc genere Vossianis præferunt, tanquam multò accuratius dispositas & perfectius elaboratas, & ad nostra Tempora continuatas. Hinc tanto majore jam ardore exspectamus ab eodem Autore scriptores etiam Græcos. Ei, ut & Nobiliss. *Cunrado*, & politiss. Mühlpfortio, Salutem plur. adscribo B. V. Dab. Cygn. d. 28. Decembr. 1674.

XXXVII.

Clme GEBHARDE,

Fautor, Amice, & Evergeta pl. honorande & colende.

OBstupui munere tuo tam argenteo, quam chartaceo, utroque sane insigni, & inter κειμήλια si quæ erunt, reponendo, insperato prorsus, accepto, Cl*me* & eximie *Gebharde*. Pro quo gratias egeram, rescripseramque statim, nisi Bibliopegus noster Stümpfeldius, cui fasciculus Lipsiæ traditus erat, cistæ suæ, quod argentum literis inesse senserat, in clusisset, & illa sero Cygneam advecta, longeque serius mihi ille sed rectè exhibitus fuisset. Ex hinc variis ἐμποδίσμασι, & occasione mittendi commoda minus apparente, nec valetudine semper optima nolens volens ad hoc tempus distuli. Quas vero gratias satis Tibi reponam? Non est certe mearum virium. Θεὸς δὲ σὶ ὄλβια δοίη! Quod si valetudine uteris jam firma, ex animo gaudeo & gratulor, optoque ac voveo eam diuturniorem. Heinsianarum mitto Epistolarum alia Apographa. Libros, quorum mentionem facit, salvos accepi. A Magliabecchio, cui Hieronymus meus, cujus alia tibi mitto exempla, perquam acceptus fuit, spero Florentiâ proxime ad meas responsum. Vidistine Fulgentium Jac. Lœheri, quem Munkerus tantopere expetit! Ego vilioris puto esse census. Habemus ejus Horatium & nonnulla Poëmata, quæ aversatur Gruterus

præfatione partis V. Deliciarum Poët. Germanicarum. Si vidisti, quid de eo opineris, haud gravatim aperi. Nobiliss. & Amplissime Cunrado salutem cum εὐεξηρίας voto, ad quem insertas deproperavi. Nec n. gravedo satis molesta plurima exarare nunc patitur.

B. Vale, salve & noviter inceptum hunc Annum cum longe pluribus, sed omni ex parte felicibus ac tranqvillis faustissime auspicare ac valide exige. Dab. Cygn. postrid. KL. Jan. A. cIↃIↃCLXXV.

Tuus

omni amore fide atque officio

Ch. Daumius.

Cæteros Amicos & Fautores apud vos meos & salute, & εὐεξηρίας voto itidem decentissime a me mactabis.

XXXVIII.

CLme GEBHARDE.

Amice & Fautor ἀμεταλήπτε!

ALani, ut video, recuperandi nulla spes, neque â Rhedariis nostratibus, qui ignorant, neque a Tralleſio, quem mea causa, qui denuo compellare jubentur, itidem, quod miror, silent. Doleo sane Codicem & Be-

Beneficium tuum tam inſperatum, tam expectatum, meumque Commodum ſic periiſſe; Utinam ſignificaſſes maturius. In recenti enim facto facilius patuiſſet auxilium, & indagatio tutior feliciorque, certe opportunior fuiſſet. Sane quia tu literas tuas non addideras, ſuſpicari, (ſi ſuſpicioni hic locus) adigor, vidiſſe aliquem talium cupidum hominem apud Tralleſium Codicem, atque ab ipſo vel eo cui Tralleſius tradiderat, ſi tradidit, ſive preceſive pretio uſui ſuo ac poſſeſſioni etiam extortum obtinuiſſe. Sed hæ Conjecturæ ſunt. Sperarem adhuc in manus meas venturum faſciculum, ſi obſignato Codice literæ ad me fuiſſent additæ, vel ſaltem inſcriptio pertinere ad me faſciculum. Ita hæret Heinſianus faſciculus, ſuperiore Martio ad Lucam Langermannum Hamburgum miſſus, adhuc in itinere, ut didici ex literis 25. Maji Greg. Hagæ-Comitis datis 16. Junii Greg. ad me perlatis, ſed non cum munere Alcini Aviti Sirmondiani, quem mearum curator ſecum aſſervat, commodiorem mittendi occaſionem captans. Sed & ipſe Heinſius meum faciculum, cui Senftlebius tuus inerat, nondum accepiſſe miratur, doletque. Paradoxum meum de Aoriſto mea pace retineas; uti ego retinui Nobiliſſ. Conradi literas remittendas, ſi repoſces. Auxi interim illam Diatribam, firmavique ulterius, imo in ordinem concinniorem & magis perſpicuum redacturus ſum. Cæterum ob alios maxime tum veterum tum recentiorum ſcriptorum libros Gramma

ticos

ticos, Philologosque, ut vetus Declinandi Conjugandique ratio retineatur, vel contra Wellerum, Wellerianosque, omnino svadeo. Potest n. nihilominus nova hæc ratio, apud meliora & acutiora ingenia Veteri adjungi, longeque id utilius, modo dextre utraque Tironibus monstretur. Quod non semel feliciter expertus sum. Longe infelicius, qui post me contra nituntur. Uxor mea cum Filiolo amabili, adhuc vivunt, valentque, si valere est medicamentis non semper proficientibus adhuc vitam protrahere. Nobilissimo *Cunrado*, ex animo de amissa costa condoleo, pro Epicediis missis gratias ago, & ut ipse salvus diu superstitet, orbique literato memorata illa opera tandem communicet, unicè voveo. Ejus tuisque votis prò meis subscribat Deus, ab omni damno vos tueatur! Sed quid Dn. CONRADI Frater CHRISTIANUS jam agit? Vivitne adhuc valetque? Musis ne adhuc pristinis operatur? Id rescire lubentiæ esset; In Batavis vivunt valentque Junior Gronovius, Grævius &c. Samuel Tenullius Frontini Strategemata edidit; Theodorus Rychius Servio manum se admoturum pollicetur. Thomas Munckerus Antonini Liberalis Mirabilia sub prælo habet, quæ nuper Boëckelius ediderat. Epoptæ nostri conciones pœnitentiales Geræ sub prælo sudant. Promisit ille, Sal. & Officia sua Tibi vicissim offerens, ubi exibunt, exemplum. Exercitia Declamatiuncularum apud nos habentur certo tempore, præsertim circa Festa primaria semper. Sed Programmata

mata nulla ſcribuntur, neque e Proceribus quiſquam intereſt. Et ſi excudenda talia eſſent, meo idære faciendum. Qui gratis tot Exercitia emendare cogor, adeo aut pauperes, aut ingrati ſunt noſtrates. Rariſſimus pro valedictoria aliquid nummorum ſolvit. Olim â convictoribus aliquo beabar lucro: Nunc ædes ſcholaſticæ, quas colo, laxæ quidem ſatis, ſed ſine Conclavibus & commodis habitaculis pro hoſpitibus, & alia impedimenta tales non admittunt; Alia quæ vellem, literis mandare vereor. Libet nunc hoc monere initium ſcripti Barthiani inediti ad Reales quoſdam Realiſſimos tale eſſe: Cogitanti mihi & cum animo meo exactius diſputanti, quæ tandem capitalis illa cauſa foret, qua decepti plerique mortales, aliam in omni genere diſcilplinarum viam inſiſterent, quam quæ plurimis obſtaculis atque ambagibus ad caput fontemque ipſius expetiti boni traduceret, non alia apparuit ulla, quam defectus in nobis communis divini illius ignis, quo ſubigi conſveverunt ingenia innocentia, & ad culmina â Deo profectarum ſcientiarum allevari. An idem ſit exordium excuſi illius Tractatus, quem anonymum legiſſe ſe ait Nobiliſſ. Cunradus, valde ſcire vellem. Eſt a Fragmentum ſaltem quatuor aut quinque fere Quaternionum nondum ab ipſo Barthio abſoluti ſcripti, ut manu ſua in Titulo, & aſteriſcis ad finem appoſitis teſtatur. Hæc hac occaſione deproperare placuit felici mihi,

ſi

si non pereant literæ hac via meæ, quemadmodum tuis olim factum dolens memini. B. V. Cygneæ d. 25. Junii St. V. 16 75.

ὅλος ὁ σός

Chr. Daumius

CLmo Hankio sal. adscribo ut & cæteris Fautoribus.

XXXIX.

CL. V.

Fautor & Amice max. honorande.

SUspicioni Tuæ de Alano deperdito non parum accedo, nisi forte unus aut alter, quos Lipsiæ MS*tis* inhiare novi quam maxime, clam interceſſit. Sed hoc nonnisi sera dies aperiat. Vtinam Tralleſio non commisisses, aut re recenti te misisse indicasses. Nunc doleo deperditum tam rarum volumen. Quod illustris Heinsius Virgilium Pierii Tibi commendat, conjicio eum ad Te denuo scripsisse, & quidem alia occasione. Ego præter literas 21. Maj. datas, & Alcimum Avitum, & Elegiam, quam hic recusam cum aliud nihil pro à Te missis peracceptis munusculis possim, mitto, nihil ulterius ab eo hoc anno accepi. Nam fasciculus una cum literis mense Martio datus & ad Luc. Langermannum missus nondum allatus est. Scripsi ideo ad ipsum Langermannum. Sed an meæ recte curentur, ipsus hæreo. Aliquoties hactenus ad ipsum Heinsium literas dedi, nuper

nuper etiam cum grandiore fasciculo, sed responsi nondum quid appulit. Si ad Te novas dedit, quæso fac Apographo ejus fruar. Polliceberis vicariam Tibi a me, si posces, operam. Costa mea & filiolus divino beneficio (cui εὐχαριστῶμεν) valent. Quod ut experiamur ulterius, votum facere mecum non cessabis. Cujus decrescentibus annis, accrescentes vires, cum omnis felicitatis augmento ex animo apprecor, hoc inter infinita & insperata avocamenta deproperans. B. V. Dabam Cygn. d. 13. Octobr. 1675.

ὅλος ὁ σός

Christ. Daumio.

Fautoribus & Amicis apud vos meis universis ac singulis honorificam a me salutem!

XL.

CL. Vir, Fautor & Amice pl. colende.

EO ipso momento, quo literas meas ad Heinsium exaratas, quibus respondi illis, quarum apographum mitto, obsignaturus eram, accepi tuas diu expectatissimas. Sed infelici fato. Nam Nobiliss. Cunradi adjunctas resignaturus, nescio quo glaucomate inter domestica interturbamenta lusus, tuas vice Cunradianarum aperui. Sed agnita manu tua, non legi, nec legere adeo potui, quod ob glutinosum atramentum paginæ cohærerent. Statim igitur

tur meis ad Heinſium literis ſubſcripſi, errore, quem dixi, id me feciſſe, ſperoque apud ipſum mihi, quam rogavi, paratam veniam. De Alano dum doleo, nec quis Puſchmannus, aut ubi ſit, vere comperi. Videbo an denuo aliquid explorare queam, præſertim cum Tralleſius Epicedion Felleri Conjugi ſcripſerit. Virgilium Pierii Valeriani, Pariſiis apud Rob. Steph. in folio A. 1532. eleganter editum non ita pridem nactus ſum. Utinam Horatio Londini ita potiri daretur. Si apud vos eſt, quæſo præfixam Politiani Odam, cujus Heinſius in litteris his meminit, exſcribi mihi fac. Epopta noſter plurimum ſalutis pleno cumulo remetitur. Conciones ejus pœnitentiales Geræ excuſæ ſunt, & paucis exemplaribus, quæ omnia diſtribuit jam, a Bibliopego Pleonectico muneratus eſt, unde ægre Exemplum unum ab ipſo dono abſtuli, quod alioqui XV. groſſis a noſtro ſumptuario divenditur. Si hic excuſæ fuiſſent, non peperciſſem chartæ, quo minus pro amicis aliquot Exemplaribus abundaſſem, Sed is lucri ſui id fecit; qui pro Catone meo mihi etiam parum gratus fuit. Sane hoc avaro homine neſcio, an ad talia unquam amplius utar. De ſenecta quod conquereris, facile credo Tibi, ſimilia quotidie experiens, etſi biennio Te minor, etiam uxoris invaletudinem, quæ poſt alterum puerperium, idque per Dei gratiam celerrimum, quo filiola Anna Roſina auctus fui, ulcere ſiniſtræ mammæ laboravit, poſt illud curatum calculo, qui ſerius tamen animad verſus

fuit,

fuit, medicamentis variis utero, quem dolere arbitramur, sine profectu adhibitis. Et Amicis & Tibi pro transmissis cum pl. salute gratias ago, reponens exiguos meos versus, quorum Exemplum Nobiliss. & Ampliss. Dn. Cunrado, cum literis, exhiberi velim, nonnullaque alia. B. V. diuque ac salve, amatissime mi GEBHARDE & favere perge

Dabam Cygn. d. 26 April.

1676. ὡς πάχιστα *Tuo*

C. D.

Salutem Clariss. Hankio & cæteris amicis adscribo plurimam.

XLI.

*CL*me *GEBHARDE.*

SErius voto fortè tuo accipis ad tuas Heinsii Illustris responsum. Cujus tarditatis culpa in me non residet, sed amici est, quo talium curatore utor; apud quem ultra sesqui mensem hæserunt, occasione mittendi, post primam prætervisam, serius oblata. Volui autem mittere absque fasciculo, qui seqq. σὺν θεῷ nundinis sequetur, nudas, ut eò facilius citiusque ad Te perveniant. Etsi quid forte responsi meditaris, ut ad nundinas, si vis, ad me transmittas. Tunc enim ad Heinsium meas dabo; Addidi Apographum ejus ad me exaratarum viciss im, ut & ad Te datarum Apographo, ceu prius à Te factum est, potiri queam. Palponistam Geystensis primum à me putabam editum: sed is Coloniæ jamdiu Anno 1501. excusus fuit, extatque in Francofurtensi ad Viadrum

Bibliotheca. Scripsi his diebus ad Bibliothecarium, ut describi curet per amicos ibi meos, & spero me impetraturum. Quod si erit, dabo operam, ut mea Editio emendatior auctiorque propediem recudatur. Noster Typographus pauperrimus & simul mendacissimus est, & mihi meum διδακτεγν non justo & tempore nec plenè porrigitur: Ita studia mea sufflaminantur, & non obrepit interim non intellecta senectus, sed veloci passu & pleno gradu adest. Binas nuperrimè cum Enthelio pro Clmo Bigotio descripto, Heinsio misi, quas spero eum accepisse, aut quam proxime accepturum esse. Mag. Joh. Gottfr. Olearius Symmista Halensis amat Casp. Cunradi Prosopographiam Melicam, & ex me quærit, an quartus & quintus prodierint. Eum, quæ cognita de iis habeo, (nescio tamen an decimus perfectus jam sit à Nobiliss. Ejus Filio, à me honorificè salutando,) si non hodie, tamen post octiduum docebo. Est vir perquam doctus & antiquitatum Curiosus, ut vel ex iis, quæ edidit, constat. Misit his diebus ad me Terentium, quem Georgius Fabricius Chemnicensis cum Membranis Romæ in Vaticana contulit. Ejus Frater Orationes Herodoteas edidit, quas Heinsio miseram. B. V. & cum omnibus mihi faventibus salve. Dabam Cygn. præfestinatim d. XI Sept. 1676 inter molestissimas alias occupationes.

T.

ἐως δανάτῳ
Chr. Daumius.

XLII.

XLII.

Clarissime GEBHARDE!

AD meas expectabam responsionem per Fellgibelium afferendam. Sed ille amicis meis affirmavit, sibi nullas abs Te ad me datas fuisse literas. Interea doceor aliunde Te ad meas respondisse. Quod si est, doleo ad me non pervenisse vel Nobilissimi Heinsii causa, qui his diebus denuo scripsit, se dolere & indignari suas ab amico nostro Lugduni jam degente voto serius curatas vel suarum literarum ad Te mittendarum ergo; quibus merita gratiarum actio Tibi debebatur, ob excerpta Maroniani Codicis suos in usus collecta. Quæso igitur doceas, num ad me tales præteritis nundinis exaraveris; Exspectabam n. apographum Heinsianarum, quod abs Te rogaveram. Edo nunc Hieronymum de Trinitate græco-latinum, de quo Adversaria Barthii consulere potes, una cum Gennadii nonnullis Opusculis. Excusi jam sunt tres Octerniones, restant quatuor. Quod Opusculum ubi prælum exierit ad vos curabo exempla. Bernardum Geystensem, vel Gestensem primum putavi me edidisse, sed Coloniæ an. 1504 prodiit, quem mihi describi curavit nuperrime D. Becmannus Francof. Prof. & Bibliothecarius. Unde meum egregiè & emendare, & explicare potero, præsertim cum Glossæ illic accesserint. Unum doleo, folium in Francofurtensi Exemplari excussum esse. Cui tamen Membranarum Belgicarum Variantiæ subveniunt. Amicis apud vos meis omni-

bus & singulis salutem officiosam. Hæc inter varia impedimenta properatissimè. B. V. & Salve. Dab. Cygn. d. 13 Dec. 1676.

T.

ἐως ϑανατ/8

Christ. Daumius.

XLIII.

V. Clmo

JOHANNI GEBHARDO,

S. P. D.

Christianus Daumius.

EX quo Tuas, V. Cl*me* accepi, quod factum 15 Januarii hujus anni, nihil ab Heinsio literarum ad me allatum est; etsi duas Epistolas cum totidem fasciculis ad ipsum miserim; verum amicus in causa est, qui ob additos fasciculos meas curare, ut nunc comperior neglexit. Gratias à Te apud illum egi, si eas accepit; spero autem, si nondum id factum, brevi accepturum. Mitto nunc meum Hieronymum Græcum, cujus reliqua Exempla distribues cum Sal. plur. inter Nobiliss. & Ampliss. CUNRADUM, Exc*mos* & Cl*mos* Viros HANKIUM, POMARIUM, MUHLPFORTIUM. Addidissem plura, nisi pauca mihi essent reliqua Exempla. Videbo tamen proximè, si apud vos accepta sunt. Brevi, DEO volente, & nisi ἐμποδίσματα insperata id inhibebunt, capietis alia. Sententiam de hoc libello vestram lubens inaudiam. Heinsio de Parentis Natali, & Emortuali, &c. scripsi. Sed num respon-

sus

rus sit, ignoro. Novæ enim supervenientes literæ veterum memoriam exstingvunt fere. Pro tuis ad me missis gratias rependo. Commendantur apud nos maximopere scripta vestri CASPARIS, Poëtæ & Oratoris præcellentissimi. Quæ illa sint, si indicabis haud gravatim mihi, rem facies oppido gratissimam. Mihi hactenus Hoffmannus, (quanquam & hujus pauca vidi) & Mühlpfortii Germanici placuerunt adeo, ut ad satiem ea legere non potuerim. Mihi interea temporis furto militari periit Cistellula, vetera Numismata, & alia Antiquitatis Monumenta cum nonnullorum literis complexa, aliaque & una 13 præter propter Thaleri, & vasa stannea è culina, rei domesticæ non leve damnum. Natum & erat inter nos Collegas, & novitium Archi-Diaconum litigium, qui scholam aperire privatam meditabatur: quam tamen nunc morbus ejus interveniens recludere videtur. CUNRADI Prosopographiam utinam excusam tandem aspiceremus! Deus donet illi vitam, & sospitatem! Quam & Tibi ex animo precor, mi charissime Amice. B. Vale & Salve. Dab. Cygn. d. 9 Maji St. V. 1677 inter varias avocationes.

XLIV.

*Cl*me *Vir*,

Fautor & Amice certissime!

S. V. B. E. E. R. V.

ECce Tibi commoda hac occasione Apographum Literarum Illustris Heinsii, quas Nobiliss. & Amplissimus CUNRADO, Fautori

& Amico imprimis observando cum salute pl. legendas offeres. Meas cum fasciculo nonnulla Hieronymi mei Græci Exemplaria complexo, puto Te accepisse interea. Quod si id non factum, vel tribus indica, ut inquiram, cur non rectè fuerint traditæ. Nobiliss. Marquardus Gudius, Ducis Slesviciæ Holsatiæ Consiliarius per Ampliss. Petrum Axenium (qui & coram me visit) Membranas Poëtriæ Ganfridi te vino salvo ἀνεκδότῳ, ad Catonem à me laudati, & cujus initium in Reinesii ad me Epistolis leges, ad me curavit, promisitque alia nondum publicata. Pluribus nunc tibi molestiam creare religio est, nec avocamenta id permittunt. B. V. & cum omnibus mihi faventibus salve. Salutem etiam Affini meo Lic. Fried. Ziegnero, si, quod reor, apud vos degit, & Tibi innotuit. Iterum Vale bellissime. Dabam Cygn. d. 26 Jun. 1677.

ὅλῳ ὁσὸς

Christian. Daumius.

XLV.

CHRISTIANO DAUMIO.

NICOLAUS HEINSIUS,

S. P. D.

ANnui temporis spatium jam fermè exactum est, si probè recordor, Vir Clarissime, cum per literas Silentii diuturni ac protracti ad jucundissimas tuas rescriptionis moram anxiè apud te excusabam, simulque Cl. Gebhardo gratias agebam pro subministratis,

per

per quam officiosum in modum, ex vetusto Prudentii Codice, scripturæ discrepantiis. Meus quippe in ultimos Europæarum gentium, Ruthenos, excursus rescribendi officium tardaverat multo tempore. Iis literis quid sit factum, adhuc ignoro. Interventu enim bellicæ calamitatis ita publicæ privatæque res hoc anno apud nos fuere turbatæ, ut primarum etiam necessitudinum quisque pro se obliti simus. Ego dolori justissimo juxta ac valetudini dubiæ, dum solatium remediumque circumspicio, in Germaniam vicinam deflexi; atque adeò decreveram ad vos etiam visere, sed Francofurtum usque progressus, inveni omnia armata, dum arma fugio. Inter quas promoti tardius itineris cunctationes referre pedem ad meos jubeor. Quod unum igitur potui, te vel absentem per litteras summi amoris indices complectendum sum ratus. Tanta cum bonorum librorum hic conflictamur inopia, ut ne ex postumis quidem Reinesianis publici jam juris factis possint haberi nisi perquam pauca. De studiis communibus ut subtexam nonnihil, etsi minimè, sat scio, exspectas de ornandis litteris in præsentissima rerum nostrarum calamitate à me cogitari. Virgilium ac Valerium Flaccum vere proxime decurso typis describendos curaram, additurus & animadversiones utrique poëtarum, nisi propositum id bella interpellassent prorsus intempestiva. Hærere igitur sub prælo typographico libelli hi pergunt. Si quid interea peregre subsidii adfulserit, quo alterutrum

trum scriptorem castigatiorem proferre in lucem detur, id equidem habebo longe acceptissimum. Maronem cum optimis compluribusque pervetustæ notæ membranis commisi; sed in iis ferme omnibus Catalecta desiderabantur, quæ cum pudendum in modum sint depravata, medicinam iis certiorem adhuc circumspicio, quam quæ conjectanda admovetur. Quid de Cl. Reinesii operibus postumis in publicum emittendis sperare debeamus, quid bibliothecæ ejus sit factum, aut faciendum, & quem nacti sint assertorem codices veterum auctorum scripti, quos possidere complures dicebatur, denique quid tute moliaris, cupio doceri. Si in Belgium nostrum litteris tuis ad nos mittendis parum explorata est aut dubia via, Hamburgi si tradantur Lucæ Langermanno viro mei amantissimo, spes est fore, ut ad me perferantur; nisi occasionem nosti, qua perveniant ad Danielem Elzevirium, qui apud Amstelodamios res meas agit. Ego cis dies trinos abitum hinc paro. Vale Vir Clarissime, & mihi benè velle perge. Francofurti ad Mænum CIↃIↃCL XXII. XIII Octobr. De poëtis Christianis si edendis etiamnum cogitas, habeo nonnulla quibus ornari id institutum possit.

XLVI.

Clarissimo Viro,

JOHANNI GEBHARDO,

S P D.

CHRIST. DAUMIUS.

CUm Tuis grata mihi fuerunt, quæ præteritis Nun-

Nundinis Lipsiensibus, Anni novi Auspicibus, mihi transmisisti Clarissimorum Professorum Vestrorum Carmina, & Programmata, præsertim Excell*mi* Martini HANKII. Hujus etiam iisdem Nundinis aliunde accepi de Byzantinis scriptoribus opus. Id in Belgio, & Anglia, quo superiore anno jam pervenit, pro merito æstimari, honorificè Nobiliss. HEINSIUS index mihi fuit, cui placuit admodum; & vel uni placuisse satius est, quam multis aliis minoris commatis. Id tamen Tibi dissimulare non possum: quidam nuper istud egregium opus in Programmate publico non vituperare quidem ausus est, sed satis frigidè laudavit; maximè eo nomine, quia multa deberet VOSSIO. Hinc cum VOSSIO nostrum Hankium majore cura contuli; moxque sum expertus, id malè dictum. Exemplo sint Eusebius & Photius. De his quid VOSSIUS? de priore quidem unius folii paginam; de posteriore autem ne paginam quidem dimidiam. At quam insignem de Eusebio & Photio confecit Hankius commentarium: cui plusquam XXX integros quaterniones impendit; Ubi plusquam centies plura, quam in VOSSIO reperias. Hocne est multa debere VOSSIO? Ad hæc scriptores non adeo paucos habet de quibus vix ullum verbum Vossius, quos, etsi Græcos, nondum tamen editos, in MStis obvios penitus ignoravit. Igitur absit, ut actum egisse judicetur; ego certe non satis mirari possum Viri diligentiam, judicium, ordinem, styli elegantiam & parsimo-

niam, quæ ubivis in hoc opere animadvertas, cui nondum vidi laborem aliquem in hoc scribendi genere parem, quo superavit suos ipse scriptores Romanos. Nam his equidem, etsi laudem non parvam merentibus, præpono Græcos istos: in quibus multa nobis Mysteria, præsertim in Photio Historica revelavit; vulgo & doctissimis etiam credita & honorata; quæ figmentis esse accensenda primus nobis monstravit: ut arbitror, totius operis illius magni Byzantini perpetuus lector; in quo nondum hactenus magnam partem publicato invenire potuit, quæ nemo ante ipsum protulit. Id opus, an habeat integrum, ut puto, rescire velim; ut inde Autorum & Editionum capiam justum Catalogum: quem non mihi denegaverit, puto, in aliis magnopere officiosus. Nimirum Censor ille, quanquam alioquin non incelebris, si non, ut assolet, inter doctos etiam fieri, livore correptus & corruptus fuerit, hoc nobile opus, ejusque usum non assecutus videtur; quod desultoriè fortassis legerit, neque cum VOSSIO, ut ego sollicitè feci, *αὐτοψίᾳ* comparaverit. Memineris illud: legere & non intelligere, (adde, velle) negligere est. Sed ego ipse, quod hac vice non potui, dabo occasione proxima *σὺν θεῷ* literas: ex quibus de scripto suo novissimo cognoscat meum, si non & aliorum de talibus ad me scribere solitantium Judicium. Ad tuas ut redeam: nondum quid vel reperi, vel aliunde accepi, quod tuis Quæsitis gratificaretur. De Beati Clauderi

pro-

propoſito per Amicum M. Wolf. Abrah. Stegerum, qui nunc cum ipſo Claudero in cœlo agit, brevi ante obitum ejus mecum actum fuit. Nam cum Parente ejus M. Joſepho primum Rectore, deinde Diacono Altenburgenſi Familiaritas mihi interceſſit haud exigua. Sed Reineſiani, & Rivino-Barthiani diſſidii cauſa, cum filiis non fuit continuata, quod illi Reineſio hærerent. Ego BARTHIO, qui me prius ſibi devinxerat; donec tandem interventu Ziegneri Affinis res compoſita fuit, ut ex Epiſtolis Reineſio-meis, aliqua liquet. Quid igitur de illo ejus opere ſperandum ſit, dicere non habeo. Suſpicor vix proditurum. Bene vale, & novum hunc Annum, quem bono cum Deo nobiſcum ingreſſus es, feliciſſime cum multis aliis bono Reip. literariæ egredere. Adjectas ante chartas æqui bonique fac. Scrib. Cygn. d. 10. Febr. 1678.

XLVII.

Clariſſime **GEBHARDE,**

Fautor & Amice præcolende!

AD binas tuas, quo minus reſponderim citius, impedimenta obſtiterunt multifaria. Nunc ad Nobiliſſ. CONRADUM & Te, utut pauca, ſcribere me juſſit noſter amor. De Ganfredo inquirendi apud amicos laborem quod ſumpſiſti, non debebas adeò defraudare tuum otium, utut ego id rogaverim. Mihi illud in animo: Caſus ubiq; valet, & quæ ſequuntur.

Sole-

Solemus Amicos rogare talia, à quibus aliquando forte favente præter spem impetramus, quod vix alioquin opinati fueramus. EPOPTA noster vixit, cui tum non bellè valens deproperavi id quod vides, nec mihi satisfecit, & vix, credo, aliis. Adeo vires decrepitæ hac ætate deficiunt. Exemplum trades Consultiss. Dn. Cunrado. Alia nova non suppetunt. Heinsii nuperrimas ad Te mitto descriptas. Buchneri Epistolas excuderunt Dresdæ, in quibus & ad me scriptæ. Amisi, nescio quo casu, ad Christ. Colerum scriptam, cui Gruterus versus adjecerat, quos aliquando mihi supplebas; alioquin cum rogantibus eam amicis itidem communem feciſſem. In eo enim sunt, ut & alteram partem proximè evulgent. Ex Italia Barthol. Scalæ Historiam Florentinam, Bibliothecam volantem Cinelli, & alia nactus sum. Sed nondum Septimellensem. Exspecto enim ad binas meas adhuc à Magliabecchio responsionem, quam proxima occasione mihi polliceor. Septimellensem nescio an dimidium suppeditavit Bibliotheca Lipsiensis, utinam integrum. Sed Librarius ultra 500 versus progressus non est. Petri de Riga sex habentur inibi exemplaria, etsi non omnia integra, ex quibus lacunas explere licebit otiosiori, si vita DEI gratia suppetat. Bene Vale, & Annum, qui apud vos jam novus est, feliciter inchoa, felicius perage, ac felicissime ac sine ægrore ullo huic adjice. Dab. Cygn. d. XXIII Dec. A. 1678. Styli Juliani.

Tuus omni officio ac studio

C. D.

XLVIII.

CL. V. JOHANNI GEBHARDO,

S.P.D. CHRISTIAN. DAUMIUS.

QUemadmodum Tu, Amice Svaviſſime, coactus ſiluiſti, ita & ego. Erat enim qui Lipſiæ audiverat à Bibliopolane an alio? Te impoſterum Senectute, morbis, & Scholaſticis operis fractum commercio literarum ſuperſedere velle; quare non eſſe, ut quid literarum abs Te mihi pollicear. Id an ita ſeſe haberet, exploraturus eram per literas à Cl. HANKIO, (cui ſalutem & pro hac ſua promptitudine gratias à me nunciabis officioſas.) unaque quæ de Mantuani Editione illa à Te rogaram, ab ipſo expetiturus. Verum dum diem ex die traho, occupant me infiniti aliunde labores, qui omne tempus eripuere hactenus. Eram editurus alium libellum Hieronymi græci, unde & ejus ætas perſpici poterit, quem Nobiliſſ. Heinſius nuperrimè ad me miſerat, ſed brevi remittendum; qui & Valerium Flaccum à ſe in *12mo* editum & Alcimum Avitum, nec non Marium Victorem Maſſilienſem Gagnejanæ Editionis adjunxerat; nam Morellianam pridem dono dederat, ut conferrem cum vulgatis. Sed Typographus nondum abſolvit, quæ ſub manibus habebat; differam ergo fas eſt ad pauxillum tempus. Miſerat & alios libros viſendos Carpzovius, ut Miſcellanea Balluzii, in quibus Lactantii liber de Mortibus perſecutorum hactenus ἀνέκδοτος. Magnificus Fellerus

diver-

diversos Membraneos Codices, ex Paulina; Magliabechius Florentiâ præter alia Septimellensem, cujus tamen ultimas paginas admodum exspecto ex duobus Codicibus propria manu descriptum ac collatum. Ut alia infinita taceam obstacula. Interim Indicibus meis raram admovi manum, nisi quod aliquando observata ex illorum librorum evolutione potissima inseruerim. Prodiit interea Lutetiæ Cangii Lexicon sive Glossarium tribus Tomis in folio ab Heinsio & Grævio mihi laudatum, Norimbergæ XXII Imperialibus, si non pluribus venale. Quod utinam visui meo obtingeret! Etiam filiolo meo, qui jam Flexiones vocum ex Donato, cum bono Deo, feliciter auspicatus opera aliqua fuit danda. Nobiliss. Dn. CUNRADO, si datur, salutem plur. nuncio. De ejus rebus imposterum, si vacabit, nec grave est, me edocebis. Doleam si ejus scripta interitui futura sint obnoxia. Utinam Mæcenatum aliquis exsurgeret, qui & illarum Musarum curam gereret. Cl. HANKIUS rem præstitit gratissimam enodatione hac sua. Tertium & quartum Tomum ejusdem Editionis Mantuani ipsemet possideo. Arbitrabar Lucienbergium unicum saltem exemplar pro sua Bibliotheca suo nomine insignitum procurare voluisse; sed falsum fuisse vestrum docet Exemplar, ejusdem quoque nomen Titulo præferens. Mirari autem satis non queo Neandrum in altera parte Ethices scribere, Mantuani Opera Francofurdiæ ex Wecheli prodiisse Officina. An duplici ergo

go Titulo prodierint, ut aliquando solet, hæreo. Signaturæ certæ Alphabethicæ me tenebant, & triplicem ἔκδοσιν saltem ratione Titulorum cujusvis Tomi innuunt. Suas ob causas, domi notas, valde id scire vellem. Catalogi hic nil juvant. Ex una Editione tres fecerunt Typographi. Hinc Autoris tanta raritas, accedente adhuc eo, quod Antwerpiensis vix dum vere prodita, autumno urbis incendio A. 1576 magnam partem periit. Qui in vestra editione, quam ego secundam puto, Tomus primus est, is fuit & primus in Prima editione signatus, A. B. C. &c. secundus autem est, in tertia Antwerpiensi Anni 1596. longè ex Mantuæ 1516. excusis opusculis postumis auctiore; Qui in vestra secundus fuit in prima Tomus tertius, in Tertia primus signatur, Aaa, Bbb, Ccc. &c. Qui in vestra Tertius, etiam Tertius fuit in Tertia Antwerpiensi, in prima verò secundus signatus, Aa, Bb. Oportet autem primam illam intra 1561 & 1564 annum excusam esse, quod hinc colligo. Fastorum Libri, uti in vestra Lucienbergiana & Antwerpiensi editione exstant, desumpti sunt, (præfatione attestante p. 234.) ex Materni Cholini 1561 in 8vo excusa Norimbergâ aliquando ad me missa editione. Collectio autem omnium Catalogorum vel Librorum ab anno 1564, qui Catalogi primum inceperunt, ad annum 1592 nullam editionem præter vestram Francofurtensem, 1573 & Antwerp. 1536 præferunt, indicantque. Aut ergo intra illos annos, aut uno Anno 1573 bis primum

mum à Wechelo, deinde mutatis primis & ultimis plagulis à Lucienbergio fuit edita. Hæc satis tædiosè Tibi narro, ignoscas rogans, hoc fine saltem, ut ab Excell*mo* HANKIO impetres mihi initia Epistolarum Tomo II præfixarum, (suspicor Pici & Caprioli esse) consignare secundum otium suum ne gravetur, & indicare, an Tomo I Epistola vel Typographi vel editoris sit præfixa, quam valde vellem legere, quemadmodum Tomis Antwerpiensibus præfationes singulis Tomis præpositæ sunt. Max. Rev. LÖSCHERUS noster pro tuo voto gratias agit, & salutem à me Tibi adscribit. HEKELIUS febri laborasse Dresdæ his diebus dicebatur, nescio an verè. Popmæ sui duas saltem ad me misit plagulas; A & H. An prodierit integer, nondum mihi exploratum est. Buchnerus in Iconem Animorum Barclaji Notas edidit, ob quarum publicationem Wittebergæ à Kirchmeiero in Programmate vapulavit; at is procerum Aulæ suffultus, ut ajunt, præsidio eo minimè curasse fertur, & minitatur alia. Sed avocor. B. V. Dab. Cygn.

ad XIII Maji 1680.

)(

CHRI-

CHRISTIANI DAUMI
PARS III.
EPISTOL. PHILOLOG. CRITIC.
AD
VIRUM CLARISSIMUM
MARTINUM HANKIUM,
Gymnasii Vratislav. Elisabethani Philos. Pract. Histor. & Eloquent. Professorem celeberrimum.

I.

Clarissime Vir,

Fautor & Amice admodum honorande & colende!

QUod Te diu nosse me ab ingenio, ab eruditione, ab industriâ ais, id abundantia fortè amoris tui alicujus erga me, fautoribus meis me, nescio quam vere, deprædicantibus, concepti dictavit potius, quam ut re ipsa id ipsum ita sese habeat, cùm nihil horum in me deprehendam, & sic ægerrime in publicum prodeam; & quando prodii, nonnisi coactus quasi prodii. Sæpe autem miratus sum, qui famam aliquam habeam, quam non sum meritus; cum alii contra in obscuro sint, qui maximè mereantur vel meriti fuerint; sed hæc sinamus. Juvat sanè vel sic penetrare in amicitiam tuam, & tandem cognoscere simul non sine ingenti lætitia de perquam olim mihi æstimato caroque HELMIO, quæ hactenus, etsi invitus, ignoravi, scire tandem avidus expetii. Nam post editum à me Statium Barthianum nullas neque à *Gronovio*, neque *Heinsio*, neque *Grævio* diu-meo, ullas accepi literas, etsi non semel libros; nedum ab *Helmio*, *Gudiove*,

Gudiove amatissimo. Forte in itinere perierunt, ut primæ *Gronovii*, quas per filium suum cum alteris denuo descriptas denuo post misit. Venio nunc ad amorem tuum, quem tuis indicas vicarium. Quo sane mihi nihil gratius esse potest. Nam nomen tuum etsi non plane ignotum, persona tamen in tanta eruditorum & scribentium turba fugere me ad tempus aliquod adhuc poterat, nisi Clmus noster GEBHARDUS, cui ideo ingentes meminero gratias, perjucundam fecisset ejus indicinam. Unde non destiti prius, quam Librum tuum Lipsia consequerer, acceptum, quantum negotia permittebant, excuterem, excussum probarem, & multa ejuscemodi commatis porrò voverem. Quorum cum spem facias, age perstа feliciter in proposito, & nostris desideriis, quantum potes, consule; nec ullos pertimesce lividos, utut exsurgant, forte brevi disparituros. Quando enim ignis sine fumo? & quando virtus sine invidia? Nos livori medium ostendemus digitum, tuaq; legemus & relegemus; idque non ex affectu, quo Te prosequimur, quem tamen non excludimus; sed vere existimantes studia nostra multorumque adeò, qui id beneficii grati agnoscent, juvari abs Te plurimum. Pro à Te missis gratias magnas ago habeoque, doleo autem non posse referre. Nam quæ mitto χάλκεα sunt ἀντὶ χρυσέων. Desunt mihi exempla eorum, pene omnium, quæ hactenus edidi. Nec forte ut adservarentur, tanti fuerunt. Syllabum in Schedula consignatorum mecum retinui.

Nam

Nam quorum emortuales expetis, eos diu ipſemet inquiſitos nondum reperi. Nec libros poſſideo qui adjutent. Pervolutavi Syntagma *Georgii Matthiæ Königii* Prof. Altorfini de viris literatis nondum evulgatum. In eo tamen deſideravi, quos Tu mihi profers; etſi alioqui ſatis id locuples, quodque indies augere non deſinit. Edo Neuhuſius natus 1581. 21 Octob. obiit 7 Martii 1638. ut refert Filius ejus Reinerus lib. 1. Epiſt. Fam. p. 189, qui & vitam ejus deſcribit ibid. p. 84. De Dempſtero etiam Andreas du Sauſſay in de ſcriptoribus Eccleſiaſticis Bellarmini Continuatione Tulli Leucorum anno 1665. in 4*to* edita quædam leguntur, quem ait ſuum præceptorem fuiſſe, defunctumque (non a. addit annum) funebri oratione ab Ovidio Montalbano honorificatum ſub Paulo V Pontifice maximo. Petrus Angelius Bargæus Syriada ſuam edidit Florentiæ anno 1591. eodemque anno Notas in eam ſuas addidit Robertus Titius, in cujus controverſos locos Scaliger ſub Ivonis Villiomari perſona animadvertit; ſed neque ex Præfatione, nec ex Titii Scholiis quid elicere potui, quod defunctum tum indicet. P. Bizarri habeo Bellum Cyprium 1573 editum: Varia Opuſcula, inter quæ & Poëmata Venetiis apud Aldum 1565. in 8*vo* excuſa, in quibus neſcio qua audacia Lotichii Carmina de Spiritu S. ſibi vindicat, ſuisque immiſcet: Hiſtoriam Genuenſem Antw. an. 1579 ab ipſo publicatam. Ex his emortualis minime liquet. Cæterorum, etſi tempus, quo vixerint

xerint scire vel ex ipsorum libris, vel aliorum indiciis cognoscere potui aliqua, nondum tamen annum emortualem. Dabo tamen operam, ut si quid vel aliud agendo libros meos vel aliorum evolvens observavero, quod huc faciat, id annotare ne prætermittam, quo vel serò tibi gratificer. Dieterici obitum, quem deplorare, utpote discipulus, suis ad me SAREMASIUS politicorum publicus Censor h. e. SCHURZFLEISCHIUS solebat, ab ipso possem explorare, si rescirem ubi nunc degeret. Hæc nunc inter molestias calculi, qui etsi multis hactenus medicamentis edomitus, nondum tamen sedes veteres penitus deserit. Interim B. Vale, salve, & me amare perge, Te imitus redamaturum, tenuitatemque meam æqui bonique fac. Deproperabam Cygn. d. 8 Octob. 1671.

T. Cl.

Addictissimus

Christ. Daumius, Sch. ib. R.

P. S. Utinam ipsas oratiunculas legere daretur, quibus Silesii nostri tum Theologi, tum cæteri celebrati à te fuerunt.

II.

Clme HANKI,

Fautór & Amice plur. honorande.

NOndum quid vel reperi, vel aliunde accepi, quod tuis quæsitis superioribus cæteris gratificaretur. De Beati Clauderi proposito per Amicum M. Wolf. Abr. Stege-

rum, qui nunc cum ipso Claudero in coelo agit, brevi ante beatum ejus ex vita excessum, mecum actum fuit, & suppeditavi ipsi tum nonnullas Conciones funebres, forte & alia. Ea enim memoriæ jam exciderunt. Cum parente ejus M. Josepho primum Rectore, deinde Diacono Altenburgensi familiaritas mihi intercessit haud exigua. Sed Reinesiani & Rivino-Barthiani dissidii causa cum filiis non fuit continuata, quod illi Reinesio hærerent: Ego Barthio, qui me prius sibi devinxerat: donec tandem interventu Ziegneri affinis res composita fuit, ut ex Epistolis Reinesio-meis aliqua liquet. Quid igitur de illo ejus opere sperandum sit, dicere non habeo. Suspicor vix proditurum. De Königii Syntagmate nil aliud novi, quam quod ipse his verbis ad me scripsit, 12 April. Anni superioris: Syntagma meum de Viris Claris fortassis carcere emerget. Spem facit mihi Cl. Arnoldus, & 3 Julii: Versor totus in Syntagmate V. C. quotidie alii atque alii occurrunt. Incidi nuper faustis avibus in Colomesii Galliam Orientalem, Guid. Pancirolli libros de Claris legum interpretibus, Labbei Tomos II de scriptor. Eccles. & Swertii Athenas Belgicas. Bone Deus! quanta accessio inde mihi facta est. Promittunt mihi & alia alii. Interim Typographus moram nectit; genus hominum ex mora natum: Et 5 Octobr: In Syntagmate de V. Cl. jam occupor. Quotidie aliquid affluit, quod addi meretur. Vereor, ne opus nimis crescat & Typographum abster-

terreat. Hæc ille, quibus certius quid adjicere non est; Hæc cum ad Cl. GEBHARDUM literæ essent dandæ, tacere nolui, etsi præpropere; copia enim literarum exarandarum, & domestica impedimenta plura qui permittant? Bene Vale, & novum hunc Annum, quem Bono cum Deo nobiscum ingressus es, felicissimè cum multis aliis bono Reip. literariæ egredere. Adjectas autem chartas æqui bonique fac. Scrib. Cygn. postrid. Kl. Jan. ∞ IↃCLXXII.

CLi T.

ab omni officio & fide
Christ. Daumius.

III.

Clarissme Vir,

Fautor & Amice pl. colende.

PETRI FABRI vitam à Nicolao Orlandino scriptam nunquam vidi, neque in Catalogis, quos perlegi multos, offendere memini; monui etiam alibi de ea amicos, ut investigarent, sed frustra. Adeo non favet venaturis hanc feram invita Delia; doleo igitur gratam tibi faciendi materiam mihi ereptam hactenus; neque enim perdagare ulterius desistam. Viti Pibracii vitam à Carolo Paschalio descriptam, Paris. 1584 in *8vo* parvo editam, possideo. Epistolas illas meas ad Reinesium illubens vidi editas. Sed quia repugnare Amico magno non potui, concessi tandem, meumque Reinesianarum Apographum permisi edi-

tioni. Meas autem maximam partem per typos sic recepi; rarissime enim servavi Apographum, ob festinationem, contentus summam scribendorum illinere schedæ alicui. In illarum editione, quæ emendari adhuc velim, in schedula consignata vides. In indice Epistolæ 85. ubi de indicibus Daumianis, scribe Barthianis. Bonus BOSIUS capere non potuit, quia non viderat. Misi ad REINESIUM, ejus ut sententiam infringerem, codiculum ipsum, Barthii manu scriptum, continentem Glossaria in varios Auctores, ab ipso confecta, ut esset ἀυτόγρης. Quem & remisit sua manu adnotatis nonnullis, utmulti apud me conspexerunt, & etiamnum conspiciunt, qui adsunt. Meorum Indicum exiguum vidit specimen, in quod inseruerat non pauca, in illos tamen non pertinentia sed referenda in alios. Vale! Cygneæ d. 1 Mart. clɔ Iɔc LXXII.

IV.

Clarissime Vir,

Fautor & Amice plur. honorande!

Miro fato, contra quidem votum meum, vestris officiis tam promptis tardus admodum cessator respondeo. Sed omnia obstacula recensere velle, sit novæ moræ occasionem quærere; quare parco prolixitati, & Tibi, mi Clme Hanki, pro Tuo erudito Epicedio mihi gratissimo, prolixas, licet brevibus verbis, ago gratias. Quæ excusa sunt, Epicedia

dia præmitto; ne futuri fasciculi nimis grandescant. Nam quæ restant, cum Concione, quam admodum ferò exhibuit Ephorus noster, ubi prælo exierint, brevi σὺν θεῷ sequentur. Diem emortualem Dieterici hactenus explorare non potui. Et miror plerorumque quos consului tam diuturnum silentium; an & ipsi id aliunde scisciteutur interea. Orationes tuas Joach. Gesenius cum suis literis ad me misit, pro quibus mille gratiarum cumulos, cum nihil aliud jam in mundo sit, rependo. Exemplum Formulæ *Pylades Oresti*, nec mihi occurrit hactenus, quod Tibi suggeram, etsi videar legisse alicubi. Memoriæ tamen non fido. Nec tamen vel ipsus sic usurpare refugerem, quemadmodum memini me literas aliquando subscripsisse, Damon Alphesiboei. Quod procul dubio Lectio suggessit. Et quæ causa alia præter autoritatem illam, cui soli nescio an standum sit, vetaret. Non omnia observata sunt, quæ in veteribus auctoribus adhuc exstant eruenda. At major meliorque auctorum pars periit, unde multa una interierunt, quæ nos approbaturi essemus, si supereſſent Scriptores illi adhuc. Quod si aliquando adhuc occurret, si vivimus, non celabo Te. At ut vivamus, votis adeundum venerandumque erit cœleste Numen, cujus benignissimæ Gratiæ etiam atq; etiam Te commendo. B. V. Deproperabam Cygneæ d. VI Octobr. CIↃ IↃC LXXIII.

T. Clarit. *Addictissimus*

G. D.

V.

Excellentissimo Viro,

MARTINO HANKIO.

S. P. D.

CHRIST. DAUMIUS.

TRimestre præterfluxit tempus, ut arbitror, ex quo non satisfeci promisso meo, cujus fidem CL. GEBHARDUS noster Tibi fecerat. Ut differrem Literas, invitum adegerunt occupationes quotidianæ, quibus aliqua irrepsit etiam corporis imbecillitas. Silentium igitur ut excusatum habeas meum, oro & spero. Volvi hactenus & pervolvi tuum de scriptoribus Byzantinis Commentarium, qui quantopere mihi arrideat ex laudato amico perceperis. Ego ad amussim elaboratum censeo; & inter alia ſę mihi commendat, quod nihil afferas in eo, nisi quod idoneis Testimoniis confirmes, alienus à plurimis, qui multa dicunt, & nulla, vel pauca probant. Qui magnus in antiquitatum scriptoribus nocuus est. Sed nihil amplius de meo addam, ne Te in os laudem, quod ingenio Tuo, quantum ex scriptis & aliunde cognovi, non respondere scio, ideoque omitto. Id referri par est, æstimari scripta tua, præter Oratoria, & poëtica, quæ simul Philosophiam & Theologiam sapiunt, non parvi, non dicam à Germanis, inter quos sunt apud Lipsienses Cl. Vir FRANCKENSTEINIUS, THOMASIUS, FELLERUS, alii, sed etiam ab

ex-

exteris, Belgis (quanquam & hi Germanis annumerari merentur) Anglis, Gallis, & Italis Ejus mihi fuerunt Indices, quibus ipsis illud de Byzantinis opus mirificè placuit, NICOLAUS HEINSIUS, cujus famam & dignitatem non ignorabis, & celeberrimus Antonius Magliabechius, ille magni Florentinorum Ducis Polyhistor intimus: qui Te non ex eruditorum vulgo agnoscunt Virum, & ab aliis passim agnosci testantur. Hic addidit, tuam in libro de scriptoribus Romanis diligentiam narratione prolixa commendari in Ephemeridibus Italicis, Romæ editis. an. 1677 in 4to, p. 167, & sequentibus; alibi quoque passim Nomen tuum prædicari. Hæc, quæ putavi Te fugere, nota facere Tibi volui, ut & tantò minus movearis judicio illius sine judicio, qui talium studiorum ideò osor & contemtor, quia ignorantissimus est. Eum mihi depinxit GEBHARDUS noster, Censorem ejusmodi, qui meretur ipse virga censoria notari. Ego certè, si quid judicare possum, nihil in ejus scriptis, quæ sunt à vobis mihi transmissa, singulare observavi, præter confusum Chaos, stylum inæqualem & ineptum, interdum affectatam & superfluam elegantiam; Res plurimum ex diversis autoribus haustas, citra cohærentiam dispositas, sicut in calamum sua, in manum aliena venerunt. Id mecum agnoscit Cl. JAC. THOMASIUS, qui suis eum Plagiariis adscribendum putat, quem deprehendit ex Dorschei admirandis aliorumque libris manifestum in uno eodemque scripto

pto furem. Taceat igitur ille, ne sua prodendo Insciti am irritet censores, eam medio digito excepturos. Ejusmodi Turdus certè sibi ipsi exitium cacat, & se ipsum turpiter prostituit, dum honorem merentes ex studiis spernit, quæ supra ipsius sunt captum. Cæterum me doceas, oro, cujus conditionis Editio sit Conciliorum Phil. Labbei, & Gabr. Cossartii, quam in Byzantinis citas pag. 368 &c. & quod ibidem allegas, quodnam sit Beveregii synodicum opus. Non enim dubito, quin tuâ, non alienâ fide scripseris, sicut omnia, quæ profers: ut alicubi in præfatione tuorum librorum testaris. Neutrum opus, de quorum priore solo aliquid audivi, hactenus vidi. Adde etiam, si placet, quod te non latebit, utriusque pretium. Etiam mihi significes, rogo, an omnes veterum Autorum Panegyrici Parisiis An. 1676 prodierint, cum omnium Interpretum notis, ut olim Svetonius, Seneca, & alii, & an simili modo editus sit Claudianus. Non auderem id petere, nisi me adduceret humanitas & promptitudo singularis, qua me prosequeris; & illa ipsa in Te copiosa certaque novissimorum librorum notitia. Ceterum, quia spem nobis aliquam facis de Germanarum etiam rerum scriptoribus, eodem modo recensendis, ut eam mihi & aliis impleas, animitus & cordicitus opto. Bene igitur Vale, ut regno literario diu adhuc feras utilitates, mi Amice, quem amore magis magisq complector ardentiore. Saluta Cl. Gebhardum & quos Breslæ habes

præ-

præterea Amicos. Iterum Vale, & Salve. Cygneæ Calendis Majis A. 1678.

Tuus

Christ. Daumius.

VI.

Clarissime HANKI,

TRansitum ex terrena hac vita ad cœlestem Cl. nostri GEBHARDI ob amissum tantum Amicum ex animo doleo, quem & coævus, & hactenus calculo ac vertigine capitis mire vexatus, si malum non remittet, fortasse brevi sequar. Fiat voluntas Domini! Ei non illubens, sed lætus obsequar. Dolorem meum significavi exiguis, quos inserui, versiculis admodum deproperatis. Quos si luci dare dignabimini, exempla & pro Nobiliss. *Heinsio* & uno alteroque amico mittite. Caroli du Fresnii Cangei ex utraque edit. vidi, altera Francof. editione induta gallico eleganti vestitu, muneratus est me Dn. Carpzovius, cui Paulinum Barthio-meum inscripseram. Quem & lubens si Exemplaria superfuissent, misissem. Nunc ejusvice, mitto aliquot *Φιλοπονίας* Hieronymi Græculi Exempla. Desiderium Mantuani explere nondum quivit aliquis. Rogo itaque ut doceas, an Epistola sive Dedicatoria, sive Præfatoria primo Tomo præfixa sit; addasque initia Epistolarum Tomi II, ordinis causa, qui ibi servatus fuerit. Gratus ero. M. *Acoluthi* Obadiam non vidi. Accessit superioribus annis Acoluthus aliquis, à vobis Salutem amicissi-

cissimam nuntians. Sed is, cum nescio quos hospites in Museo meo vidisset, illud intrare non ausus statim abiit, reditu promisso, quem frustra tamen præstolabar. A Nobiliss. CUNRADO literas Lignicio accepi & debeo invitus responsum. Quod proximè à me, uti & M. Schindlerus accipiet. Salvere eum à me jubebis, si occasio. Nunc ut has claudam scribendarum aliarum copia imperat. B. V. cum Tuis, & Salve. Dab. Cygn. d. 22 Junii 1681.

Tuus omni Officio & fide

Christ. Daumius.

VII.

Clarissime HANKI.

PEr longum admodum Tempus ob contagium in nostro oppido, à milite obsessore circum cincto, & satis vexato superiori anno nihil literarii commercii inter nos habitum fuit. Nunc cum sæva illa lues penitus per DEI gratiam, cui æterna laus sit dicta, apud nos desierit, redeundum putavi ad pristinum amicitiæ cultum, quo nihil mihi jucundius. Significo igitur paucis, me cum meis DEI benignitate salvum atque incolumem perstitisse, licet unum & alterum Collegarum amiserim. Hinc cum Scholasticæ operæ hactenus intermissæ fuerint, instauratio tardior negotii plurimum mihi facessivit, & parum otii mihi relictum fuit per nundinas Lipsienses, ut ad amicos hinc inde darem literas. Recordatus autem τῦ μακαρίτε GEBHARDI, cujus manibus tenu-

tenuem Odillam scripseram, quid de illa factum fuerit, an lucem cum Cl. Titii aliorumque Epicediis adspexerit, percunctari volui. HEINSII Nobiliss. Obitum interea Te aliunde cognovisse existimo. Exspectamus vitam ejus ab amicissimo Joh. Georg. Grævio descriptam. Insigniter doleo amici admodum benigni obitum, sed Deo sic placuit. Mantuani Tomum primum video ex tuo indicio incipere à Carmine, cujus initium: O bona posteritas, quam post mea fata relinquo, quod in Antwerpiensi finem Tomi secundi conficit. Vellem autem scire, quæ sint illa, quæ explicationis gratia Anonymum inseruisse ais. Nam in cæteris Editionibus non habentur. In Tomo III repeti Pontani & Beroaldi Epistolas, quæ jam in II Tomo fuerant positæ, mirum mihi, errore puto editionis primæ immutatoris; Fuisse enim talem Francofordensi scil. 1573 anteriorem, conjicio ex signatura philurarum cujusque Tomi. Primæ n. Editionis Tomi signatura fuit, A, B, C, quæ & Francofurdensis primi Tomi est: secundi autem Tomi Antwerpiensis. Secundi Tomi primæ edit. fuit a a, bb, cc &c. incipiens à libris Alphonsi, qui in Francof. & Antwerp. est Tertius. Tertii Tomi primæ Editionis est Aaa, Bbb. Hic in Francof. est secundus, in Antwerpiensi Primus. An Lucienbergius eam ita immutarit, non divino. Oportet autem primam Editionem post Annum 1561, quo Fastos Maternus Cholinus Coloniæ peculiariter excudit, quam Editionem amicus quidam possidet. Id clarum ex præfatione Fastorum

ſtorum p. 236 Tomi I veſtræ Editionis. Typus ſanè omnium Editionum idem, iidem Errores. Exceptis iis, quæ Antwerpienſis ex Mantuani poſtuma editione Mantuana 1516 adjecit. Illa enim alium Characterem repræſentat; Verum ignoſce Curioſitati meæ, quam inutilem ducis, nec injuria. Genio tamen meo indulgere lubet. Bene Vale Præſtantiſſime Vir & Salve. Dab. Cygn. præpropere, Nonis. Maji 1683.

Tuus

Chriſtianus Daumius.

IIX.

Clariſſime HANKI.

Litteræ tuæ 3 Septembr. exaratæ, cum faſciculo, pro quo maximas meminero gratias, his diebus à neſcio quo, me abſente, meis traditæ fuerunt, qui dixerunt reſponſum meum Chemnitium, ut ad Te Uratislaviam perferatur, curandum eſſe. Illud igitur feci, quanquam circa hoc tempus aliis obrutus. Doleo faſciculum, in quo forte mei Carminis Exemplaria fuerunt, ad me non perveniſſe. Gratum tamen, quod alia conquiſiviſti, adjunctis tuis, aliorumque egregiis meletemaſi. Quibus quid contra regeram, non reperio extra præſentem Concionem, cum Epicediis è Typographeo adhuc calentem, quam boni conſulas, rogo. Gaudeo Te meum qualecunque ad latus Nobiliſſ. & Ampliſſ. Cunradi poſuiſſe. Cui multam ſalutem, ſi quod opto ſperoque, vivit adhuc, à me nuncupabis. Utinam Proſopographia ejus Melica tandem prodiret! Cæterum ut tu mihi,

ſic ego

sic ego Max. Rev. JOH. HANKIO Fratri tuo gratulor, eum malis publicis eluctatum adhuc vivere, optoque, ut Tecum diu sospes, & omnis mali expers vivat! Metu non simplice vos teneri facile credimus; & nescimus, an non ab altera parte majore, quam ab alia, cujus vis per DEI gratiam nonnihil retusa est; utinam in perpetuum obtundenda; quin & illius, si Christo adversari pervicaciter pergat! De Mantuano iterum Tibi molestus sum, Te rogans (quod haud gravatè feras) doceas me, an Mantuani vita Tomo I præfixa sic incipiat: O bona posteritas, quam post mea fata relinquo; & quid explicationis causa insertum sit. Illas explicationes quæso mecum communes fac, & carmen etiam, si aliud est, quod tamen non opinor. Illud miror in Tertio Tomo apparere duas Epistolas, quæ jam positæ erant in Secundo Tomo; Suspicor Erratum fuisse à Lucienbergio, qui Tomos immutarit, quod ex Signatura cujusque Tomi pagellarum apparet. Michaël Neander præfatione in l. 2. Ethices suæ ait, Mantuani opera prodiisse ex Officina Andr. Wecheli. At nemo hanc Editionem laudat; nec est, qui visam à se meminit. Suspicor igitur statim, ac prodierit, à Lucienbergio primis cujusque Tomi pagellis transpositis, immutatam esse. Fastorum Colonienſis Editio, cujus Præfatio in vestra Editione retenta est, prod. 1561. Et Norinbergæ habet meus Burgerus: post illum ergo Annum Wechelianam puto publicatam; hinc Lucienbergius alteram; deinde Antwer-

pienſes tertiam multis libris ex Mantuana Anni 1516 procuderunt. Hoc unum adhuc rogo doceas me, an veſter Editor ſive Typographus primo Tomo præfationem ſive ſuam, ſive alterius præpoſuerit, quod quia ejus mentionem non feciſti, vix credo: tamen, ſi forte præpoſuit, facito ejus me compotem. Præfatio Badii in Tomum II ad Bald. Braëts. an. 1513 in Antwerpienſi editione omiſſa eſt. Habetur autem in ipſa Aſcenſii Editione 1513 in folio. Fortè ergò Lucienbergius præfixit etiam primo Tomo Badii ad German. de Ganao cujus initium: Quæ tuæ Celſitudini &c. quam Antwerpienſes itidem omiſerunt. Hæc ingrata tibi, qui indubiè jucundiora maluiſti, quorum tamen Argumentum nullum mihi ſuppeditatum, haud ægrè oculis tuis permittas, & me porro tibi carum habeas, qui Te in oculis fero. B. Vale, & valde deproperatis hisce, ſi quid fortè perperam ſcripſi (relegere enim aliis avocatus non poſſum) ignoſce. Dab. Cygn. d. 7 Octobr. St. V. 1683

ὅλος ὁ σὸς

Chriſtian. Daumius.

Saluta à me bene volentes, & Fautores meos, qui apud vos ſunt.

IX.

Clariſſime HANKI,

Amice ſuaviſſime.

ULtimis tuis, quas menſe Januario ſuperioris Anni accepi, omnino arbitratus ſum me repoſuiſſe reſponſi quid. Si id non factum,

factum, variis intercurrentibus casibus & senili oblivioni tribues. Si interea valuisti, & adhuc bene vales, bene est, ego quoque Deo protegente, valeo, nisi quod superiore anno tum doloribus pedum ab Arthritide forte vaga laboravi, tum prolapsu è scamno in terram tibiam aliquanto læsi cui curandæ sesquimensem impendi, ab alio lapsu dextrum cum fronte Brachium. Hoc ipso, quo scribo hæc, mense sinistram manum cum sinistro genu. Vides vires deficere; quas supereſſe arbitratur non intellecta senectus. Divina tamen gratia, quam, ut pergat, venerer, studia, ut hactenus pro viribus colo. Doleo interim amisisse Amicos æstimatissimos, *Heinsium*, *Thomasium*, *J. H. Conradum*, Arnoldum; forte brevi hos secuturus. Fiat divina voluntas! Pro pergrata tua Poësi nihil possum refundere nunc, præter, nisi jam acceperis, Textum Henrici pauperis; cui quam primum σὺν θεῷ addam Notas, quæ citius exiissent, nisi promissas exspectassem à Magliabechio, è Cod. Lucensi, & Patavienſi, variantias Lectionum. Quæ cur tardent, non exputo, nisi re faveant viales; sed exspectare diutius fortè nunquam accipiendas, vanum futurum sit. Dabo igitur, quod potero; etsi Textus uno & altero loco aliorum MStorum, adhuc imploret opem, si potes & vis, me juva ingenio tuo, quo vales. B. Vale, & favore porro tuo me amplectere. Dab. Cygn. d. 20 Julii St. V. A 1685.

Tuus

Chr. Daumius.

Meis apud vos Amicis plur. honorandis multam à me salutem. Misi Germanica tua Lipsiam ad Lic. FELLERUM, cui admodum grata fuerunt.

X.

Clarissimo Viro,

MARTINO HANKIO,

S. P. D.

CHRIST. DAUMIUS.

POst superatas feliciter tergeminas eas vices, secutum fuit bimestre, quod me lecto saeviter & continue affixit, & quidem non uno morborum genere. Febris enim Catarrhalis cum gravissima tussi, & morbo tandem miliari, uti appellant, sive purpura scorbutica puerperarum, sicut primitus nomen sortiebatur, me non parum afflixit; nec plane liber tussi & gravedine ac membrorum lassitudine, per Dei gratiam, obambulo tamen. Textum Henrici Pauperis nunc mitto. Doleo excidisse fasciculo: in eo nonnulla obscura disticha invenies, in quibus, si potes, me juva. v. 861. per Fridericum primum Barbarossam dictum intelligo: an recte? v. 993. quid scotica ferula? 935. quis Titus, an leg. Cyrum? Typographus noster defunctus; antequam verò novus constituetur, tempusculum aliquod intercedet. Magliabechius in Italia turpiter vapulavit Satura à malevolis edita, qui & amicorum ad eum literas interceperunt, ut bonus vir coactus fuerit ad M. Bürgerum Noribergensis Senatus Secretarium scribere & vetare, ne respondeat Ego v. nuperrimis ad Papebrochium Jesuitam

Ant-

Antwerpiensem, cui nonnulla ex membranis Lipsiensibus descripsi, literas Florentiam curandas, quod olim Magliabechius volebat, direxi, spem vovens fore, ut sic tutius curentur. Per prælaudatum Burgerum misit Poëma ad me Amici sui Franciſci Berretrarii Massæ excusum, sed itidem sine literis. Vale & salve, & Salvatorem, si ulteriori vita dignus, pro me supplex venerare. Dab. Cygn. d. 18. Octob. 1685.

Pro svavissimis Tuis Carminibus gratias ago prolixissimas. Cl. & honorat. Dn. Gryphium à me plur. salvere jube, & literas proximè σὺν θεῷ à me expectare.

XI.

Clarissimo Viro

MARTINO HANKIO,

S. P. D.

CHRIST. DAUMIUS.

NEphriticos dolores Te, Vir æstimatissime, afflixisse, illubens ex Tuis intelligo, qui & me per aliquot annos non parum molestè habuerunt, nunc quidem minore, quam olim cruciatu & elapsu calculorum me exercentes, quia jam minorum. Dolor etiam quidam quasi podagricus superioribus annis me tentabat. Verùm Medicus Arthritin vagam censebat; Nunc gravedo, & circa meridiem somnolentia quædam, sed levis & facile transiens, præsertim, si scriptionibus abstineo, mihi gravis est. Dominus, qui optimus noster me-

dicus, cui gratias pro præstita salute agimus, curam nostri porro agat, quamdiu nos volet in Theatro hoc miseriarum & mortalitatis versari. Ego, quæ volui edere, propemodum despero, premente labores meos Senio ipso, quod mihi revera incepit fieri morbus. Tibi, me annis juniori, nondum collabascat æque spes, etsi pariter ægrimoniis jam tentato. Imo hæ monitrices Tibi potius sint, ut tanto citius publices Tuos rerum Germanicarum scriptores, etiam Silesios, quos dudum mihi commendavit Beatus Gebhardus noster. Alia memini mihi & Amicis promissa; In iis Tuas exercitationes de simulatione & dissimulatione Academicas, quas Philosophis non vulgaribus, nostroque Jac. Thomasio, cujus obitum mecum deploraveris, approbatas, à Juvene quidem scriptas, sed à Viro revidendas, & in majus meliusque mutandas exspectamus. Et quid agit Orationum Tuarum Parentalium, Nuptialium, & aliarum, ante hoc duodecennium editarum, interea cumulatarum augmentum? Quibus ego, sicut & transmissis olim, & nuper Programmatibus, Poëmatum Latinorum & Germanicorum libellis, & quicquid Tuorum ingenii fœtuum possideo, majorem in modum delector. Et cur nihil de moralibus Tuis è Philosophicis, præsertim à vulgari Sententiarum studio recedentibus, publicas: quæ à Tuis Auditoribus ad nos digressis prædicari jam sæpius audivi? Ita, qui me stimulavisti ad emittenda mea, Græca & Latina, ego par pari referens,

rens, incito Te ad proferenda Tua, potiori jure. Pro Cl. Joh. Petri Titii Gedanensis Polyhistoris, Affinis Tui, transmissis gratias magnas; quem virum salutes à me officiosissimè. Ejus Industria & ἀκρίβεια mihi valde placet, jam olim & Manuductione ad excerpendum perspecta. Est & ille Vir singulariter doctis nostro seculo accensendus. Horum ut diu in numero sis, imitus & animitus precor. Estne in vestra Bibliotheca Architrenius Joh. Hautvillensis, olim ab Ascensio in 4to editus? An vidisti alibi? Quæso de hoc & aliis, ad quæ responsionem desidero, me facias certiorem. Illius moram negotiis Tuis imputo, quæ scio multiplicia. Quam Disputationem nunc mitto, ne vacuæ hæ abeant, eam benevolè ut accipias, cum nihil aliud nunc in mundo sit, etiam atque etiam Te rogo. B. Vale & Salve. Dab. Cygn. festinante harum latore 3 Dec. 1685. St. Vet.

)(

CHRISTIANI DAUMI
PARS IV.

C.

APPENDIX
EPISTOL. PHILOLOG. CRITIC.

AD DIVERSOS

JOHANNEM GEBHARDUM;
CHRISTOPH. POMARIUM,
ERNESTUM STOCKMANNUM,
JOHANNEM FIDLERUM,
VALENT. MERBITZIUM,
GEORG. SEIDELIUM,
JOHAN. SCHELLERUM,

Aliosque, quibus accedunt duæ Epistolæ Heinsianæ ad eundem Daumium.

AD

JOHANNEM GEBHARDUM,

Professorem Wratislavienſem &c.

VIR Clariſſime & Ampliſſime, Fautor & Amice ſingularis.

PEtiiſti à me, ut JO. FRIDERICUM HEKELIUM, qui adhuc Lipſiæ Muſis amœnioribus, ut ajunt, ſtrenuè litat, Tibi amicum conciliarem, & ille à me, præmiſſâ ſalute officiosâ, petiit, ut meum JOH. GEBHARDUM ſibi faventem redderem. Utrumque eſt poſſibile, modo ſi ad litteras ejus, quas mox ad te eſt ſcripturus, benevolè reſponderis. Diſputationes ſuas, quas Lipſiæ hactenus ſumma cum laude habuit, ecce! Sed Palma vireſcens deeſt mihi, quæ Laurui ejus nobili ſuperiore anno plantata eſt à multis, magnis ac longe celeberrimis viris. Si ad eum ſcribes, forte exemplum ab eo nanciſceris. Eſt enim homo pro virili liberalis, manſvetus, modeſtus, ſincerus & unius cujusque Literatorum, quem ſibi inprimis verè faventem atque amicum novit, valdè ſtudioſus: Quod hactenus ſæpe commodo meo ſum expertus. Ipſe HEKELIUS poſſidet *D. Georgii*

Ederi Malleum Hæreticorum, Ingolstadii apud Dav. Sartorium 1570. in 8vo editum, ex cujus Lib. II. Appendice Cap. IV. V. & VI. libenter mihi descripsit, quæ de Evangelicorum Disfidiis, de Confessione Augustana â p. 479. usque ad 490. Hæreticus ille inique compilavit, & Tu â me, quæ hêic habes, descripta petiisti. Ephori nostri Exc*mi*, PEISKERI, fasciculum concionum funebrium, ut spero, rectè nunc acceperis, ut & Styrzeliana funebria, quæ ego adjeceram, etiam atque etiam rogans, ut petitui PEISKERI satisfacere, & B. Dn. D. ANANIÆ WEBERI Concionem funebrem pro ære suo (aliter eam non vult) emere velles. Vale & saluta CUNRADUM, POMARIUM, HANKIUM & MUHLPFORTIUM, imo omnes, quos apud vos nosti mihi bene cupientes. ὡς ἅπαξ Cygneæ d. 9. Novembr. 1668.

T. T.

Christianus Daumius,
S. Cygn. R.

II.

AD

CHRISTOPHORUM POMARIUM,
Professorem Wratislaviensem, &c.

Clarissime & Præcellentissime VIR,
Fautor & Amice plurimum colende
& honorande,

FAsciculos Tuos ad me & HEKELIUM nostrum probè accepi, quorum posteriorem

non

non prius curare potero, nisi sciam, ubi jam locorum amicus iste hærebit. JOH. SEXTUS, Scholæ Sebaldinæ Noribergensis Collega valdè industrius, nuper ad me scripsit, HEKELIUM, superiore vere Noribergâ Argentoratum abiisse, & ibidem inprimis *D. Sebast. Schmidium*, *D. Isaac Fausium*, *D. Balt. Bebelium*, *D. Joh. Rebhanum*, *D. Balthas. Scheidium* & *Joh. Henr. Boecklerum*, viros celebratissimos, humiliter salutasse, eosque offendisse valdè humanos, officiosos atque mansvetos, imo invenisse eodem in loco quosdam amicos Academicos quoque, sacratioribus atque amœnioribus Musis tunc litantes, quos inter inprimis fuerint *M. Heinr. Basilius Zeidler*, Budissinus, *Joh. Richter*, Altenburgensis, & *Schraderi* Hallenses Sax. Fratres, *M. Augustus* nempe, atque *M. Christophorus*, qui jam laudati Scheidii Respondentes fuêre in Div. Lucæ aliquot Capita, quæ Græcè impressa etiam Græcè tam opponendo, quam respondendo publice ventilarunt: Quas Disputationes muneris loco à Dn. Præside acceptas HEKELIUS ad *Sextum* amantissimum non ita pridem, ut eas curet in patriam, miserit. Argentorato eundem HEKELIUM excurrisse Tubingam, & Dnn. *D. Wagneri*, *D. Raithii*, *D. Osiandri*, *D. Wolfini*, *D. Lauterbachii*, (quem popularitate atque affinitate conjunctum prædicavit,) *L. Pregitzeri*, *M. Caldenbachii* & *M. Cellarii*, quos omnes ac singulos Professores esse nosti, sibi favorem atque amicitiam feliciter conciliâsse, idem *Sextus* refert, additque fa-

familiaritatem ibidem contraxisse cum *M. Benedicto Hopffero*, amantissimi nostri *Königii* Sororio, & renovasse amicitiam veterem Scholasticam, quam cum *Felice Spitzio*, Ronneburgensi, Jurium Candidato eximio, & hodie duorum Fratrum nobilium ab *Harstall* Ephoro dexterrimo, Geræ, atque *Friderico Naundorffio*, quem Juvenem linguarum exoticarum calentissimum *M. Christoph. Græfius* Lycei Altenburgici Sub-ConR. fidelissimus, sæpius laudavit, Altenburgi quondam coluit. An autem ad huc Tubingæ degat, an in Italiam, ut fama, quæ haud rarenter fallax est, denuo sit profectus, vel Altorfium studiorum causa Tubingâ se contulerit, adhuc cum ignarissimis scio. Interea fasciculum, qui HEKELIO meo â Te amanter est inscriptus, diligenter ac probè custodiam, donec is ad me scribet, ubi jam commoratur. Ephorus noster, PEISKERUS, resalutat, & candidam amicitiam promittit. Pro transmissis Programmatibus magnas quoque Tibi agit gratias, ut & ego, ut pote talium æstimator constans. *M. Briccii Cresfii* Poëmata *Sextius* Norinbergæ expiscari non potest. Alias misissem. Hofii Variscorum Pfeilschmidianis literis ann. 1629. in 8vo excusa sunt, & *Barthio* heu! quondam meo egregiè grata. Si placent *Johannis Majoris*, Joachimici, carmina omnia, pro alio Libro ea redimenda mittam, ut & Martialem Scriverii, quô abundat suppellex libraria mea. Ut inter *Cunradum*, *Gebhardum*, *Hankium* & *Mühlpfortium* carmina inclusa cum

sa cum salute plurima distribuas; *Schæbelio* a fasciculum tradas, amice Te rogo. A calculo & tussi vehementi nondum liberatus plura jam non possum. Vale itaque & salve cum omnibus Wratislaviensibus Tuis optime mei memoribus, in primis *Gebhardo* atque *Hankio* quos impensè amo atque magni habeo. Dabam properans Cygneæ d. 19. Jul. 1669.

Clarissimi Nominis Tui

studiosissimus
Chr. Daumius.

III.

Viro Clarissimo,
CHRISTOPHORO POMARIO
Gymnasii Magdalenæi Professori meritissimo, &c.
Fautori & Amico suo honoratissimo.

SAL. & OFFICIA!

Vir Clarissime & Amplissime, Fautor & Amice suavissime.

OB instantes nundinas Lipsienses multis intentus pauca ad Te jam scribo, qui heri ad Cl. Gebhardum etiam has, quas inclusas videbis, celeriter dedi, quas rectè tradi curabis. Fasciculum Tuum HEKELIO inscriptum similiter curavi, cui verè gratus & acceptus fuit, & quam primum ad Tuas respondere certò promisit. Salutat interim officiosè, & mittit Disputationem Theologicam pro Te & GEBHARDO nostro, quam, JOH. CONRADO

DO DURRIO, Theol. & Philosophiæ Moral. Prof. Publ. excellenter merito, præside, Altorfii d. 24. Aug. publicè magna cum laude, ut KOENIGIUS & SEXTUS mihi retulerunt, ventilavit. Nunc scimus, ubi locorum hoc anno vitam suam transegit. Hodie Altenburgi Misnicorum apud dilectos Parentes vivit. An autem nunc hâc hyeme domi commorabitur, nescius sum, quia ipse hac de re est nescius. *L. Ann. Sen. Flori* Commeliniana Editio cum *Jani Gruteri* Notis impressa est 1597. in 8vo tamen non prorsus vacua nævis typographicis. *Prosperi* Alpini de plantis Ægypti Librum non possideo, sed possidet eum Cl. noster HEKELIUS, qui Venetiis 1592. ad Joannem *Mayrocenum*, Patricium Venetum nobilem, apud Franciscum de Franciscis, Senensem, in 4to maj. form. impressum esse scribit, addens, autorem de *Palma Dachel* prolixè ibi agere cap. VII. p. 10. seq. ubi de hujus arboris pulvere hæc verba invenienda esse testatur: *Pulvis maximum usum habet peros sumpta ad diarrhœam, lienteriam atque disenteriam, non minusque ad omnes alias vel sanguinis, vel alterius humoris innaturales vacuationes firmandas: præcipue verò ad hepaticum fluxum hemorrhoidum atque uteri cruentam vacuationem atque ad sputum sanguinis. &c.* BAUDII poëmata, quorum sum possessor, sunt novæ editionis Elzevirianæ 1616. in 8vo tertiâ parte nunc locupletata, & in concinniorem redacta ordinem cum Autoris vita atque epitaphiis. An autem illa recentiora sint edita, cer-

ta, certiorem te minime possum facere. Novello Dn. Rectori vestro votum pro novo anno & pro adepta sparta honorifica nomine meo fundi & heri salutari eum jussi per Excell. GEBHARDUM, quem Tecum & Cl. HANKIO quotidiè gero in pectore. Bene vale, & instantem novum annum feliciter incipe, media & fini, imò fave. Properanter Dab. Cygneæ d. 30. Decembr. 1669.

Tui

studiosissimo
Christiano Daumio,
Schol. Cygn. R.

IV.

M. ERNESTO STOCKMANNO,

Superint. Alsted.

Per-Reverende & Amplissime Vir,
Fautor amicissime.

ET multa tibi debeo, non solum ob charissima mihi munera tua, verum & affectum in me propensissimum: Sed valetudo non semel interea adversa & occupationes hanc secutæ crebriores id omne interverterunt, quod tibi tribuendum erat. Et exspectavi occasionem ad te literas dandi commodam. Nunc novæ remoræ. Quare hos clathros, ne nihil reponatur, vel vi ut perfringam necesse est. Quis Emblemata Artem Heraldicam nominet, non succurrit. Artem quidem Heraldicam emblematis gaudere vel

ex

ex Ludiloquiis Harsdörfferianis parte 3. & alibi constat. At contra omnia Emblemata quis artem Heraldicam nominet? Alios nunc, quoniam memoria senili exciderunt, & inquirendi rara oportunitas deficiente memoria non recenseo. Nec etiam mihi adsunt Speneri de Arte Heraldica Insignium Domus Sax. Elect. Commentationes: It. Joh. Christoph. Becmanni de Dignitatibus illustrium. Quare si non satisfacio, ignoscas mihi comiter. Quod nunc mittam placiturum, non habeo: adjeci tamen nescio cujus census unam & alteram chartam: Forte & brevi, nisi viæ tardant, & si Deo placitum est, ex Italia de Bibliotheca Medicea ab ejus Clariss. Custode mihi promissum Henricum pauperem, sive Septimellensem, cujus vitam è Manuscripto pridem is miserat, à me edendum mittam: Cujus hic versus:

Dulcia non meminit, qui non gustavit amara.

Ut & vos post amara, si qua talia, gustata dulcium solatio recreemini, voti mei summa est! B. V. & perge, ut cœpisti, amare, omnia fausta tibi precantem

Tuæ Rev. Dignit.

Dabam Cygneæ d. 16 Maji
1678.

Percultorem studiosiss.

Christ. Daumium.

V.

V.

Eidem.

Per-Reverende & Amplisſime Vir,
Fautor atque Amice honoratiſſime.

Mihi aberis citra dubium tam protractum ad humaniſſimas tuas ſilentium. Pervenerunt ad me abſentem tum Tuæ Kal. Septembribus demum. Ad quas reſpondiſſem citius, ſi per ſcholaſtica & domeſtica negotia licuiſſet. Adhæc deerant, quæ Nob. & Excell. D. Schultzii munuſculis acceptiſſimis reponerem. Ea dum hinc inde acquirere laboro (apud me enim meorum nihil amplius ferè exſtat) fruſtra tempus indagandi dilapſum abiit. Conſtipavi igitur, quicquid habere potui; ne prorſus inanis primæ ejus munificentiæ occurrerem. De Arte Heraldica quæ docuiſti, apprimè grata fuerunt. Careo n. adhuc omnibus iis Auctoribus, quos laudaſti, cum mea nunquam divitis hominis libraria, quantacunque ea, ſit conſtipata partim ex hæreditate, quæ à propinquo mihi venit, ex Barthiana partim Bibliotheca, cui quos tu laudaſti Auctores, utpote recentiores, non inerant; cæteri tum ære, tum munere ac beneficio Fautorum mihi adjecti ſunt libri. Unde multos adhuc bonos deſidero; Etſi nunc ob ingraveſcentem ætatem languidius. Buchneri Epiſtolæ poterant majore cum cura & judicio ſeligi edique. Inſunt enim quæ ex diverſo conceptu, nec unis ex Schedis in unam coaluerunt;

runt; ideoque & minantur Dresdenſes novam earum & emendatiorem Editionem. Habeo ego unam adhuc & alteram Epiſtolam jam excuſas, quæ illi Opuſculo deſunt. Quæ ad me ſcriptæ ibi jacent, impetraverat olim à me Otho Prætorius, cum de harum Editione nondum quisquam cogitaret. Grævius noſter, cum ſuperiori Anno è Belgio Patriam inviſeret, literis Lipſiæ ad me datis improbabat operam iſtam, & alii una; qui ſinguli ſelectionem urgebant. Sic meas ſubitò ac in ſubidè ad Reineſium ſcriptas à Boſio edi, invitus vidi. Paſſus tandem id ſum, victus ejus precibus, præſertim cum ſic reciperem meas, quarum plerarumque Apographa jam perdideram. Henricum pauperem nondum accepi integrum. Nam Lipſienſis Bibliotheca dimidium ſuppeditaverat. Promittitur adhuc ex Marq. Gudii Manuſcriptis omnium in Germania inſtructiſſima Bibliotheca ab Axenio, ad quem ea propter denuò his diebus literas exarabo. Magliabecchius hoc anno ſiluit. Per alios tamen Venetiis ac Florentia faſciculos ad me miſit, quos tamen, quod doleo, non recepi. Si inter illos fuit Henricus ille Septimellenſis, procul dubio actum erit de beneficio officioſiſſimi hominis. De Epiſtolis Doctorum edendis & alii me hortati ſunt. Tria autem præcipue, quibus ad eam rem opus, remorantur me: Otium ad ſelectionem & deſcriptionem illarum ad typos; Deinde promptitudo Bibliopolæ alicujus, qui ſumptus præbeat; Tertium

um copiæ negotiorum indies sese accumulantium sublatio, quæ & ne alia incepta scripta pertexere queam, obstaculo sunt. De quibus ideò lubentius tacco quam vana promissione hiantes eludo. B. V. & salve. Dabam Cygneæ Kal. Octobr. 1679.

Per-Rev. T. Claris

Percultor studiosiss.
Christianus Daumius.

VI.

Præstantissime atque Eruditissime Dn. JACOBI Fautor atque Amice plurimum colende.

DUm ad Tuas perquam jucundas atque elegantes responsum debitum ac Te dignum meditor, remorantur me diversa: valetudo, occupationes improvisæ & præterea quæ dicere nolo. Ne igitur responsionem describendi omnium optimam elabi sinerem, satius duxi, scribere, quidquid in buccam, quam aut silere prorsus, aut meditata aliqua Epistola diutius officium meum differre. Laudibus meis omninò velim abstineas, Quantillum enim id, quod in me tam miseræ à puero sortis laudari queat? Ego potius suspicio viros laude dignos venerorque ex animo, nec solum, qui viri rem suam in literis tam divinis quam humanis conservandis ac propagandis strenuè gesserunt; Sed & eos de quibus spes post inde paria facturos. Inter quos & Te esse famapercepi jam pridem, & nunc ex do-

ctis Tuis literis aliisque argumentis facile deprehendo. Cur igitur non faveam meæ tenuitati faventibus, de quibus præsertim tanta spes? Cur non adsim opera aliqua, modo talis in me, qua eos juvare possim? Lexicon, de quali Tu quæris, & ipse desidero ejusmodi. Scias autem me nondum omnium qui extant conspectu Librorum potitum. ET quis hoc sibi polliceatur? pro opibus igitur nostris, nostra struimus moënia. Interim tamen congessi ipsus in meum potissimum usum opus prægrande secundum terminationes vocum. Radices primum, deinde derivata à verbi Infinitivo, 2) à supino vel Præterito Perf. Passivi 3) à Præsente Participii, 4) Futuro Participii tum Activi tum passivi. Tandem Particulas cum peregrinis vocibus &c. peculiariter. Ibi ne Barbara quidem aut Ecclesiastica aut sequiorum ætatũ vocabula, Phrases, constructiones omisi. Adjunxi & Recentiorum præterea vocum significationes & autoritates quæ reperi, &c. De Historiarum & Ecclesiasticorum Patrum tali Lexico idem intelligas. Exhibent multa Vossius, Ludov. de la Cerda, Lydius ad Clemangem, Lindebrogius & Pithæus in Glossariis & longe plures alii etiam in Commentationibus in Autores eorum. Infinita latent in ipsis autoribus à nemine adhuc excerpta. Utinam exstarent Barthii Adversariorum Tom. II. & III. Tomus & Reinesii multa ἀνέκδοτα! Sed hoc voti non spei est. Expectandum igitur ab aliis tale opus. Nam ut meum ea omnia

mnia complectatur, etsi maxime velim, tamen impedimento sunt senilis atas, valetudo non satis firma, defectus adminiculorum & Patronorum: nec unius hominis res est. Sane hactenus meo Marte rem gessi, infinities absterritus & quasi desperabundus; nec tamen semel susceptum plane deserui, etsi βοσίῳ πόδι procedatur. Additas has ad Cl. Petermannum Tuum si curaveris, de me bene meritum Te existima. Scripsi satis properanter & nescio an satis fecerim. Fortè brevi, si vivo rectius. Quæ jam Tibi destinavi miti severitate leges. Agnoscere facile potes ariditatis senii & venæ à vario languore exsuccæ imbecillitatem. Affines meos Dn. Krautium & Lembachium uti & Conterraneos meos imprimis Per-Rev. M. Schmidium & M. Seebischium ubi dabitur officiosissime & amantissime à me salutabis. B. Vale. Deproperabam, Cygneæ d. 14. Maji 1673.

T. *omni affectu*

Christianus Daumius.

VII.

Præstantissime atque Eruditissime Dn. JACOBI Fautor & Amice perquam colende &c.

TUis, ut occupatissimus nunc paucis respondeam, noris tuam mihi derivationem vocis præ alterius placere, ratione à te ipso reddita. Si enim voces in μα à vocibus in μή derivandæ essent, cum longè major sit numerus

merus vocum in μα quam μη infinitæ in μη originationis gratia fingendæ essent, à quibus illæ in μα deducerentur. Neque me movet Scaligeri aut Vossii, quos scio in originatione vocum, quemadmodum & Cicero Varroq; non semel peccare, auctoritas. Nec potuerunt illi aliter ob causas multiplices, quibus recensendis otii brevitas me excludit, quas si vivo, Indagator Radicum meus, & Gymnasium Zechendorfianum, à me correctum auctum, & Indicibus, hoc est auctoritatibus vocum instructum, docebit. Sed qui tantæ ætatis sum, vix puto tantam molem me emensurum, nisi placidis diebus magis fruar. Ad τὸ *præprimis* tuæ sententiæ, quam probo hoc addo, quod ejusmodi composita primario sive simpliciter significant, id etiam significare conjunctim. Auctoritas vocis hujus Lexica fugit, quia nescio an apud veteres reperiatur, nondum enim annotavi. Apud Recentiores verò, qui ad imitationem τῶν *Cumprimis*, *Imprimis*, etiam *præprimis* dixerunt, creberrimè occurrit. Verum ut dixi, negotia multiplicia neque de eo cogitare, neque amplius quid exarare hæc festinanti permittunt. Libellum inter spississimas curas malas extrusum, non hilari animo præditum, meum à Te lectum fuisse gaudeo. Eum ut relegas, ecce tibi à me exemplum Magnificum Tuum Dn. Hospitem, quem diu magni feci, salutis honorificentia devote atque officiosè à me veneraberis. Ampliss. Dn. Axenius exemplum à me accept

Ma-

Magnif. Dn. GENERO mea manu inscriptum exhibendum, quod ei se exhibiturum, promisit qui ut sibi concederem rogavit. Is an adhuc Dresdæ (quod vix puto) commoretur, quæso me doceas. Ei fasciculum Librorum (quem nondum accepisse quum nuperrimas ad me dedit, conjicio) ad ipsum misi; benè, si accepit; nam sic non peribunt; Remittet enim ad me Lipsia. B. V. & salve. Dabam Cygn. prid. Kal. Maji, an. Chr. 1677.

T. Ds.

studiosissimus
Christianus Daumius.

VIII.

Per-Reverende Clarissimeque Vir,
Fautor ac Amice plur. colende.

Litteræ tuæ, quò magis calamitoso hoc tempore inexpectatæ appulerunt, eo nihil lætius, nihil gratius potuisset accidere. Gavisus enim sum ex animo te veterem amicum adhuc in vivis esse. Me meosque singularis Dei gratia hactenus salvos conservavit, ut ut vicinos nobis nonnullos θεῦ μάστιξ sustulerit. Dolemus tantum mali hujus nondum esse finem. Hac enim hebdomade novem funera sunt elata, præcedente eam septem. Fures, qui clausas domos spoliant, & subreptas plerasque reculas aliis divendunt, maxime, permissione divina in culpa sunt, ut & hæredipetæ avari justo citius hæ-

redia invadentes & propriis ædibus inferentes. Ego licet studia nostra apprime frigerint, tamen per triennium hæc feriatus minime sum. Edidi enim Paulinum de vita Martini, cum Notis Barthii & meis Lipsiæ cum ibi pestis sæviſſime grassaretur, accepique inde singulis hebdomadibus singulas plagulas impressas, Indicum & Gossarii quod tamen nondum prælum subiit, conficiendi gratia. Hoc anno præter alia Henricum Pauperem, Poetam tertii seculi decimi, cujus Neander in Ethica sua meminit & alii, ex Membranis Florentinis, suppeditante V. illustri Antonio Magliabechio, Magni Ducis Hetruriæ Bibliothecario, à quo hoc anno tres Epistolas, una cum nonnullis Libris accepi, & Editionem urgente, brevi σὺν θεῷ Lipsiæ excudi faciam. Typographus enim noster etiam venenoso contagio exspiravit. Consul. D. Reyherus apud nos cum Uxore & Filia, Prætor, D. Claubartus, Archidiaconus, M. Conradus, M. Dittmannus Collega Scholæ tertius, Cantor M. Creilius & ejus Filius, Baccalaurei vicem tum gerens, Filiæque, Aedituus superior Paulus Meisnerus, Superioris Cantoris Trögeri filia, peste correpti occiderunt. Schola ob defectum Præceptorum, & emansionem plurium discipulorum, dimissa ac desita fuit. Hinc cum videam idem apud vos factum velim me doceas, an διδάσκω publico vestri Scholæ ministri per id tempus carituri sint. Ad Hekelium, qui Reichenbachii in vicinia Rector est, si quid volo, Lipsiam ad

L. Fel-

L. Fellerum mittendum est, ut inde ad ipsum curetur. Is toto hoc tempore, quo militibus obsepti fuimus, ad me nihil, neque misit, neque exaravit, excepto hoc mense quo primum, quos Augusta Vindelicorum Plur. Rev. Spizelius ad ipsum à Magliabecho missos libellos & literas ad me pertinentes ad ipsum curarat, Lipsienſi via ad me perlata sunt. Quæ misisti ut ut tristia, pergrata lectu, hac hebdomade eadem viâ ut nanciscatur, operam dabo. Malum pestiferum est nobis illatum è Varisca d. 14. Octobr. 1680. quo denascebatur Mulier herbis & radicibus divendendis quæstum sibi ac victum quæritans. Id initio spernebatur, egoque & tota Schola funus prosequebamur; Sed exacto mense dum interim Maritus & ancilla obeunt, malum innotuit. Qui in domo reliqui erant, postea ibidem fato suo functi fuerunt. Exinde domus à vicinis expilata cladem hanc auxit. Fusius hæc describerem, si omnia ita, ut tibi vestra cognita atque explorata certò essent. Mendaciorum folles sufflantur in ipso oppido nedum extra illud. Deo ter optimo Max. gratias agimus pro conservatione tam clementi; Is & Te tuosque porro tueatur, & pacem territorio, sanitatem incolis largiatur, & faciem suam benignam rursus tandem nobis ostendat, sublato omni malo. Dn. M. Frischii Parens plurima te salute impertit. Halbauni fallor, dicitur locus, in quo pastorem agit. Narratur non ità pridem futurum, ut in Neandri patria Sora, Pastor constituatur. Sed

res adhuc in certa est. Ne steriles plane has mittam, ecce tibi munusculum à me. Paulino careo, & grandiusculus is est, addidissem alioqui. Bene & diu vale, cumque novo anno novam felicitatem, & omnia tam corporis quam animæ commoda uberantissimè percipe, meque amare perge. Dab. Cygn. festinantissime inter alia impedimenta, d. 10. Decembr. an. 1680.

T. Per-Rev. Dign.

ab omni amore, cultu & fide

C. Daumius,
S. C. R.

Amplissimus Dn. Hahnius ferè solus in hac nostra indigentia in me munificus fuit, Deus retribuat ipsi omnia benefacta & servet illum Evergetam salvum quam diutissimè. Ignosce subito stylo.

IX.

Epistolam hanc exaravit

M. TOBIAS PETERMANNUS,

Rector quondam Scholæ Pirnensis, ad M. JACOBI, quia in illa singulare Encomium B. Daumii occurrit, eandem inserere h. l. volui.

Salutem!

GRatias ago quam plurimas protransmissione Concionis funebris, in memoriam deatissimi Joh. Frid. Hanii habitæ. Crebas midi velim, Sermone hoc Schmidiano ita me fuisse delectatum, ut & subinde in legendo lacry-

lacrymas emiserim non unas. Schmidii Parentem satis novi, quis fuerit. Eô enim ipso tempore, quo me Deus benignitatis voluit esse Lipsiæ, vivebat tunc & ipse, interfuique Collegiis quæ habebat. Gratulor manibus ipsius, quitalem post se reliquit Filium. Forsitan mihi erit mox occasio, eundem salutandi. *Literas ad Cl. Daumium recte fuisse curatas, hac ipsa hora satis intelligo. Scribit enim ad me, quæ? qualia? quanta? Id etiam mihi credas velim; Virò hoc in toto Electoratu Sax. neminem esse doctiorem. Amo virum quia se præstat virum, vereque Daumium. Quid enim manus sine Daumio s. pollice. Sed nec & ipse me deamat, quia novit Petermannum; id quod dico sine jactantia. Transeant itaque hæc ut transitoria in hoc Mundo transitorio.* Id unice adhuc quæro utrum quæ ad Dn. FLACHSIUM scripsi, rectè curaveris. De istis hactenus fuisti mihi Piscis, aut eo magis mutus. Num in posterum quoque tibi erit occasio, meas deferendi per Te ad Dn. Daumium, & satis quidem commoda, me facito certiorem. Debitio mea hoc poscit, qui me tam amanter non solum salutat, sed & Epicedium flagitat in obitum, quem tu satis hariolatus es, uxoris desideratissimæ. Hisce vale, meque, ut facis, ama constanter, ut pote quem Jova juvabit, & Te

T.

Pirnæ d. 12. Apr. 1673.

M. Tob. Petermann.

X.

X.

AD

M. JOHANNEM FIDLERUM,

Diaconum Eccleſiæ Mugellenſium fideliſſimum,

Amicum certiſſimum & ſummopere charum.

S. & O.

Literas tuas cum Fabricii Roma Geruli ſoror apud nos ancillans recte mihi exhibuit; Eas vero quas Lipſiam te miſiſſe biduo ante ſcriptas, indicas, nullas vidi. Pro Carmine gratias ago maximas, ſed mallem laudes eas temperatas. Sedulium, quem tantopere amas, eccum tibi deſcriptum totum, ſi addideris quæ in Medd. Zehneri ſuperſunt. Talem in aliis operam poſſum & volo tibi impendere, ſi benignitas Omnipotentiæ vitam mihi & ſanitatem prorogarit, ſupellectilemque meam librariam, ut hactenus (ei ſit gratia maxima) cuſtodiverit. Eximius eſt Poëta Marius Victor, & alias nullibi, præterquam apud Fabricium & in Bibliotheca Patrum extat. Proſperum etiam impenſe amo præſertim libros de Providentia & contra ingratos elegantiſſimos. Deſcripſiſſem etiam Orientium, ſi jam otii plus ſuperabundaſſet. Utinam tu Mantuani carmen de contemnenda morte aut de obitu Patris Friderici: aut de ſuſcepto Theologiæ gradu: aut de comparatione oratoris & Poëtæ: aut de obitu Petri Nevolarii (hæc enim ex libris filvarum ejus mihi deſunt) alicunde

alicunde describenda manciſci poſſis, deſcriberem tibi quicquid placeret, vel integra Opera. Adverſaria Barthii præ Face Critica, ut eligas, ſuaſor ſum; ex illis enim plura & meliora addiſcere poteris. Et autores Faci in ſertos ſeparatim in Bibliothecis offendere facile eſt. Facinum à Barthio jam habeo. Protevangelium confidebam me impetraturum hic à quodam, ut tibi mitterem; ſed ea ſpes me fruſtra habuit. Lutheri præter Tomum I. Latinum, nihil poſſideo. (Habeo VIII. Tomos Concionum MStarum, quæ nondum lucem viderunt, à M. Georg. Rorario & Stolſio olim ex ore illo divino ſtilo exceptarum.) Eum tamen, quod in eo ea, quæ initia repurgatæ doctrinæ Evangelicæ narrant, & tractant, ægerrime dimitto. Mallem potius cæteros à Lengenfeldenſi additos. Sed vix ab hoſpite meo impetravero. Stant etiamnum ii libri obſignati, nec ſcio nondum plenaria præſtita ſolutione, quando ſint reſignandi. Quod ſi olim fiet, ſi Lucretius inibi, & alii libri, lubentiſſime te eorum faciam participem. Petronius magnas mihi curas minatur; ſunt enim in meis exemplaribus multæ ac variæ notæ, quales vix alii libri tenent, eæque maximam partem optimæ, etſi intricatæ, quas non negligam, ſed ubi plenius otium fuerit, in ordinem cogam, quod hactenus fieri non potuit. Ideo à me non dimittenda. Mallem abeſſet ab uno Viſalis Gallicus & Querolus P. Danielis, mitterem tibi illum. Salluſtium Carrionis & Duzæ jam habeo;

at Co-

at Columnam illam Rostratam optarem iterum videre, ut & Dousam ad Horatium: sed nolo te nimis officiosum esse. Satis jam mihi benefeciſti, nec sum rependendo. Dabo in posterum operam, ut redhostire queam, quacunque occasione sese oggerente. Roma Fabricii erit inter Lengenfeldenses forte. Itaque ubi illam accepero, statim ad te tuam redire faciam. Rapicium satis usurpare hactenus ob otii deficientiam non valui: quamvis maxime velim, prodest enim meis laboribus maxime. Sum in Indice Poëtarum Christianorum. Sum in describendo è MSt. Riga. Descripsi Vindocinensem, & dimidium Alanum de planctu Naturæ. Sum in Stichographia mea, amplo Opere, & Indice Prosodico. Sum in Gymnasio Zechend. elimando multus. Aliquando Orientales Musas revisо aliquando Græcas. Plurima & ê Bibliotheca nostra descripsi. Juvencus perturbatissimus est, si confero Fabricii, Veterem meam & eam, quæ in Corpore Poëtarum est, cum aliis, Editionem. Luberet & Collectanea colligere ê Criticis in Fragmenta Veterum Poëtarum; si tempus superesset. De aliis non scribo. Tu meus totus es, dabo operam, ut tuus ego vicissim totus esse possim. B. vale & â me, ut & Dn. Zechendorffio nostro salve. Inficetiis scripturæ & festinationi ignosce. Cygn. in vigilia Pentecostes 1639.

T. T.

Christianus Daumius.

XI.

XI.

Reverendo Præstantissimo, Doctissimoque
DN. JOHANNI FIDLERO,
Ecclesiæ Mugellensium Diacono fidelissimo &c.
Amico meo certissimo, & summopere charo.
S. P.

Mi Amicissime,

VIctorini nostri cras, ut ait, abituri uxor à me non solum recensendo Quinto Claudiani Barthiani Alphabeto, & Indice Auctorum concinnando, sed multis præterea aliis negotiis occupatissimo literas poscebat hodie. Ne ergo prorsus inanis abiret has scribendi vices negligere nolui, optabili litterarum tuarum salute me remunerandum confidens. Tua Epigrammata è Græcis versa Anthologiæ suæ inseruit Gothæ typis exscribendæ D. Rivinus, qui primam, quartam, quintam & sextam paginas speciminis gratia ad me misit. Nova præter quæ adjeci nulla habeo. Catalogum autem tot eximiorum librorum, quos à Dn. Barthio hactenus impetravi, concinnandi nunc non est otium. Fiet alia occasione, nisi tibi silentii potior ratio est, quod ego quidem devoveo, tu tantopere adamasti hactenus. At tu, si me amas, illud valere jube. Sic ego te salvere, & cum tuis incolumem felicemque annare & perannare, voto quidem sero, sed serio jubeo. Cygn. d. 6. Febr. 1650.

T. T.

Christianus Daumius

XII

XII.

Reverendo, Clarissimoque Viro

DN. JOHANNI FIDLERO,

P. L. Cæs. Ecclesiæ Mugellanæ Diacono fidelissimo &c.

Amico meo amicissimo ad manus.

SAL. & OFFIC.

REverende, Clarissime Dn. Fidlere, Amice longe carissime. Tuas accepi. Schedulam Dn. Ephori vestri, cui officio fissimam salutem à me annunciabis, festinantissimique mei carminis tenuitatem una excusabis, remitto cum gratiis. Reinesius relicta Altenburgo Lipsiæ nunc agit. Quæ in Styrzelii effigiem scripsisti, per horam quæsivi, nec tamen in chartarum colluvie reperire potui, hæreoque an jam dum ipsi miserim. Quam primum occurret scheda, si occurret, statim ad te ibit, ut transscribas. Barthii in Augustinum nihil ulterius præter quod jam in adversariis extat, scriptum editumve est. Idque ipsum D. Gerhardo prolixe probavit. Ecce ejusdem ad me nuperas, quas quantum potes remittes, nondum enim ad illas respondi. Adversariorum Barthianorum duos tomos adhuc Academia Lipsiensis custodit, litigio nondum finito. Cerdam ubi remisero, Tomos Gynæcrorum & Moschionem commodato, Deo volente, petam; Quem ideo ante non avoco, ne negotia mihi crescant, tibique tuum Cerdam longius

dif-

differre cogar. Filio tuo Andreæ quam hospitii spem faciam, equidem ignarus sum. Duo nuper adventores peregrini Plaviam se conferre necesse habuerunt, postquam hospitiorum spe excidissent. Arrogantissimus Lagius, qui tantorum Arcanorum à Barthio sibi apertorum notitiam publicè jactitavit, edita nunc Oratione parentali, hiatu tanto dignas non præstat leges. Et rideo hominem formularum & phrasium sublegulum, cui nec Barthiana scripta, quæ in publico, satis nota, lecta & intellecta: nedum, quæ tanto Heroi, qui neque fidissimo se aperire plane solebat, occultata. Miser tenebrio! Vult esse Dominus & Editor tam grandis Adversariorum operis, nec exiguas in Paulinum Petrocorium Animadversiones hactenus luci communi sistere potuit. Sed væ illis Adversariis, si in sagaces & insubidas illius manus incident, strangulationem passuris. Ego curam illam depono, cui contenta maximam partem jam cognita sunt. Videant hæredes. Magis ad propria propero. Anthologica tua remitto. Mea non potuerunt expediri hactenus utut conquisiverim nonnulla. Sunt etiam Barthiana inedita apud me. Sed obruor agendorum copia, nec quid primum quid ultimum habeam quod agendum mecum dispicio. Fragmentum Barthianum de obsessa Lipsia eccum. Ubi legeris, remittes. B. V. Cygn. Kal. Nov. 1661.

T. T.

Christianus Daumius,

XIII.

Reverendo, Clariſſ. & Doctiſſ. Viro,
DN. M. JOHANNI FIDLERO,
P. L. Cæſ. Eccleſiæ Reichenbachenſis Diacono fideliſſ. &c.

Amico meo longe cariſſimo.

πλεθυγίειαν!

REv. & Clariſſime FIDLERE, Amice melliſſime. De morbo tuo invitus audivi, atque ex animo certe condolens. Eramad te ſcripturus citius, niſi concatenatiſſima avocationum moles obſtitiſſet. Semper enim de te cogito in tanta verorum amicorum penuria. Nunc gratulor valetudinem receptam, & ut in ſolido locetur Deum veneror. Etiam de ſobole aucta gratulor, & ut in laudem Dei, gaudium parentum, decusque familiæ creſcat & vivat, ſeriò precor. Pro donario vero tuo quas non debeo tibi gratias? Ita me ſemper obſtrinxiſti, ita etiamnum obſtringis, ut qui ære tuo exeam, non reperiam prorſus. Remitto Juvenilia, noſtri olim Amici Magni, cum inſcripto, ut petiiſti Epigrammatio qualiquali, invito certe Apolline profuſo, quod boni tamen conſules. Adjunxi Statiana & Scaligeriana, prius ad te miſſis ſupplendis cum Zechendorffii concione funebri, quæ ultimum de meis exemplum. Quam miror equidem te non accepiſſe à Vidua. Ita enim narravit, ſe pridem miſiſſe tibi. A Styrzelio ex quo tuas ad

ipſum

ipsum misi, nullas hactenus accepi, nec Anti-Schoppium recepi. Multas enim ad Sextum scriptas legi, in qua creberrima mei mentio, etiam nonnulla tui. Ille meas expectat: Ego illius. Scripsi enim interea aliquoties, etsi breviuscule. Puto non prius rescripturum, quam Anti-Schoppium descripserit, vir multis modis impeditus negotiis publicis. Fortè his nundinis aliquid mittit. Vogelio Rectori Norimberg. Epicedion scripsi. Ad Dn. Sigismund. Betulium pariter Jambos misi. A Petermanno & Manicio Pirna varia accepi. Remisi illis varia, ut & M. Theilio Budissinæ Rectori, qui me salvere jusserat. Capoferrei viduame tribus libellis donavit, Censorino cum Variorum notis, Velleio Vossii, Diebus Cretensis Merceri. Ei contra exhibui Vallensem, in paupertatis ac viduitatis aliquod solatiolum. Responsum nondum vidi. Puto ad me venturum de postumis Mariti sui mecum collocutura. Plura dolores capitis non permittunt. Vale, vale mi carissime Amice, pancratice diuque, & quod soles amare me persevera.

T. T.

Dabam Cygn. d. 14. Maji 1663.

Christian. Daumius.

XIV.

VIRO

Reverendo, Clarissimoque Domino

M. JOHANNI FIDLERO,

P. L. Cæs. & Eccles. Reichenb. Diacono fidelissimo &c.

Amico meo veteri, vero & sincero.

SAL. & OFFICIA!

Mi carissime Amice.

PRæ gravedine per oculos etiam destillante vix hæc queo. Remisissem pridem Tibi Indicem Schneiderianum, quia Göpnerus & hunc & mea excusioni promissa, susque deque tamen habuit Typographeo divendito: nisi spes me tenuisset fore ut novis typographis aliquando persvadeam, vel potius Bibliopolis sive Nürnbergensibus, sive Naumburgensi. Hic quidem suis sumtibus Græcam Grammaticam excudi hic facit, post suas nundinas forte aliquid aliud traditurus. Ideoque ad octiduum adhuc retinebo, ut ipsis monstrem, & eorum animum explorem. Nec enim ob dolores capitis domo exire possum, qui his diebus mitigandis iis, nec ab aëre asperandis, publico abstinui. Proxime recipies, sive excudi queant, sive minus. De mea fide nullatenus dubitetis. Novi è Belgio hactenus ob luem pestiferam nihil Francofurto accepi, nisi à Lotichio litteras cum Panegyricis. Scripsi nuper eò. Responsum θεῦ διδόντος proximis nundinis præstolans. Tuis libris per intervalla usus

sus sum mole negotiorum continuitatem vetante. Ideo autem iis adhuc adhæsi, quod è Græco Crusio Garthium meum adauxi. E Cerda Indices LLæ meos quorum particulam Prof. Königius, Altorffi olim nactus Lexicon edit jam non parvum infinitis ex iis vocibus auctum; quodque omnia quæ hactenus exiere vocum copia superat. In eo non semel mea Diatrica de Radicibus amissis, Vertumnus, Catapalponista una cum Salmasii, Barthii, Reinesii scriptis allegantur. Excusum est usque ad literam I. Nihil tamen ad meos indices quadruplo locupletiores. Quibus quidem an moles Editorem procuratura sit, hæreo. In grandi autem beneficio pono tam diuturnam tuorum librorum communicationem, qui in finita inde excerpsi, multa tamen adhuc restare video. Miror me nullius horum librorum fieri potuisse hactenus compotem, ut tuos maturius remitterem. Etsi raros alios nactus fuerim. Recipies autem non sine gratis gratiis propediem & meo sumtu. Quod si tamen mature sine exceptione desideras, meo ære & quidem lubentissimo ad te propere redibunt. Quare rescribas. B. vale, & salve cum Tuis. Dabam Cygn. d. 17. Maji 1667.

T. T.

Chr. Dammius.

XV.

Reverendo, Clarissimo & Doctissimo Viro
DN. M. JOHANNI FIDLERO,
Ecclesiæ Reichenbach. Diacono fidelissimo,
Amico meo charissimo,
SAL. PLUR. & OFFICIA!
Per-Reverende & Clarissime Vir, Amice plurimum colende.

EO ipso temporis articulo, quo à Styrzelio chartas, quas vides, ad te cum plur. salute curandas accepi, tuæ appellarunt literæ. Sume igitur hæc Tibi ea fide, qua ad me perlata fuere, & una Clariss. Schneideri Indicem Virgilianum reducem: Cui Typographum utut annisus maxime (optarem enim Opusculum excusum) hic reperire nequeo, neque alibi, qui sumtus ipsus faciat; qualis si quis alius homo esset, facile reperturus erat hunc; Quemadmodum Gabrias tuus eâ ipsa conditione, quam præfixisti, nostra præla post nundinas subibit, modo ad me interea curaveris bonum fabulonem illum. Reges tuos & sanctorum Epitaphia proxime remittam. Volo enim prius perlegere. A Cunrado, qui superiore vere ægrotaverat, nihil hactenus redditum est. Referibam his nundinis. Plinium habeo itidem ex Geleniana Editione. Etiam ex Dalechampii sed incompactum adhuc. Hermolao potiri nunquam potui. Possidet autem Thomasius. Florum Salmasii scrinia mea servant, cui additus est Lucius Ampelius primum.

mum ab eo in lucem datus; cui appactus adhæret Leo Allatius (is qui Heidelbergensem Bibliothecam Romam transvexit) de patria Homeri: Et Freinshemii, cui appactus Casaubonus in Characteres Theophrasti. Etiam Zerecotii, cum egregiis Notis Politis, quem eum geminum habebam, Peiskerus junior à me accepit. Plinianas Exemplaria in Bibliopoliis rarescere docuit superiore anno coram Stephanus, ὁ μαχαίρης, cujus ecce Concionem funebrem. A Styrzelio nactus sum veteres membranas Poetæ nemini fere non incognitissimi Conradi à Mure (de quo videndi Gesnerus in Bibliotheca, & Vossius in de Historicis Latinis) qui vixit A. C. 1465. Norimbergaâ Rev. Viro Christophoro Arnoldo itidem novam Editionem Fragmenti Petroniani Tragurienſis, cum Epistolis super eo autore ex Gallia ad Arnoldum scriptis in 8vo. Cui respondebo proxime, nondum enim hunc inspexi. Reinesianam puto vidisti. At illa (ut fama obscure susurrat) strigili excipietur Joh. Schæferi Professoris Upsalienſis. Occupor jam Operibus Alchwini sive Alcuini à Duchesnio, sive Quercetano editis, quorum crebram mentionem vides in iis, quæ ad Catonem contulit Reinesius. Ea ad me utenda Jena misit Professor Bosius. Norimbergenses & quos Altorfi habeo, Amici, una cum Styrzelio expetierunt quartum meum Vertumni Millenarium. Eum addixeram, sed hac lege, si curarent, qui sumtus faceret sive Endterum, sive alium excudendis-

junctim IV. Millenariis, una cum aliis Anthologicis toties à me versis, cum nonnullis à Barthio, Styrzelio, Gudio, Te ipso &c. versis. Verum Enderus, etsi iecta tum Magnifici Rectoris Königii, tum Styrzelii commendatione, aures tamen alio dividit. Quid alii responsuri sint, exspecto proxime. Plura vellem, sed occupationes avocant. Vale quam optime, dulcissime Amicorum, & comiter ignosce tuis libris tamdiu tanta fiducia utenti. Non enim peribunt tibi, sed restituentur salvi quamprimum me iis tricis quibus hoc anno me involvi, expedivero. Ut indices meos exinde augere pergam, multa suadent, imo imperant. Iterum vale. Dab. Cygneæ raptim d. 25. Sept. 1667.

T. T.

Chr. Daumius.

De Filii Magisterio animitus gratulor. Expleat ille vota tot proventum. Quid filius tuus Daniel edidit? quid Catalogi præferunt?

XVI.

Ad Eundem.

Salve mi Amicissime!

DEcies mille obrutus occupationibus rescribere nequeo, nec Zehnerum remittere, hactenus non satis inspectum, etsi non magni usus, potioris enim oratio funebris adjecta. Sequetur proxime. Interim antecedit eum Fabulatorum Biga Riviniana, cujus exempla, Ego, & sic Tu, & Styrzeliani hæredes

des soli possidemus. Cætera enim pars, quod fine ob dissidium Editoris cum typographo, manca essent, exempla segestribus Bibliopolarum cessit. B. V. Dab. Cygn. d. 28. August. 1668.

T. T.

ὁ γνησιος.

De libris quos emisti, gratulor, diu est, cum eos possideo, præter Ditmarum quem ex Reineccian. Editione in folio habeo.

XVII.

Clmo & Per-Exìmio Domino M. JOH. VALENTINO MERBITZIO,

Fautori & Amico suo plurim. colendo &c.

MUnusculum tuum perquam acceptum iubente manu recepi, cui præter gratiarum verba, quod reponam nunc nullum paret ἀντίδωρον. Erit forte locus rependendi faventiore occasione. Ne nihil tamen darem interim, adjeci exiguas has chartas, quas boni consulas velim, utut forte ad gustum non sint. De Magnentio Hrabano quod quæris, scas ea jam olim excusa esse, quæ tuo Discursui adjecisti. Habeo certe Editionem Libri de Laudibus S. Crucis Phorzheimensem à Jac. Wimphelingio Ao. 1503. in folio procuratam. Ut & alteram, quam ex hac expresserunt, Velserorum dubio procul cura, Augustani itidem in folio A. 1605. Adjecit & secundæ suæ Editioni Venantii Fortunati Poëmatum Christoph. Browerus S. Jes. 1616. in 4to,

quam olim apud τὸν πάνυ Reinesium, videre memini. Habetur etiam inter Opera ejus omnia 6. Tomis Coloniæ 1627. evulgata. Imitatus is Hrabanus Venantium Fortunatum fuit, apud quem paria reperies. Hic vero Publium Optatianum Porphyrium: cujus Panegyricum, Constantino Imper. scriptum, difficilius exilio Carmen, an tormentum? quo tamen reditum in Patriam impetravit, primum si rite recordor, Pithoeus evulgavit, deinde ex altera forte illius Panegyrici ab autore Editione Paulus Velserus Aug. Vind. 1595. Ejusmodi Dædaleum Carmen Stephanus Claverius, qui Porphyrium & Hrabanum vulgatis longe auctiores se possidere profitetur, publicavit à se, sed Gallica lingva scriptum in Figura Emblematica super Nativitate Ducis Aurelianensis, Paris. 1607. Vertumni mei video te mentionem facere, cujus quartus & quintus pæne millenarii jam olim confecti in scriniis latitant. Facile totidem additurus, si pretium operæ constaret. Alia talia memini ad Leibnützium olim mittere, quæ nunc animo & memoriæ pæne exciderunt. Quo argumento Electorale MStum Hrabani αὐτόγραφον esse demonstretur, valde aveo cognoscere. B. V. Dab. Cygn. d. 29. Martii Natali meo LXV. cui vel Tu, ut ut serò, prospera quæque precaberis A. 1676.

Per-Eximiæ T. Clarit.

studiosissimus

Christ. Daumius.

V.

V. Amplifs. Electoralem Bibliothecarium, meum Fautorem officiosiss. à me salvere jube.

XIIX.

Commercium Litterarium, CHRIST. DAUMII, ad GEORG. SEIDELIUM, τῷ θεῷ καὶ ἐμοὶ μόσας φιλτάτῳ, GEORGIO SEIDELIO,

Cognato meo dilectissimo,

Εὐδαίμειν!

HAbes hic, mi Seydeli, ad Præstantiss. Dn. Ursinum literas, quas salutem honorifice præfatus illi exhibebis. Quæ ad me misisti, accepi singula, gratiasque pro iis ago mihi acceptissimis. At quid contra reponam? Certe nunc nihil, præter concionem hanc & Carmina, ad manus est. Erit tamen, ut spero, alio tempore. Studiosus ille latro composuisse cantilenas nonnullas & Witebergæ ante supplicium de se sumtum excudendas dedisse dicitur. Eas videre aveo. Si curare ad me potes facies gratissimum. Quod si Programma de ejus vel facinore vel supplicio propositum publice fuerit, illud ut factum penitius cognoscam, adjice. Ut contra, data occasione quid transmittam mihi curæ erit. Novi Poëtæ vestri Intimationes singulis festis publice præponi consvetas, (quales olim Buchnerus plures ad me misit, paucas Kirchmaierus) videre desidero. Dn. Stepnero pro Disput. gratias ago prolixas. Exc. Kirchmajerum, ubi oportunum erit, à me honorifice salutabis. D. Lotichius Francofurti jam diem suum obiit, uti Norimbergæ Dilherrus. Buchnerianis scriptis quid fit? An invidem

videntur publico? An culpa Bibliopolarum est, quod nondum prodeunt. Doce me, quæ de eis spes. Plura per occupationes infinitas non licet, & vix hæc licuit. B. Vale Cygn. d. 29. Apr. 1669.

Tuus Cognatus
C. D.

XIX.

Juveni
Pietate, Virtute Doctrinaque ornatissimo
GEORGIO SEIDELIO,
Opt. Art. & SS. Theol. in Alma Leucorea studiosissimo, Sobrino meo dilectissimo.
Ὑπερευδαιμονεῖν!

PRo tuis quæ mecum communia esse voluisti, mi carissime Seideli, gratias ago satis locupletes, nihil tamen contra reponens præter quæ appacta hic vides. Quo Catone contentum Te nunc oportebit esse. ἀδὺν γὰρ ἔχομεν ἄλλο. Quod autem ad Tuas nihil responsum est, invaletudini partim, partim occupationum catenæ indissolubili id tribues. Quis enim hanc frangat non-Hercules? SCANDATIO (an Scansionem vultis?) quæ vox sit, & quorum autorum, quæritis? Nos vix ullius, imo audacter liceat loqui nullius agnoscimus. Nondum autem, qui tot mille libros evolvi, observavi. Et quo quæso significatu à vobis usurpata est ea vox, nemini huc usque audita & absque analogia formata, ideoque merito rejicienda, ñ vel Classicus aliquis Scriptor

ptor eâ uteretur, qua tamen non utitur. Autorem, qualem velis, qui verba in prosa vorsaque iterum iterumque variet, non capio. Itaque explicatius loquere, ut te intelligam. Sic facilius opem præstare potero. Nosti Vertumnum meum, qui versu unam sententiam quater millies variat; cætera ut taceam, quæ vidisti. Non autem pariter in soluta. Qui tam prorsa, quam vorsa simul unam rem præsertim in Historicis variârit, non memini; nisi sparsim apud Auctores diversos hinc inde invenienda colligere velimus. Tuo suggestu, si clare indicaveris quid velis, facilior res fieri queat. Hæc citius ad Te, si occupationes passæ fuissent, & forte jam post festum, ceu dicitur, narrator accedo. Ecquando prodibunt Buchneri beatissimi Orationes, Carmina, Epistolæ? Epistolæ Reinesii à Bosio jam sunt editæ: nondum autem integrum Exemplum ad me missum est. Id quod Exc*mo* Kirchmajero una cũ salutis plurimæ nuncupatione significabis, & ex eo quæres, num meas cum Homiliis P P. ad se missas acceperit. B. V.

T.

Cygn. 14. Kl. Octobr.
1670.

Chr. Daumius.

XX.

Præstantissimo Doctissimoque

DN. M. GEORGIO SEIDELIO,

Cognato suo amatissimo

S. P. D.

CHRISTIANUS DAUMIUS.

MIttto specimen saltem vestrorum Epicediorum. Ubi Concio præla exibit (exsecraberis scio typographi moras) habebitis Exempla. Tuum serius venit his jam excusis. Distichon unum in eo mihi displicuit; Nec enim oleum camino est addendum, præsertim cum nunc mores ille valde mutârit. A Joh. Müllero ad vos profecto exspectabam responsum, ut scirem, an Exc*mo* Kirchmajero & Jacobio meas reddiderit. Materias versuum ut vocamus, ex quo à nobis discessisti, nullas paravi; alioqui lubens misissem. Sunt & alii, qui rogarunt eas. Sed certissime nullas habeo anno 1670. & seqq. elaboratas; nec otium hactenus illis conficiendis fuit. Pro Dispp. gratias ago & præsentes chartas contra mitto. Etiam à Jacobio responsum spero. Apud Exc*mum* Schurtzfleischium diem obitus, si novit, Joh. Cunradi Dieterici, admodum urgeo. B. V. Cygneæ d. 5. Octob. 1673. admodum ob infinita alia festinabundus.

XXI.

XXI.

Præstantissimo Doctissimoque

. M. GEORGIO SEIDELIO,

. Theol. in Acad. Witebergensi Cultori Studiosissimo &c. Cognato suo amatissimo ad manus.

Mi amatissime Cognate!

HAbes hic Concionem MEÆ funebrem post longissimas typographi tricas hodie tandem expeditam. Exemplaria trade Exc.*mis* Kirchmajero (ad cujus nupperrimas literas per Dn. Hahnium, cum adjunctis aliis Dresda missas, proxima occasione respondebo; nunc enim non licet) & Carpzovio, Poëtæ Præstantissimo, ad quem prima occasione itidem literas dirigam. Dn. Schurtzfleischio & Jacobio suam per fratrem hujus proxime mittam. Nondum enim sufficientia Exemplaria hac vespera tradidit typographus: nec latorem hunc & forte fratrem tuum grandiori fasciculo onerare placuit. A Clariss. Scheffero ex Svecia munusculum, orationem scil. ejus coram Rege &c. habitam manu sua mihi in scriptam hodie accepi. Si occasionem nosti, quibus literas ad eum in Sveciam meas vel cum, vel sine fasciculo recte curare possim, indica quæso mature. Mittam ad Te. Quod si nulla paruerit, etiam mone, ut aliam quercum excutere annitar, id est, aliam mittendi viam inquiram. Programmatis Kirchmajeriani in Prælectionem Plinii fac uno & altero Exem-

ple

plo per Te potiri queam. Addidi Concionis & Epicediorum unum adhuc Exemplum, quod Admodum Rev. & Excell. Dn. Hospiti tuo Dn. D. Meisnero, à noverca mea affini singulariter colendo, cum perhonorifica & officiosissima salute demisse, si placet, & consultum putabis, exhibebis. B. V. proxime σὺν Θεῷ plura. Dab. Cygneæ raptissime d. 21. Nov. 1673.

T.

C. D.

XXII.

Præstantissimo Literatissimoque
DN. M. GEORGIO SEIDELIO,
in Acad. Witeberg. SS. Theol. Cultori gnavissimo, Cognato meo amatissimo &c.
Sal. Plur.

SEIDELI Tibi tarda satis jam litera venit,
Apportans tædis Carmina grata meis.
Quæ bene distribues, queis sunt inscripta, suoque,
Autori dices, Gratia magna siet.
Carpzovio quoque fasciculum hunc offerre memento
Præfatus multæ verba salutis Ei.
Munere pro grato cochlearis uterque sonamus
Promeritas grates uxor & ipse Tibi.
Officii contra ratio tibi, spondeo, nostri
Constabit: promptos tempus in omne dabit.
Plura velim & meliora: negat rapida hora.
Boni ergo
Consule pauca isthæc, firmus & usque vale.

Vel-

Vellem Exempla vestrorum Epithalamiorum unum & alterum saltim habere posse adhuc. Jacobii Carmen multis displicet, inconsiderate injurii fero in nostras nuptias, quasi intra anni quadrantem sobolem parare habeam. Quid censes? An verbis detutus fuit, quibus rem aliter effari potuisset. Quid igitur illum ad hæc scribenda impulerit, exputare non possum. B. Vale & brevitatem ignosce, qui literis hodie scriptis tot defessus jam sum. Dab. Cygn. d. 4. Mart. 1674.

T.

Christianus Daumius.

SEXTUS meus (quod doleo) Norimbergæ obiit. Plura proxime.

XXIII.

Præstantissimo Doctissimoque
DN. M. GEORGIO SEIDELIO,
Cygneo SS. Theol. in Acad. Witebergens.
Cultori indefesso &c.
Amico & Cognato suo carissimo.
P. S.

Occupatissimus vix hæc. In meo Opusculo duo octerniones sunt excusi, quod vixante novum annum (quæ typographi lentitudo est,) absolvetur. Götsii Titulus qui sit, prospicies ex adjuncto. Programma illud Lipsiense Fellerus ad me misit, ne ullatenus dubites. Cras recipies cætera; Otio enim legendi omni jam excludor. In hiberno prima producenda est, quam vocem ægre emendo propter

pter ἀκροτελεύτια. Odores autem cavebis imposterum ob uxorem, quæ me cum literis hypocausto ejicit. B. V. Cygn. raptim die 16. Nov. 1676.

T.

C. D.

XXIV.

Ad Eundem.

SesI stat toto&VIgeat paXInCLVtaMVnDo!

LItteras tuas Amice & Cognate amantissime, recte accepi, uti & superiores. Pro Epithalamiis adjectis ago gratias pergratas. Mitto Epithalamium contra meum Lic: Fellero scriptum. Cæterorum nulla mihi copia est. Novi nihil â nobis excuditur. Versiculorum quos his addidi, ante biennium amissse putabam omnia exempla: Sed miro casu nuper reperi inserta magno cuidam volumini. Ex Italia vitam Septimellensis accepi. Expecto autem & literas proxime. Scripta autem ea est Hetrusca lingva. E Belgio libros etiam accepi. Diatribam de Aor. 2. meam â te scriptam Græv̄io misi. Bulæo succesſit Lucius, jam SS. Theol. Doctor. Greenius Concionator factus est aulicus. Ei succedet Schurzfleischius. Quisnam hujus sparta beandus sit, in incerto est. Döllingius scripsit M. Peilkerum eum fore; Lic: Fellerus autem M. Weisium Weisenfelsensem Professorem. Dies docebit. Cur noster Ephorus Curriculum illud vitæ omiserit, non exputo. Epithalamia tua distribui prout jussisti. Sed mal-

mallem horum uni non dedisse. Causam ali quando coram. Dn. D. Jacobi Dresda humanissimas ad me dedit literas, urgens mea & aliorum rara scripta. Ad supplices typographi literas rescripsit Elector Sereniss. Sacra jubens censeri ab Ephoro nostro; Philologica à me; nec quæ ego editurus sum ullius Academiæ subjici deberi censuræ, notâ jam pridem ipsi, ut ait, in talibus dexteritate mea. Absque hoc Rescripto, coactus fuisset typographus jurejurando omnia ab eo excudenda subjicere Lipsiensium aut Witebergensium Censuræ. Utinam nummosus essem, publico darem quam plurima, sed avocor. B. V. ac felicissimus Anna peranna. Dab. Cygn. d. 18. Jan. 1678. ἐν βραχεῖ.

T.

C. D.

Epithalamii tui alterum Exemplum remitto, cum nulla Tibi alia supersint, & ego vel uno contentus sim.

XXV.

S. T. Herrn/

Herrn M. GEORGIO Seideln/

SS. Theol. Cultori &c.

Meinen vielgeliebten Herrn Vetter/ und sehr werthen Freund.

Ευπράτειαν!

PRo munusculo, charissime Cognate, quo fidem tuam liberasti, Filiolus meus mecum, & cum matre gratias agimus, memores ejus perstituri. Mitto nunc contra,

quæ ad manum sunt paucula. Brevi excudentur, puto, Conciones binæ nostri Ephori, quarum Exempla Tibi, si vivo, servabo. Nam hactenus non belle valui, præsertim 6. Aprili, cujus invaletudinis causam cum removerem, melius habui postea. Novi nunc fere nihil habeo. Noster Con-Rector hodie Plaviam ad Parentes suos profectus est, non commode, ut ajebat, valentes. Nos putamus eos ipsum asciturum sive attracturum ad sponsalia proxime cum compatris mei Grammii Filia celebranda. M. Sigfridus ibidem decumbit morbo quo superiori anno Steinbachius Halas discessit, id quod multo ante subodoratus fui. Döllingius Witebergâ datis literis eum maxime mihi commendabat, & satisfeciſſem petitui ejus, oblatâ pridem peculiari mea benevolentia. Verum ille ea uti noluit, non enim unquam me peculiariter accessit, aut quid seorsim rogavit; ut eum fastidire tacitè, etsi præse non tulerit, nostras Musas non obscure senserim. Nunc ajunt, & alios illum secuturos. Sequantur sane mea pace: non enim is sum, qui solus regnare mihi præsumam. Sunt enim & alibi Dii. Tamen extreme contemni ludum literarium nostrum, prorsus pati non queo: nam & ego de ejusmodi contemtoribus judicare sustineo. Nemo manere hic cogitur & quilibet suæ fortunæ faber est. Hæc ad tuas in somnum promissimus. B. V. Dab. Cygn. d. 22. Aprili, quo Tu tuas, & salve. A. 1678.

T. C. D.

XXV,

XXVI.

Herrn/
Herrn M. GEORGIO Seideln/
SS. Theol. Cultori,
Meinem freundlichen und geliebten Vetter in Auerbach.

Mi Cognate cariſſime!

LIteris tuis ſtatim reſpondiſſem, ſi non totremoris fuiſſem detentus atque obrutus. Voces illæ, de quibus quæſtio erat, in quo verè eſſent Prædicamento, erant Vita & Evangelium. Illam enim ad Subſtantiam quidam, alii ad qualitatis Categoriam ſecundæ Speciei volebant referre: Hanc utrum ad Qualitatem, an ad Relationem, an Actionem referendam dicamus, diſceptare nonnullos memini. Vox Auctor ab Augendo recte ſic ſcribitur: ſed εὐφωνία emollivit, ut quemadmodum pro Quinctus hodie dicimus Quintus, ſic & pro Auctor Autor, Sarctor Sartor, Farctor, Fartor. Sic Philippus ſe Melanthona appellavit, cum verius debuiſſet Melanchthona. Omnino non eſt ab αὐτὸς. Hoc enim in Genitivo αὐτῆ habet, Latinum Autor, autoris, quæ Terminatio ſatis arguit eſſe à Supino; veluti Latina cætera omnia in OR, quæ in Genitivo ORIS habent. Tò Author autem nulla ratione ſolide nititur. Qui ab αὐθέντης deducunt, debent mihi demonſtrare, quod Pater à Filio ſit, inverſo naturæ ordine. Antiquitas & Tempora Verborum, utrum alteri ſit

antiquius in Deductione Verborum debet observari. Exemplum vocis Rhoma huc non facit. Quanquam multi sint, qui aspirate scribant, & Roma pollentia dicatur apud Claudianum. Scribitur tamen à longe pluribus absque aspiratione. Sed hæc latius ut deducam, otii nil supereſt. De Conditione sive Functione sperata apud Doct. F. quid scribam, plane nescio. Sortem Tibi voveo ex animo optimam. Sed an futurum sit, ut ibi ea Tibi contingat, hæreo. Ipsum Doctorem non culpo. Est enim bene cuivis docto & bene merenti affectus. Sed interim non negligit prorsus profectus liberorum; quorum Maximus natu jam indiget homine non proletariæ doctrinæ, nec vulgaris ingenii & prudentiæ. Præterea Pater desiderat hominem, ut ex ipso audivi, Græcæ Linguæ probe gnarum, & adhibet Inspectorem non desidem, ad quem tu literas dedisti, quas legi, utinam accuratius pro istis hominibus exaratas. Itaque suadere quod expetis vix possum. Hoc scire queo, qui animatus sit ipse Pater. Ei igitur functioni ut admoveariſ sunt qui Tibi non dissvadent: sunt contra plures qui dissvadent. Et fortasse veritas illis magis patescit, quam nobis. Mihi placet versus ille:

Vive tibi, quantumque potes præclustria vita.

M. Opitius hic fuit: sed non receptus est; qui tamen functionem hanc ut susciperet 50 Imperiales, aut certe 30. popoſcit, quos Halis accipit. M. Hausius, egregius homo, alii muneri se-

ſete adſtrinxit. Ergo fruſtra exſpectatur. ofectus liberorum omnium nonnovi; quos noſſem explicatius judicare ac cenſere poſ- m. Ergo omnia tuo arbitrio transſcribo, ſi equireris. M. Nislerus proximo die Jovis iſcedet. Rem bene perpende, & tranquillio- a, ubi tuis queas vacare ſtudiis, turbidiori- ous ne poſtpone. Dominus providebit, & un- de vix ſperes, poterit obvenire alicubi com- moda rerum tuarum ſtatio. Vale proſperi- ter, ſalveque. Dab. Cygn. d. 17. Jul. 1679.

ὁλῷ ὰσές

ὸ γνωσὸς.

XXVII.

Clariſſimo Præſtantiſſimoque

DN. M. GEORGIO SEIDELIO,

SS. Theol. Cultori indefeſſo &c. Cognato meo chariſſimo &c.

Cariſſime mi Cognate!

TOt una hebdomade conficienda à me exiguntur, quæ ut trimeſtri aliis omnibus relictis abſolvam, impoſſibile eſt. Jobus Ludolfus hiſtoriam ſuam Æthiopicam MStam grande opus ad me miſit, ut intra geminam hebdomada perlegam cenſeamque. Sed una hebdomas præteriit, nec inſpicere potui. Vix id, ut video, fiet altera. Ut taceam, quæ Islebiæ D. Schultzius & alii exigunt. Domi ſatis negotiorum eſt. Et heri Synodalem Diſputationem noſtri D. Löſcheri quod accurate emendare ob interturbamenta & feſtinatio-

nem non potuerim, id videbis ex sphalmatis Exempli adjuncti. Remitto unum Carmen. An in festinatione tali omnia perviderim dubito. Alterum adhuc retinui. Nam vix aspicere, nedum legere, multo minus emendare licuit. Miro autem mirius, quod percipio ex illis Fellerum esse Rectorem Magnificum, de quo ne per somnium quidem innotuit mihi quicquam. Rogo itaque doceri, unde habeas: Nam ego solus id ignoro. Frid. Bened. Carpzovius in Senatorum Lipsiens. numerum cooptatus est. Hoc scio. Sed finiendum est, urgeor enim ab aliis. B. V. & salve. Dabam Cygn. d. 5. Septembr. 1679.

T.

C. Daumius.

XXIIX.

Ad Eundem.

JESUM Salutis Fontem!

ARchidiaconus noster M. Conradus vixit. Heri circa octavam vespertinam epilepsia morbum ultimum superveniens animam ei subtraxit. Perendie terræ corpus ejus mandabitur cum Concione Funebri. Nudius sextus literas ad me â Davide Schmidio Cygneo Organædo Angermundensi ex Borussia ad se exaratas, in quibus salutem mihi perhonorificam adscripserat, legendas dabat, cui non nulla illi cum salute remittenda constipaveram. Mox cum Dittmanno deambulatum ibat; Post cœnam lectum iturum profluvi-

um

um alvi cum vomitu continuo afflixit. Inde debilitas maxima corporis & post sacrum Viaticum, & paululum deinde cibum sumptum accedente, quam dixi, Epilepsia forti, placide expiravit. Hæc res in novos mœrores civitatem conjecit. Literas neque à Carpzovio, neque Fellero accepi, neque ille quid agat doceor. Hic vero dicitur Schneebergam profectus esse, forte & nostrum oppidum, Patriam suam visurus, uti & Rosswormius, quem nondum vidi. Magliabechius inter alia miserat Cinelli delicias Florentinas (Bellezze di Firenze) librum quem Dominicus Mellani perdiderat. Nunc scribit se mittere Verini Poëma Florentiæ recusum cum alio libello. Sed non accepi. Medicamenta sumpta de morbo nihil abstulere. Manet pronitas in somnum post prandium, ceu prius, & alia Symptomata. Pœnitet sumptorum. Hekelii Sponsa est Maria Josephi Scharschmidii Pastoris filia. Mihi impossibile fuit Epithalamia contexere, eoque mittere, qui vix quidem hæc exaro. Cætera lectu pergrata fuere. Sed respondere non queo ob somnum irrumpentem forte à tempestate. Mir ist mehr ietzt nicht möglich / dachte viel zu schreiben. Aber &c. Resalutati este omnes. Forte Conradum brevi sequar, cum viribus adeo omnibus destituar. Fiat voluntas Domini. B. Valete omnes. Cygn. d. 10. Jul. 1682.

Relegere non potui. ὁ γνωστός.
Igne eas dele.
Ipse eas prius pene conscidissem.

XXIX.

XXIX.

S. T.

Dn. M. GEORGIO SEIDELIO,

SS. Theol. Candidato, agenti jam Dresdæ.

Σωτηρίαν ἀπὸ σωτῆρος!

ETiam CLARA Doct. Ferberi Filia, M. Köleri uxor vix consolandi, hodie mane circa 3. matutinam post puerperium Epileptica vitam cum morte commutavit, quemadmodum & Affinis tuæ Claræ Soror Rosina defuncta est, cras sepelienda semi funere, ut loquimur. Filium Fratris tui Collegæ ad tempus abesse à schola hodie jubebant. Ego pede sinistro laborans quasi Podagricus per biduum calceos induere non potui, hodie in scholam quasi claudus sutor ingressus sum. Nunc, dum hæc scribo, iterum cruciatibus ejus affligor. Sic aliud ex alio malum nos vexat. Glossarium finivi. Sed Liber I. & principium Libri II. denuo revidendi sunt, nam initio non tam accurate excerpebam voces & phrases, uti in posterioribus libris factum. Si vivo & valeo aggrediar συν Θεῷ alia. Machæropœus senex, sive uti vulgo vocamus, faber cultrarius, olim vicinus noster, metuens uxorem Annam Mariam, quæ lue defunctam alibi, induerat, exspiravit: ipsa cum suis in Nosodocheum detrusa est. Deus avertat ulteriora mala. Heidlerus etiam decubuit ultra octiduum tussi & raucedine laborans. Sed jam meliora speramus, quæ Deus largiatur! Hæc res indigne nostrum oppidum magis magisque infamat, cum malum tamen non-

nondum tam infestum, & metus re ipsa major sit. Quanquam spes foret, luem non ita grassaturam si malum hodie nomine boni non ita palliaretur, nec funera suspectorum tam splendide humarentur. Zechendorffius ante me habuit 219 fl. 2. gr. Erasmus Rüdiger An. 1556. cum nondum bibliotheca publica esset constituta, habuit 200. fl. Ego autem etiam Bibliothecæ præfectus sum & accipio tantum 182. fl. &c. Valed. 17. Jul. 1682.

T.

ὁ γνωσός.

P. S. Saccharum & haleces accepimus, memores gratias reponimus.

Ihre Magnificentz Herr D. Carpzoven bitte bey gegebener guten Gelegenheit officiosissime & observantissime zu grüssen. Morgen will ich Magliabechio antworten.

Prof. Georg Schubart zu Jena begehrt meine Freundschafft / ich kenne aber den Menschen nicht.

XXX.

Ad Eundem.

Τὴν περιευδαιμονείαν!

TUas cum Rabneri literis accepi. Respondebo, si quid temporis mihi supererit. Quædam enim ipsi describenda sunt. Sin minus, sequenti hebdomade, ἐαν ὁ Θεὸς θελήσῃ καὶ ζήσωμεν. Esset sane urbs nostra felicior, & fere jam depurata, si cives non adeo contumaces essent, nec veritatem adeo celarent. Mature enim multi servari sic potuissent.

Wolfg.

Wolfg. Brücknerum, qui à Lichtensteinensibus cum Tempero coria emisse dicitur & malum auxit, omnino sui cum Conc. Funeb. sepeliri voluerunt. Sed Senatus obstitit. Et D. Löscherus hodie pro concione homicidarum laudes ebuccinavit. Hodie nemo sepultus fuit: cras filiola Thümleri, quæ variolis extincta est. D. Ferberi uxor cum liberis nec quid nec quare oppido excessit. Schola nostra floreret, nisi peregrini à suis plerique jam avocati essent. Hinc nulli ad eam accessores. Doctoris Reyheri filia sponsa octiduum fere decubuit variolis itidem, ut ajunt. Me credere oportet, quæ referuntur. Divinus enim non sum, qui arioler veritatem. Heidlerus Dei beneficio convaluit, suo hodie officio iterum functus. Ad SS. Synaxin accesserunt hodie CCLX. personæ, quod antea factum non memini. Felleri mater heri crus fregit, quod filio illætabile auditu accidet. Damnum levius esse audio, & jam curatum. Sie hat die Kugel ausgefallen gehabt. De Salario rem ut festines non jubeo; Nec enim hac rerum facie aliquid alias expediam. Senatus enim quasi dissipatus est. Commode expiscaberis occasionem oportunam nactus. Pes meus consanuit post chelidoniæ admotæ usum. Fellerus Lipsiæ mansit, à matre ne ad diversos excurrendo hinc inde divagaretur prohibitus. Hic recipis tuam schedam. Saluta à nobis Schedianam totam domum (ut verba compendifaciam) & tu una salve & vive diu diuque & sortem ex-

pe-

perire ex voto fluentem. B. V. d. 23. Jul. quo tuas accepi. 1682,

Tuus Cognatus

C. D.

Carpzovius Bibliothecarius audire negat. Etsi aliqua occupatus sit in Senatoria illa Bibliotheca constituenda & ordinanda.

XXXI.

Ad Eundem.

Salve mi Cognate!

Habes hic literas ad M. Rabnerum. Lues contagiosa serpit apud nos indies latius. Filius enim natu major M. Conradi etiam superiore nocte sepultus est. Cui tamen sepultura honoraria certo die instituetur. D. Reyheri filia, sponsa Clauderi hodie tumulabitur æde superiore. Ei Epicedion scripsi, quod si typographus absolvet, mittam unâ: Sin minus, sequetur. Excuditur et carmen M. Jacobi, quod dimidium emendavi. Ait & typographus de Nicod. sexti Carmine, sed an expediri à se possit, dubitat. Mortua est & hodie Eva Volstædia. Ajunt et D. Claubertum laborare febri petechiali, alii dicunt eo morbo, quo M. Conradus. D. Löscherus suos majores liberos cum Præceptore misit in Thanhoff. Temperi uxor etiam defuncta est. Reliqua ipse ignoro, nec admodum curo. Φθίσει autem periit Beilschmidius, quo diu laboravit, qui forte cras aut perendie humabitur. Cætera forte, si qua sunt, à fratre melius cognosces. Quoniam igitur fata nostra in dubio versentur, commen-

mendamus merito nos divinæ gratiæ, & ipsi vestris precibus apud Deum nos adjuvabitis. Malum quidem non tam grave est adhuc Dei gratia ut anno 1611. fuit, sed metus rudium & audacium contumacia μάστιγα θεήλατον adauget. Sane τὸ μέλλον ἄδηλον. Saluta à nobis Schadianos & imprimis Johannam à qua Mea anxiè expectat literas. Sed finiendum est nam emendatio Carminum ante exequias exhibendorum plura non permittit. Saluta omnes mihi benevolos, quocunque etiam nomine veniant. Si qua Carmina Schirmerus à me quoque salutandus edit, ea collige aliquando mittenda nunc enim non exigo. Quod si moriendum nobis, tu nostri memoriam fidus custos tuebcris. Et diu valè Christo nostro benignissimo æternum commendatus qui tuam sortem altius evehat. Dab. Cygneæ prid. Kl. Aug. 1682.

ὅλος ὁ σός

Christianus Daumius.

Properantiam ignosce.

XXXII.

Salvo Titulo

Herrn M. GEORGIO Seidelio/

SS. Theol. Candidato &c. Cognato amatissimo

Salutem ab ipsa salute.

MI Cognate amatissime! Hodie cum adhuc pranderem tuæ demum mihi fuerunt exhibitæ. Statim igitur post perlectas ad respondendum accinxi me. Mox enim

enim in funus Sabinæ Felleriæ, Lic: Joach. matris, qvæ ex lapsu ante tres hebdomadas Morbum contraxerat eoque tandem sed placide exspiraverat procedendi est. Recipis, quæ misisti. Creilii filia minima natu (non maxima) obiit. Ipse statim cum suis in ædes sagittariorum discessit, & adhuc salvus ibidem agit. De Ebertino falsa sunt quæ scripsi. Sola enim filia obiit, nemoque præterea (si homines vivant), ægrotavit. De fratre tuo nihil amplius audivi. Deus servet illum & nos omnes. Miiite nunc circumcincti sumus admodum petulante, præter omnem necessitatem quidem, saltem ut stultitia & ἀβεσότης seculi eò clarius appareat. Si quæ ædes novæ inficiuntur, ipsimet incolæ in culpa sunt. Heri juniori Cunrado lessus tandem est factus, & Concio Funebris à D. Löschero habita. Quomodo vinum huc curandum sit, nunc ignoro. Multi dicti hic fuerunt mortui, qui post tamen vivi deumbulare conspecti sunt; adeo mendacia regnant. Hahnius à me officiosissime & amatissime salutetur. Gaudeo superesse è veteribus amicis & illum, quorum numerus indies decrescit. Vivat, vivat, & omnia felicia cum suis experiatur. Superiori hebdomade me pes sinister afflixit, non ex podagra, sed ex catarrhis: hæc hebdomas sinistrum oculum suffusione molesta, & dextram maxillam à dolore dentium tumefecit. Adeo nulla calamitas sola. Susurrant Salarii præbitione nobis omnino carendum esse. Quod si futurum sit, mallem ex hoc orbe excedere,

quam

quam vivere diutius, & sic diutius torqueri. Sed finiendum est. B. V. Dabam 14. August. 1682.

ὁλῳ ὁσός

ὁ γνωσός.

XXXIII.

S. T.

Præstantissimo & Eximio Domino
M. GEORGIO SEIDELIO,
SS. Theol. Candid. Amico & Cognato meo perquam amato agenti jam
Dresdæ.

Sal. Plur.

Mi carissime SEIDELI!

AD geminas tuas Epistolas paucis ob breve, nocte jam ingruente, scribendi spatium. Nos dubiis versamur in rebus auxilium divinum implorantes, & de bonitate ejus spem foventes. Fratri tuo Christophoro duæ filiæ oppetierunt. Lic. Valthero privigna. Petri Winteri uxor itidem. Dicitur & Tobiæ Gebhardi uxor una fuisse mortua. Ebelii Typographi filia quindecennis Sybilla, cui heri dimidium thalerum cum pomo citreo & phylacteriis misi, Böswetteria autem octo argenteos, ægre decumbit, pro ea preces factæ sunt. Imo dum hæc scribo exspiravit. It. die Schlappenmacher Annel. Felleri pater etiam naturæ debitum solvit. Joh. Gebhardus Doctoris Consulis filius, hodie etiam exspiravit. Fuchsiam vicinam nostram, ante quinque hebdomadas

das humanis exceſſiſſe noſti: hodie ejus mater obiit (die alte Fuchſin) & maritus alter cum filiolo ægrotant. Schillingius & Seyffardus (der Weitz-Bauer) ante octiduum ex urbe cum ſuis excefferunt. Ergo ſi vinum à vobis rogarem, qui ad nos curem, exploratum haud habeo. Prorſus deſerti ſumus. Et vereor, ne epiſtolarum cum Lipſienſibus commercium plane ſit omittendum. Utinam ampliſſ. Carpzovius Morhofium ſuum ad me non miſiſſet. Qui enim reſtituam, me prorſus fugit. Sunt miſerrima tempora & longe miſeriora timentur. Deus miſereatur noſtri. Quod ſi omnino ſic ipſi placitum eſt, nos ex humanis evocare, & transferre ad cœleſtia gaudia, fiat id, & quidem beato fine & placido. In te Domine ſperamus, ne confundamur in æternum. De novo Archidiacono nondum mihi conſtat quid. Ego malo hypochondriaco admodum vexor, nec in publicum provolo. Nos vere captivi ſumus etſi per Dei ſingularem gratiam adhuc à Θεηλάτῳ μαγιγι ſalvi. Pergat nos conſervare ejus Omnibenignitas, imo patriam noſtram tandem liberet ab omni pernicie. Salutem millies nunciabis omnibus, qui nobis cupiunt. Deus vivificet nos, & nomen ejus invocabimus deprædicabimusque. Vale ô Anime mi, Θεὸς σοί γε ὄλβια δοίη. Dabam ex patmo noſtra, d. 15. Oct. 1682.

T. dum ſpiritus hos reget artus

Chr. Daumius.

Ignoſce ſubitæ & inſubidæ ſcriptioni.

XXXIV.

Ad Eundem.

Auxilium noſtrum à Domino!
Cariſſime Cognate!

VEllem hac vice ad Dn. Hahnii literas reſponſum expedire & gratias agere poſſem: Verum differendũ eſt ad proximam hebdomada. Videtur Deus, cui æternæ ſint gratiæ, propitiore in poſterum reſpecturus eſſe nos oculo. Heri enim tres perſonæ, hodie quatuor defunctæ ſunt. Tobias Kirſchius, noſter vicinus, etiam die 18. Octob. naturæ ſolvit debitum. Soror Rebecca & mater, quæ per Semeſtre fere decubuit in ædibus ſuis adhuc agunt. Quid porro eventurum ſit, Deus novit; qui bonitatem ſuam & cœptum auxilium perſeveret; Occiſoremque Angelum recedere tandem jubeat. Hac hebdomade à Magliabechio literas cum quinque libellis à diverſis ipſi inſcriptis, accepi. Cui reſpondi. Carpzovius Morhofii ſui uſum diutius conceſſit. Providentiam Dei & curam pro nobis mirificam gratus agnoſco deprædicoque. Repleatur os meum laude tua &c. inter principes cantiones, quibus delector, pono. Utinam & à Choro Muſico, qui nunc ſilet, propediem intonetur! Vinum exſpectabo. Sed quid nos contra? De eo quid acturus, quomodo curaturus ſis, me docebis. M. Kölerum ajunt Archidiaconum futurum, qui rumor tamen ſine capite eſt. Barth. Klettii uxor etiam vivit quo Divus Paulus

&

& Adam; filia adhuc ægrotat. Jehova ἀλεξίκακος & huic adsit. Rusworminus Lipsiæ repentina morte exspiravit, postquam calculo, hydrope, & asthmate laboraverat. Sed finiendum est. Ad cœnam enim vocor, post quam ad exarandas literas ineptus sum, & solemus canticis Dei psallere laudes peragereque gratias. Proxime, nisi impedior, plura. Dn. Schadium cum suis, Hahnium, & omnes amicos salvere ex animo jubemus. Uxor mea à Joh. Margaretha literas speravit sed frustra. B. Vale. Cygn, die 22. Octobr. 1682.

T.

ἕως θανάτε

Chr. Daumius.

Heri perpulchra Iris conspecta fuit.

Hæc Tibi.

D. Hahnius in suis inter alia: Solte ich wissen/ daß demselben ich nicht zu wieder lebte / wolte ich an diejenige Person/ an die ichs zur distribution übersendete/schreiben/daß er nach proportion seines Amtes auch etwas davon erlangen möchte. Sed qui tam incivilis & plenecticus sim, ut qui duos vallenses jam accepi, plusculum adhuc quasi poscam muneris. Grato animo accipienda sunt, quæ acceperis; non præscribendum bene factoribus, quid ipsi largiri teneantur, sed quid velint, ipsorum arbitrio rescribendum est. Faciie odorari potes, invidos futuros, si sciatur, queis ægrè hoc præstito mihi beneficio faciat Mæcenas. Multa Accidentia, quæ voca-

mus hoc tempore emanserunt, quod osores non perpendunt. Ebelio filia obiit, de cæteris adhuc nemo ægrotat.

XXXV.

Ad Eundem.

Τγιαίνειν καὶ ὑπερευδαιμονεῖν!

CArissime Cognate. Habes hic literas, quibus exarandis superiore hebdomade nihil de tempore spatii supererat, ad Dn. Hahnium, quas præmissa officiosa salutatione ipsi offeres. Ebelius noster vixit, præterita enim die Jovis defunctus, sequenti verò elatus, cum duabus filiabus, quas procul dubio plures liberi, qui jam ad lectum & lethum se præparārunt, sequentur. Imo filius David jam mortuus, Anna Maria, mea prosilia, decumbit. Magliabechio sic per longum tempus, etiamsi vivam, vix gratificari potero. Lugeo certe obitum ejus, ut qui maxime. Debiti ejus sic irrita fiet mihi solutio, & ego gratis ita meis laboribus ipsi inservivi. Hac hebdomade ultra quadraginta obierunt. Sic numerus imminutus est. Illa enim, quæ hanc præcessit fuerunt defuncti numerati 75. Mag. Jacobi Pastoratum in Martæ valle accepit, renuente M. Wernero. De quo mirificus rumor per totam urbem sparsus fuit (cui tamen ego nunc non credulus) Cunradi Astygraphi viduam ipsi quam proxime nupturam, qui studio Medici-

mæ se applicaturus, SS. Theol. Studio valedicere in animo habeat. Hunc sunt qui prope Merseburgum Conditionem lautiorem nactum affirmant. Hæc superioribus, quas te accepisse arbitror, superaddere placuit. B. Vale & salve. Dab. Cygn. d. 29. Octob. 1632.

T. T.

C. D.

XXXVI.

Clarissimo Præstantissimoque
DN. M. GEORGIO SEIDELIO,
SS. Ministerii Candidato, Amico & Cognato meo perdilecto.

Mi Carissime

Vivit adhuc Frater tuus atque ut vivat in nostris
Nestoreos, votum DAUMIADÆ esto tui.
Sospitet & plene mox hunc cum Conjuge Clara,
In cujus dextra vitaque Morsque Deus.
Teque simul, fratres reliquos, charasque Sorores,
Meque meosque simul Jhova tuetor. Amen.

GEminas tuas nudius quartus una hora à fratris tui & compatris mei Petri filio accepi. Fasciculum Concionum, per Fratrem ad Te missum, spero interea appulisse. Si spectatiss. Dn. Hahnius à me observanter salutandus de â se dicto ære aliquid subsidii domui nostræ gratificabitur, id peculiariter ut denominet, quid & cui destinatum esse velit, opus

esse arbitror. Nescio enim alioquin an à nostris hominibus facile obtenturus sim. Böswetteria denuo Plur. Rev. Dn. M. Schmidio pro uncialis dono gratias agit. Vinum expectabimus. Placidis Vialibus ac commodis ipsum prosperet vini ac Lætitiæ Numen dator! A Magliabechio tres Poëtas Bononiæ ante octennium excusos nudius quintus, sed absque literis accepi. Est in iis Johannes Gandulphus qui ante sesquiseculum vixit, cujus carmina nunc primum prodierunt. Ei ex conjectura adscripsit Editor Leoninam sive. Rhythmicam Distichorum Catonis versionem. Sed bonus vir deceptus fuit. Exstant enim & ipse possideo districha illa trecentis abhinc annis scripta, ante ducentos vero excusa; & laudavi ego ea ipsa pridem in meo Catone Editionem illorum aliam à Rob. Eurymodio foras datam. Sed his tibi forte molestus sum. Heri defuncta est nostri vicini è regione Ehrentrautii filia junior Christina, quæ die pœnitentiali è templo ægra domum rediit, nausea ipsi, ut ajunt, oborta è suffumigio, dum ædes infectas præteriisset. Parentes ab initio non curarunt, seroque medicina parata fuit. Pater cum filio statim domo excessit ad filiam natu majorē, matre sola apud ægram relicta. De hac quid futurum sit Deus novit. M. Sigfridus an adhuc vivat, & salvus sit, valde scire desidero. Hodie apud nos nemo, φεῦ ἔτω χάρις, defunctus est. Heri in Libitinæ tabulas quatuor relati erant, ut vides ex inserta schedula. Deus tollat tandem cruen-

tatum

tatum flagellum, parcatque nobis satis diu afflictis. Sic ipsi æternos grati cantabimus hymnos. Bene Vale, ac magnos meos illos Fautores omnes ac singulos, etiam quos non nominasti, honorifice, amanter ac buccis plenis à me salvere jube; inprimis & à me meisque Schadianam totam domum, ut compendifaciâ salutationem verbis nimirum brevem, at animo longe amplius conceptam. Iterum vale. Dab. Cygn. d. 18. Nov. 1682. præfestinanter.

ὁλῷ ὁσός

Christian. Daumius.

P. S.

Preces pro fratre Christophoro publicæ hodie in Ecclesia factæ sunt denuo. Videtur igitur nondum plane convaluisse. Nec hodie aliquis è vivis excessisse memoratur. B. Vale, d. 19. Novemb.

XXXVII.

Ad Eundem.

Τπερευδαιμονεῖν!

Carissime Cognate &c.

ET tamen tandem vitæ finem fecit frater tuus Christophorus ὁ ἐν εὐλογίᾳ die 29. Nov. mane circa sextam. Gaudeat ille se exsuperasse caducæ vitæ scopulos & ad veræ felicitatis enavisse portum. Vivant superstites fratres procul ab ejusmodi lue, aliisve mortalitatis tormentis! γένοιτο. Heri apud nos nemo defunctus. Imo vide schedam. Hodie an quis iis accensendus sit nondum comperimus. D. Reyherus morbo decumbit regio, cui alia

symptomata accedunt, ut vomitus & alvi profluvium, adeo ut multi de sospitate recuperanda desperent. Ego voveo: Reconvalescat vivatque diu. Literæ tuæ 14. Nov. exaratæ Argumentis Buchneri Epistolis præfigendis stipatæ, d. 26. Nov. admodum laceræ, ita ut integræ duæ lineæ (sive versus dicas) perierint cœno allito, abrupta etiam chartæ particula appulere. Agnosco ibi vix D. Löscheri nomen, & salutandum Eum suspicor, sed à quonam, cum verba præcedentia abscissa fuerint, divinando non assequor. Respondere autem statim uti in posterioribus tuis, quas postero die accepi, volebas, non potui, doluique amissam mittendi commodam illam occasionem. Primo enim die quærebam Epistolas ipsas Buchneri, loco non eo, quo putabam repertas, ut conferrem. Postero die ut & seqq. ita calculus, catarrhi, malum φυσῶδες, & vertigines me exercebant, ut prorsus nihil neque legere, neque scribere potuerim; donec quiete, otio & somno me recrearim. Posteà adventabant literæ cum esculentis donariis à Geranis Amicis, inter quos & M. Köberus, vasculo Butyro oppleto me munerabatur. Ego vero ubi me recollegi, iis respondi, etsi sat properanter. Dum hoc facio, occasione data, ad Köberum scripsi, me ab Hübnero Argumenta illa accepisse, ea placuisse, sed quia admodum breviter & generaliter confecta essent, unum locum primo conspectum, mihi displicere (forte ab ipso non satis intellectum) innui, explicavique,

que, liberum tamen relinquens priorane finere vellet, prout jacerent, an aliquid ex mea explicatione mutare. Nunc remitto ea Dn. Hübnero cum sal. plur. & officiosa, mittoque binas Epistolas Buchneri duabus illis Centuriis non inditas. Hodie iterum à Magliabechio literas accepi per Hekelium. Vix credis, quam onerer hinc inde advolitantibus tot epistolis. Etiam Königius meas maximopere desiderat. Idem crede & de Arnoldo. Sed ego vix sufficio Carpzovianis & Feilerianis. Præcipitare igitur omnia cogor. Böswetteria thalerum accepit, & puto jam gratias per me egisse. B. V. & à me salve. Dab. Cygn. Kl. Dec. 1682.

ὅλος ὁ σός

Christianus Daumius.

Der Herr Vetter wolle meinen großgünstigen und hochgeehrten Patronen / Herrn Jagd-Schreibern / wie auch das gantze Schadische Hauß / und offtgemeldte Herren Patronen / Freunde und Gönner / denen ich alles Wohlergehen wünsche dienstfreundlich grüssen / darnebenst auch (S. T.) Herrn Hübnern / dem ich die argumenta wiedersende / hat an ein paar Endten etliche Buchstaben / so der Schreiber versehen / geändert / mit Herr M. Köbers Vorwissen / auch einen Ort frey gestellet / ob er nach meiner explication das argumentum erweitern wolle / oder es stehen lassen / wie es ist. Sende auch 2. Epistelen Buchneri, die in diesen beyden Theilen nicht anzutreffen / übergebe sie ihm / damit zu machen / was ihm beliebet. Ob Tomus II. Oratio-

num Buchneri heraus/ und wie theuer/ bitt ich zu erkundigen. Wenn die Posten besser gehen werden/wie wir bald hoffen/ will ich ihm etliche Exemplaria Hieronymi Græci de Baptismo zur Verehrung senden/zu dem andern de Trinitate, wenn er derer noch übrig hinzu zuthun. Ob auch dessen Poëmata (die Heinsius so sehr verlanget) bald heraus werden kommen/ möcht ich wohl wissen. Item wer diese Buchnerische alle digerire und dirigire.

Bey Schliessung dieses erfahr ich erst/daß ein Mägdlein in des Herrn von Scharffenberg Hauß gestorben/auch eine Frau darinnen kranck sey. Die närrischen Leute haben solches in des Herrn Abwesenheit aus einem Sterbhauß zu sich genommen. Soll nun das Gesind alles hinaus für das Thor/und hat der Herr schon einen andern Kutscher/der der Seuche schon längst loß. Ist uns also das Unheil wieder näher kommen. GOtt stehe uns in Gnaden bey. Interim salve tu mi Anime,& cæteri mllies milliesque d. 1. Dec. 1682. D. Reyherus post hæc scripta defunctus esse dicebatur. Scripsi autem intra 9. & 10. antemeridianam Kl. Dec. Etiam nescio quæ mulier obiisse ferebatur.

XXXIIX.

Ad Eundem.

Mi SEIDELI!

Relher VteXstInCtVs fVLges ter Dene NoVeMber.

CRas sepulturæ in æde Mariana tradetur D. Reyherus, ictero ut ajunt, nigro

op-

oppressus, cum Conc. Funebri. Ut literæ multis sunt sine Consule: Ita oppidum nostrum nunc etiam est sine Consule. Metuimus priora. Deus avertat. Ex ædibus proximis, quas Baro à Scharffenberg incolit, duæ mulieres elatæ sunt peste exstinctæ. Inter quas Margaretha Starckia. Mathiæ vicinæ ancilla animam agere videtur epilepsia correpta, quemadmodum Ehrentrautii filia, ante tres hebdomadas, postquam octiduum decubuisset, tandem tamen occubuit, matre quidem adhuc salva, quæ sola domum incolit. Nondum ergo ἐπινίκιον nobis canendum est. Deus servet nos, & jubeat à Cygnea nostra exesse θεήλατον μάστιγα. Fasciculum Hübnero, cui sal. restituendum ante biduum Werdaviam misi. Doleo non potuisse citius. Verum impossibile erat id mihi: Et parco verborum ambagibus. Quid Geravienses civibus nostratibus pauperioribus miserint, habes consignatum à filiolo meo, utcunque deproperatum. Hæc omnia distributa inter pauperes fuerunt. M. Kœberus aliquid butyri & uxoris meæ frater sororesque sex panes cum sex pomis citreis miserunt nobis, cum Alexipharmaco ex axungia puto confecto, quod tamen nostri stomachi vix erit. Böswetteriæ addidit soror aliquot caseos & butyri pyxidem. Hac hebdomade iterum literas a Magliabechio accepi per Heckelium, in quibus tamen ut plurimum ea iterata, quæ in prioribus scripserat, & Prof. Königius meas

in

anxie desiderat, quibus responsio paranda Lipsiamque curanda, ut inde Reichenbachium dirigatur. In Argumento XCI. Buchneriano monui Köberum aliquid de Symposio, Poëta Ænigmatographo, quo, cum grande aliquod Carmen scripturus erat, lecto, omisso illo ad Ænigmatum scriptionem se dimiserit. Hæc illa Metamorphosis &c. Nimis enim generale Argumentum illud, ut & nonnulla alia concepta; & juniores vix divinabunt in talibus, quid autor sibi velit. Alias non displicent. Responsum autem ab eo nondum accepi. Con-Rectorem cras, cum conveniemus salutabo. Hæc enim statim post lectas tuas exaravi. Dn. Zahnseilius (cujus titulum, quem miseras, turpiter amisi, & repeto) donaverat me aliquot aviculis. Ego aliquot distichis egi gratias, & de Prætura simul ipsi gratulatus sum; omnemque prosperitatem advovi: Ille contra heri leporem pinguem cum literis remisit, quo hodie assato vescemur. Utinam nobis conviva ad esses! Interim unum & alterum poculum tibi inter cœnandum pro salute tanti Evergetæ absenti propinabo: Tu contra apud tuos idem factitabis. Sed finire alia agenda me jubent. Cætera in proximis meis, quas misisse indicavi supra. B. Vale ac diu & salve millies. Dabam festinanter Cygn. postridie KL. Dec. 1682.

Z.

ὁ Δαύμιος.

Den

Den Herrn Proviant-Verwalter und Jagt-Schreiber bitte hinwiederum dienstfreundlich zu grüssen. Die Leipziger haben 200. rthl. geschickt/ wie Hr. Lic. Feller schreibt/ der sich beklagt/ daß sein Bruder dessen wenig genossen. Nos e schola nisi singuli singulos thaleros à Præfecto Schwartzenbergico Christiano Kressio, accepimus, aliunde nihil. Sed hæc Tibi.

XXXIX.

Ad Eundem.

Salutem à Salvatore!

Mi Carissime Seidelt.

TUis summo vespere acceptis, statim cum cras multa agenda sint, respondeo. Gaudeo Te meas recte accepisse. M. Dittmannus 4. Dec. apoplexiâ, ut ajunt, occubuit. Hodie mane discipulus meus diligens ac probus Paulus Sauderus, pistoris filius, mortalitatem explevit. Dn. Hahnio statim rescribam, ubi pecuniam accepero. Interim salveat ille non sine ingenti gratiarum cumulo. Utinam addidisses, quis distributor ejus esset futurus. Cras circa meridiem ipsum D. Löscherum adibo, expediturus, quæ mandasti. Hübneri, quem salutabis, causa etiam Carpzovius ad me scripsit. Sed cum nihil eorum, quæ desiderat, habeam, gratificari ei in meis viribus non est. Vinum exspectabo: sed utrum à Schadiauis an à Te ad me perveniat, id me docebis. B. Vale & salve. Cygn. raptim d. 11. Dec. 1632.

Tuus sine exceptione

C. D.

XL.

XL.

Ad Eundem.

TransIgat hVnC faVste, VoVeo, SeIDeLIVs annVM:

***

QUas mihi voviſti felices, Care, Calendas
Jani, felices has Tibi & ipſe precor.
Pax & dia Salus, Benedictio cæles, & ætas
Grandæva & vegetum Corpus, & ampla penus:
Hoc tibi contingant anno; quin commoda Sparta,
Marthaque jungantur caſta, venuſta, pia.
Hoc Tibi, quo vix nunc vivit mihi carior alter,
Ut vovi, ſic det vota ea Jhova rata.
Vivat Carpzovius, vivat Jacobius una,
Schmidius & Seebiſch, Hahnius ac Schadius:
Æternum veneranda mihi Sex Nomina Dreſdæ,
Numina quin dicam te mpore difficili.
Adde Egenolphiaden, Merbitium & adde, meumque
Krauttiaden, cuivis proſpera quæque precans.
Omnibus his felix oriatur hic Annus, agantque
In vita hac longas divite ſorte moras.

SEnilibus & vilibus extemporaneis his verſibus exordiri libuit meas hoc Anno ad Te litteras, mi cariſſime Seideli, ut par nempe pari referrem, & Tibi gratias pro exoptato dono Buchneri, & Affini Schadio, pro vino, de quo Fra-

Fratri tuo miſi, quod pollicitus fueram, agerem ingentes. Faſciculum meum, in quo literæ ad M. Jacobium erant incluſæ, puto ad Te jam perveniſſe. Lipſia nihil accepi, nec meæ literæ eò fuerunt curatæ culpa Schillingii officii ſui mirum immemoris, & neſcio quid damni etiam in itinere paſſi. Me πάθημα φυσῶδες vetus ac vertiginoſum ſuperioribus diebus immane quantum vexavit, præſerim poſtridie Kl. Jan. Nunc videtur remittere. Reſalutant Te, quos ſalvere per me juſſiſti. D. Löſcherus pretium Orationum Buchneri noſſe geſtit, quod me non celabis. Bene Vale. Dab. raptim Cygn. 7. Jan. Anno quo vovemus:

NoXIa CygneaDeMIgret peſtIs ab VrbeProſpera perpetVans fata faVeto ſaLVs?

T. C. D.

Hac hebdomade ſeptem funera elata ſunt ex ædibus pridem infectis. Biga virum, puer unus erat, quatuorque puellæ. Hodie nemo.

Schirmerus vivitne & adhuc eſt Bibliothecæ Curio Saxonicæ ſidus amansque Ducis?

XLI.

Ad Eundem.

Εὐδιάγειν!

BInis tuis, cariſſime Cognate, paucis & properanter reſpondeo, cum frater tuus mearum exhibitionem hodie adhuc urgeat. Pecuniolæ ſi quid mihi adhuc accederet, res eſſet admodum grata, quia eget æris Cappadocum Rex, & Accidentia, uti vocamus, prorſus adhuc emanent. Chorus Muſicus in plateis adhuc

ſilet

silet. Ergo illa pecunia careo, qua me uti solere nostri sustentandæ rei familiari. D. Löscherus qui Dominos Hahnios salutari jussit, misit tam librum quam Conciones ad Dn. Opelium ante KL. Februarii; Sed audivisse se nuper narrabat mihi, eum nondum Dresdam iter suum direxisse. Vinum si curaveris, valetudini meæ commodabis maxime. Tu, quod enixè te rogo, indica quid à me Tibi mittendum sit pro vasculo & ipso vino, & à quo impetraveris. Trögeria aliquoties ex me quæsivit, an de filia sua mihi quid rescripseris. Quod si ipsa filia parentibus, quando gaudio eos recreabit. Ædes suas multi jam redintegrant. Deus faxit ut omnia in posterum bene se habeant, & urbs in veterem bonum statum restituatur. Ubi quid edidero (suspendo autem suis de causis) opem ferente Carpzovio meo, mittam Magnif. Dn. D. Jacobio, quem cum D. Ferbero & cæteris observantissime salvere jubeo, exempla. Heinsianus Catalogus inspiciendus proxime, si non cras, curabitur à Carpzovio prælaudato, uti superiori habdomade promisit. Ego proxime si Deus vitam longius indulgebit, MStum quendam Codicem manu mea è Paulina Lipsiensi describam pro Patre Papebrochio S. I. Antverpiam mittendum, cui Magliabechius pridem me commendaverat. Nec id gratis fiet, si promissis stabit. Sed finire jubet nox ingruens. Saluta Dn. Schadium & totam eius familiam à nobis. Uxor mea exspectat

à Jo-

â Johanna reſponſum. B. Valete omnes & bene agite. Dab. Cygn. ὡς τάχιστα die 11. Febr. 1683.

Tuus ſine exceptione

Chriſtianus Daumius.

XLII.

Ad Eundem,
Salutem a JEſu!
Mi Cariſſime.

LIteris tuis hodie demum acceptis pauciſſima hæc propter breve temporis ſpatium ad reſcribendum indultum regero. Faſciculum â Dn. Hahnio acceptum ſtatim ad D. Löſcherum curavi, qui exemptam inde â Juniore Hahnio Concionem mihi inſcriptam una cum ipſis ad ſe miſſis literis legendis ad me miſit. Gratias à me interea Tu utrisque age. Nam ob alia impedimenta nullus reſcriptioni nunc locus. Fiet autem σὺν Θεῷ proxime. Interim ſalveant proſperrime. Vinum lætus exſpectabo, & ſolvam quæ petierint Schadiani. Interea & hi ſalveant à nobis. Vaſculum prius his diebus depletum eſt. De Salario noli quid urgere amplius. Præſolvit enim mihi clam de ſuone ære an miſſis illis 500. florenis neſcio, integrum illud mihi in ſuo Muſeo D. Löſcherus, (vide Fautoris benignitatem, & DEI imprimis providentiam, cum veſtitus novus pannoſo mihi omnino parandus eſſet, nec afforet pecunia) verum cum ſeveriſſimo interdictu, ne Collegarum quis unquam

resciscceret. Tibi ergo quod concredidi, id ne mihi eliminatum noceat, Harpocrati committe, nec unquam foras effer. Trögerus à filia literas accepit. Mense Februario nemo peste obiit, præterquam die 4. ancilla Köhleri, die voller Flecken funden worden/& d. 7. Februarii Anna Maria, Eliæ Klanflügelii filia, si modo peste. Nec de infectis aliquid porro auditur; per totum Januarium 14. tantum, & præsertim Nonis & Idibus hac lue exstincti fuerunt, tres de his ultimi in Nosocomeo suburbano. Deo sit laus & gratia pro clementiæ suæ ostentatione. Is pergat benigniter, & largiatur meliora. Catalogum omnium defunctorum à primo principio nactus sum à D. Löschero. Doctores honorandissimos, Carpzovium, Jacobeum & Ferberum à me plenis buccis salvere jube, & has subito scriptas, sive præcipitatas post lectionem perde. Dab. Cygn. d. 19. Febr. 1683.

T. T.

Christianus Daumius.

Recudunturne Epistolæ Buchnerianæ cum Argumentis Köberi?

XLIII.

Ad Eundem.

Salutem à Salutifero!

HAbes hic, mi SEIDELI, ad Dn. Hahnium literas, sed admodum deproperatas. Ad Dn. D. Löscherum per aliquot dies minime accessi, quod ob intensum frigus, ne nephriticum malum irritem, quod minis suis me ex-

exterruit, domi manere coactus fuerim, de catarrhis ne quid dicam. Tabellarius Schillingius, qui ante quatuordecim dies, acceptâ à me pecunia tincturam Amelungii Lipsia afferre jussus erat, desiderium meum nondum explevit. Interim eam anxie exspectabamus ego & uxor, quæ idem mecum malum patitur. Vinum nondum appulit, ubi accepero, fratris tui non obliviscar. At quid Tu differs indicium pretii? Id proxime secuturum spero. Magnif. Dn. D. Jacobius, si quid ad me mittet, de peculiaribus gratiis agendis cogitare me oportebit. Catalogum Heinsianum Carpzovius dono mihi Lipsia misit. Ille meditatur Editionem Buchneriani Commentarii in Taciti Agricolam. De rebus tuis & promotione an aliqua spes, velim perscribas. D. Löscherum abs Te salute impertiar cras vel perendie, ubi eum accessero. Nam hodie vel cras si quid Lipsia accepero, id responsum postulabit quod statim expediendum est, ne Schillingii Excellentiæ bilis moveatur, & fasciculi mei hic relinquantur. Habuit olim M. Deccerus p. r. librum quendam in 8vo, nisi fallor, methodus quadruplex Rhenii erat in 8vo, cui appacti erant Severus Endeleichius Weitzii & sortes Virgilianæ libelli parvi. Ejus libros credo hæreditario perveniſſe ad Dnn. Hahnios. Illis sortibus Virgilianis uti ad negotium aliquid vellem. Sed deest mihi exemplar. Sodes explora, an ad M. Hahnium is Liber pervenerit, & si, rogarem, sed non nisi post unum & alterum mensem, si vitam proten-

tenderit benignum Numen, otioſior, ab eo hujus libelli uſum ſaltem ad octiduum, non ultra: quem tunc meis ſumptibus ſtatim eſſem remiſſurus. Non rogarem, ſi aliunde habere poſſem. Facies autem id commoda occaſione, nec enim feſtina res eſt. B. Vale. Dabam Cygneæ ταχέως d. 26. Febr. 1683.

T.

C. Daumius,

XLIV.

Mi cariſſime SEIDELI.

REſponſum ad tuas ſerius acceptas nuper expedire non poteram, quod nunc accipis. Vinum die 4. Martii inclinante recte appulit. Sed Tabellarius, Martinus niſi fallor dictus, popoſcit apud obſeſſores noſtros, pro eo exhibendo quinque groſſos, quos tum famulus meus rei ignarus, de ſuo porrexit, exceptis aliquot nummulis. Gratias Schadianis à me ages, quas peculiaribus meis ipſe perſolvam. At pretium ejus & vaſis indicare quid differs, quod ſcire mea intereſt, ſi vel gratis mihi mittatur? Heri etiam decem vallenſes exſolvit mihi Georg Ferberus Poligraphus, nomine Conſiſtorii Dresdenſis, quos ad ſe miſiſſe dicebat Magnif. D. Ferberum. Gratiarum actionem ex tempore præſtare non poſſum; Explorandum mihi prius eſt, an & aliis de Collegio noſtro quid miſſum fuerit; an mihi ſoli. Et utrum à ſolo D. Jacobi, an toto Conſiſtorio, præbiti fuerint hi nummi. Forte ad huc hodie tuas accipiam, è quibus edocear. Librum à Dn. M. Hah-

Hahnio, quem cum Patre à me officioſe ſalutabis, non tam anxie & feſtinanter deſidero; occupatus enim ſum aliis jam & obſeſſores urbis nondum diſceſſerunt. Sufficit interea ſcire, an id libri penes ipſum adhuc ſit, & ſic pro otio meo illum ad octiduanum uſum avocabo. D. Löſcherus, apud quem cum uxoremea & Archidiacono M. Wagnero pranſus ſum, (VoXtVa grata ſonat MartII VVagnere CaLenDIs,)

Te reſalutat. Eum & ab Hahniis cras vel perendie jubebo ſalvere. Spem promotionis tibi apparere nullam dolco. Sed Deus tamen tandem providebit ſi homines ſunt incurii; Freundium puto ſucceſſurum Dittmanno; nam Feuſtelius petitorias differt, vereturque forte fruſtraneas futuras. Cantorem quendam Richterum ajunt Creilio ſucceſſurum. Baccalaureum autem futurum Joh. Müllerum Crorisgrunenſem, meum olim famulum, quod Conſul Winterus, qui nuper ad me viſebat, mihi dixit. De Trögeri filio idem mihi Winterus dixit, quod Thilius vobis. Hæc in ſomnum pronus, poſt tuas acceptas ſuperioribus adſcripſi charactere inſubido, quare ignoſces. Impoſſibile erat mihi eas denuo deſcribere B. V. Cygn. d. 11. Martii 1683.

T.

C. D.

Das von der Zwickauer Tranckſteuer verſtehe ich nicht gar wohl wie es gemeynet. Has nemini

mini quæso monstrabis. Carpzovius edit Buchneri in Taciti Agricolam notas suppeditante Jenæ Schubarto. Ideo & meum Henr. Pauperem differt. Der sehr grosse Wind hat mir heut die Flüsse sehr rege gemacht / daher der Kopff wüst ist/und nichts guts schreibt. Tacere tamen nolui.

XLV.

Præstantissime SEIDELI,

Cognate Carissime,

ECce Tibi geminas Epistolas ad Carpzovium, & D. Jacobi. Quas cum salute plurima ipsis offeras, meque incomptæ scriptionis excuses. Non enim admodum belle ob mutatum aërem per hos dies habui. Fui superioribus diebus cum Lic. Valthero in Bibliotheca publica ultra trihorium. Non sensi ibi frigus ullum; at reversus in hypocaustum dolores nephritici & stomachici exorti docuerunt diutinam ibi mansionem mihi noxæ fuisse. Ergo coactus, ne diutius differam, scripsi, quod scripsi. Superiores tuæ serius â fratre ad me missæ fuerunt. Propridie Richterus novus Cantor advenit, quem neque vidi adhuc, neque audivi. Weisiorum pædagogum Försterum, cui consul Winterus cupit, ajunt sperare Tertiatum. Sed hæc Θεὸς ἐνὶ γόνασι κεῖνται. Tu quid Carpzovius, quid Jacobeus responderunt paucis indicabis & pancratice valebis. Dab. Cygn. τάχιστα d. 25. Mart. 1683.

T. ὁ γνωστός

C. D

A Coa.

A Consanguinea Juhanna Margaretha exspectamus literas; quæso cum otium adsit ad plura, hanc schedulam ipsi exhibe.

XLVI.

Christum Patientem,
Et Tibi patientiam!

GEminas tuas, mi Cognate ego & uxor accepimus. Illa petitui tuo satisfactura jam timet milites lintea fumigare si non perdere solitos, & differri petit usque ad illorum, quem indies speramus discessum, libertatis cupidissimi. Meas geminas spero te interea obtulisse Carpzovio & Jacobeo. Richterum non vidi sed audivi die Jovis, scil. 29 Martii, & meo natali post vespertinas preces in templo primario Musicæ suæ Artis experimentum nobis præbuisse. Qui vocis granditate Creilium nescio an æquet. Sed hæc mihi curæ non sunt, penes quem jus vocandi non hæret. Eodem die mane post tertiam domus 31. Werdaviæ conflagrarunt igne. Infortunium tetigit duos Consules, Pharmacopolam, Quæstorem, Conradi viduam, quosque non exacte novi. Fumum nos ipsi circa 7. horam conspeximus. Dn. Hahnium à me honorifice salutandum, Dia salus podagra quam primum liberet. Papæ Bibliothecarius Schelstratenus contulit in gratiam Magliabechii Paulinum de Vita Martini, cum codice vetustissimo, qui in Vaticano est, olim Heidelbergensis Bibliothecæ κειμήλιον, quem Barthius ibi viderat. Unde varias lectiones, si Magliabechius submiserit, & vitam adhuc traxero, se-

cundas Curas Paulino debeo, & Gloſſarium emendatius ex correctiore Textu dabo. Ottonis vita jam deſcripta eſt. Uxor mea mecum à Johanna literas anhelat, uti & Böswetteria, quæ pinguem Tibi parochiam cum prædivite Amaſia vovet. Saluta, quos ſalutare ſolemus, præprimis domum Schadianam, ex animo B.V. & has itidem lacrymas Dab. Cygn. Kl. April. 1683. admodum pluviis.

T.

ὁ γνωρός.

Chriſtianus Daumius.

XLVII.

Ἰησῆν τὸν ἀναξάντα!

SIlentium tuum, mi Cariſſime Cognate, adeo pertinax, miramur ſane, & cauſam ejus nequaquam comminiſcimur. Hodie cum Onomaſteria tua celebrantur, quibus felix aſpiret Numen, linteo præſenti qualicunque Te uxor mea donat, ut boni conſulas, mecum enixe rogans. Quid de Epiſtolis meis factum ſit, certior fieri velim. Cæteraque quæ ſcire deſideravimus una addes. Litteræ ad Magliabechium, à quo nuperrime literas cum libro, reſcribendæ plura non permittunt. Curavit is in mei gratiam Romæ per Pontificis ſummi Bibliothecarium Abbatem Scheleſtratium conferri Paulinum meum cum vetuſtiſſimo MSto. Variantes Lectiones proxime ad me miſſurum promiſit. De tuis rebus, quo in loco ſint, aperies. Saluta omnes Mæcenates, Fautores Amici-

micos & benevolos, etiam Schadianam domum quam decentissime. B. V. Dabam Cygn. d. 23. April. 1683.

T. T.

ὁ γνωσός.

Christian. Daumius.

Hübnerus cui sal. plur. misit mihi suas ad Hekelium curandas. Eas ad Peiskerium Schönfelsiam misi, & spero curatas. Ab ipso Hekelio intra quadrimestre & ultra nihil responsi accepi.

XLIIX.

ὑπερευδαιμονεῖν!

PEr Schadii fratrem Ephippiarium duo doliola Schadiæ remisi, quæ spero eam accepisse. De Promotione tua certiora exspecto, cui Deus faveat. Pro M. Pezolto, qui hydrope laborare dicitur, preces publicæ hodie in Ecclesia fiebant, & ajebat Lic. Valtherus, vix biduum supervicturum, aquam enim intercutem jam diaphragma superasse. An in ejus locum, si quid humanitus ei fieret, surrogatum iri Scharlachium, Pastorem Mauritianum credamus, quem non pro dignitate tractant? Dn. Hahnium ut podagra deserat tandem, voveo ex animo, & salvere jubeo. Merbitii & Birnbaumii, quos à me salvere jubebis, fasciculos exspecto. Sed quando is Cramerus ad nos appellet? Freundius Te resalutat & gratias pro gratulatione agit. Vellem plura sed Scholasticæ occupationes vetant. B. V. Dab. Cygn. d. 13. Maj. 1683.

T. T. C. D.

Mei Te resalutant.

XLIX.

πλεθυγίειαν καὶ εἰρήνην!

Tuas, mi Cariſſime, ut accepi, ſtatim ad reſpondendum me accinxi, veritus ne aliunde avocatus ſilere cogerer. Fuerunt ſane præteritis diebus hic uxoris meæ frater Chriſtianus Auerbachius. Hæſerunt apud nos ad octiduum ſororum ejus filii duo, Io. Andreas Gleichius & Paulus Andreas Hemman. Compellarunt me L. Fellerus, M. Jacobius, Concionator Lipſiæ Sabbatarius cum Parente ſuo, Ruſwormii olim ſocero. Aderat M. Winterus cum conjuge & filio, item M. Seebiſchius. Conviviis exceptus ſum â D. Löſchero cum Lic. Fellero & M. Wintero; â conſule Wintero cum M. Seebiſchio; â M. Wintero, vel potius ejus matre cum Heydlero, Mich. Richtero & M. Jacobio &c. â D. Zach. Nic. Götſio, cum Licent. Fellero; â D. Sal. Götſio, cum D. Löſchero & Con-Rectore in Suburbano, quod in Abieto colit, &c. Vides me Studiorum & literarum oblitum Genio litaſſe potius, quam Muſis. De novo Diacono altum plane ſilentium. Dicitur M. Fritſchius per alios eam prenſare Spartam; aliis M. Scharlachius. Certi nihil referre poſſum. Schola noſtra peſſum ire videtur magnam partem. Caremus adhuc Baccalaureo. In Secunda unus ſupereſt diſcipulus, qui interea Baccalaurei vices gerit; Et ſic in Secunda nemo eſt. Reſchius abiit Jenam, eum mox ſequetur major Klopferus,

nam

nam minor cum Ehrentrautio nescio quorsum discessit. In tertia quinque tantum supersunt. Inferioris Cantoris olim erat informare Septimanos, sed is vix Sextanos informat. Novitii nonnulli, qui advenerant, quales quales etiam, Choro tamen Musico utiles & vel numerum augentes, nec tamen prorsus nulli rei erant. At illi plagis etiam in templo à Collegis, quos novisti, onusti, Scholam deseruerunt. Et vix retinui meum famulum paria passum. Videntur, post secutum damnum hoc, esse mitiores prudentioresque. Sed sapuissent, si id feciissent prius. Ego nihil aliud possum conjicere, quam futurum, ut brevi careamus & cæteris. Sed hæc omnino Tibi. Vellem infinita, si coram essem. Sed hoc non datur. Horæ privatæ meæ fere intereunt. Nam ultra quinque discipulos non habeo, si filium meum & famulum adjungam. Interim hoc meum esto: In silentio & spe. Deus faxit, ut salarium justo nobis tempore pendatur: alioqui status meus peior erit, quam qui superiore anno. Sed finiendum est. Saluta Schadianam domum & omnes amicos, ut ego tuos, & post perlectionem hæc conscinde. B. Vale. Cygn. d. 6. Aug. 1683.

L.

Mi amatissime Cognate.

QVas VI. Augusti prolixiusculas ad Te scripseram per tuum fratrem dirigendas, ne-

neſcio an acceperis. Inquires in eas ſollicitius. In iis expoſueram cauſas ſilentii mei; nimirum magna exparte cauſabantur illud præſentes Amici, M. Seebiſchius, M. Winterus, Fellerus, M. Jacobius Lipſia. De fratre uxoris meæ, & ſororum filiis nequid memorem. M. Birnbaumius dicitur hic eſſe & me convenire velle. Concionem proxima die Jovis hic habebit. Exſpectabo eum. Ad novellas, quas germanicè ſcripſiſti, exhorrui. Revera peſſima nobis inſtant tempora, ab utroque hoſte, tam Turca, quam Papa; Orandum eſt. Deus ſuos conſervare novit etiam in mediis malis, ut reſtent, qui ejus ſacro ſanctum Nomen deprædicent. Excuditur Conſulis Winteriæ Concio funebris, cujus emendatio ob minutam, & vix agnoſcendam D. Löſcheri ſcripturam ſive manum multum mihi faceſſit negotii. Scripturus eram ad fratris mei filias. Sed ita compellationibus urgeor, ut vix hæc liceat. Si novi quid præterea alicunde quid cognoveris, eà ut pariter ſciam cura. Ego nihil niſi triſtia (Deus faxit, ut falſus ſim!) ominor. Optime vale & ſalve. Dab. præpropere Cygneæ d. 20. Aug. 1683.

ὅλος ὁ σός.

Chriſtianus Daumius.

Hekelius factus eſt Con-Rector Rudolphipolitanus. Ante S. Michaelis Reichenbachio diſcedet.

LI.

LI.

Amatiſſime Seideli.

QVo tuas accepi die, dici non poteſt, quam multa expedienda mihi ſeſe accumularint. Breviter ergo, quod breve tempus poſtulat, ut ſingula conficiam, res ipſa, niſi negligenda eſt prorſus, omnino poſtulat. Petermanni ergo Opuſculum retinebo, literas proxime remittam, & Epiſtolam ad ipſum Petermannum una dabo. Interim ſalveant uterque M. Schmidius & Petermannus, & una mecum tecumque vivant. Ampliſſ. Frid. Bened. Carpzovius Lipſiæ diſtillationibus & tuſſi febriculaque languit, ſed valetudini videtur reſtitutus, quæ utinam perſtet perenniter! Reſcripſit hodie. Quæ res gaudio mihi fuit maximo. Miſit Concionem Funebrem â fratre ſuo Doctore τῶ μακαρίτη M. Köttnero habitam, quæ mihi peraccepta fuit. Max. Rev. ejus fratrem D. Samuelem & Tu ſalute honorifice plurima mactabis. Rerum tuarum ſtatum mutet Deus Eccleſiæ ſuæ bono in longe alium, imo optimum. De novo Diacono nihil dum auditur. Concionem habuit neſcio an δοκιμασικὴν M. Birnbaum qui per quinque horas mecum egit, ut & M. Fritſchius, qui Wildenfelſii M. Wagnero, ſucceſſurus eſſe dicitur. Nova de Turca, utinam peſſundando, certa hactenus vix audivimus. Doct. Löſcherum, ubi acceſſero, quod cras fiet, â Te ſalutabo, ut & Freundium; Con-Rectrix diem

ſuum

ſuum obiit, & heri ſepulta eſt. Ecce meum Chronodiſtichon:

LeIſnerI UXor obIIt CLara, heV! Con-
CoI DIa DULCIS,
LVXIt VbI AVgVſto faX fVa ſena
qVater.

Baccalaureum Schola noſtra nondum nacta eſt. Diſcipuli in 2. & 3. claſſibus Muſarum numerum non excedunt. Utinam Muſæ eſſent Clioque, Euterpeque, Thaliaque &c. Sed ridere noli. Quin potius bene vale & ſalve. Dab. Cygn. d. 27. Aug. 1683.

ὅλος ὁ σός.

Chr. Daumius.

LII.

Ad eundem.

Cariſſime mi Seideli!

INfinitis occupationibus impeditus & ego ſilere coactus hactenus fui. Quid quod ſenii imbecillitas literarum exarandarum nauſeam non parum parit. De Saulo iſto multa coram dicerem, ſi daretur. Literis enim hæreo an tuto fidendum ſit. A fronte φίλος eſt, retro ἄφιλος, imo ἀφίλ[α]ος. Nec habui in vita mea unquam hominem, qui me incivilius tractarit, aut agreſtius erga me ſe geſſerit, quaſi ejus eſſem famulus, beneficia ſic mea compenſans homo arrogantiſſimus, fretus ſolo ſuo hoſpite & Patrono. Orbiliorum ἄλφα ſane initio; nunc longe alius. Alius eum primum in me ut ſuſpicor concitarat, poſtea mutatis

tatis rebus & in ipsum insurrexit. Methodus ejus de plebe est ultra quam non assurgit, quicquid ajant, qui ipsi favent. Crede mihi, schola nostra intra aliquot annos florem suum vix recipiet. Si non tota interibit ὑπερόφων culpa. Utinam superiore anno vitam cum aliis finiissem. Ego multa tuli ac tacui, paci saltem conservandæ. Caremus adhuc Baculario. Septimani pene omnes emanent. Nemo est, qui nos docet. Discipuli ex secunda & tertia classe, huic rei, ut verum dicam, impares sunt & tamen admovendi. Olim hæc cura inferioris Cantoris erat. Sed Creilii facinus hoc immutavit, quod olim prædixi, malo scholæ nostræ, quod nunc experimur. Chorus Musicus unicus nunc temporis brevibus diebus debitas suas operas non potest. Cogitur igitur horas sequentium dierum adjungere. Saulus ille ex horis privatis suis demittere negat. Nec horas pomeridianas scholæ publice debitas Ephorus illis permittit. Quænam igitur horæ restant? Peregrini tenentur hospitum filios informare, alioqui beneficio suo casuri. Est confusissima res. Bacularius novus, qui ingratus olim é nostra schola excessit, nunc ob testimonium vitæ suæ nondum allatum ab Ephoro hactenus non admissus fuit, quem Senatus tamen recepit. Hæc tibi nulli homini nato efferenda satis confuse scripsi in somnum pronior. Eventum enim non videmus, sed expectamus. Ego terrestrium molestiarum satur, cui ideo omnia studia

tædio

tædio sunt, ad cœlestia anhelo, utinam quam proxime iis inferendus! Interim patienter omnia toleranda sunt & meliora speranda. O tempora, o mores! Hæc omnia ἄφιλος ille procuravit. Literæ enim Dresdæ missæ humaniores erant, & omnia aliadocuerunt. Utinam mihi obsecutus fuisses cum Auerbachii esses. Forte & nunc res tuæ in meliore essent statu. Sed finiendum est. Omnino has perde post lectionem, & bene vale. Dab. Cygn. d. 11. Nov. 1683.

T.

ὁ γνωστός.

oncionem funeb. Winteriæ, si non accepisti, mittam proximè.

LIII.

SeIDeLI paX hVnC, VoVeo, tIbI prosperet annVM!

TUas insperato accepi. Et quia plures per Opelium curandæ, exarare me oportet, brevibus ad Te defungor. Rector Freibergensis scribebat ad me, se audivisse, Pastorem Te Castrensem factum. Ei fidem adhibendam non esse ratus sum; eo quod super ea re nihil ad me scripsisses, nec aliunde aliquid de hoc mihi innotuisset. Fasciculum adjunctum velim M. Egenolpho exhibeas. Insunt fasciculo Carminis mei Exempla diversis tradenda, ut D. Carpzovio, M. Schmidio, M. Seebischio, & M. Merbitio, quos omnes εὐσημείας voto & plur. salute macto. De Saulo pœnituit aliquid scripsisse. Nam multum nunc

sunt

mutat, nisi simulat. Ille tamen cum Collega, quem nosti, nondum plene reconciliatus est, etsi annitente D. Löschero. Culpam puto utriusque esse, neutro de suo jure cedente. Itaque quæ scripsi non scripta puta. Speramus ubique meliora! Utinam non deteriora sequerentur. Schüslerus Commendationem sui deproperatam ad D. Carpzovium rogabat, sed ego renui alioqui occupatissimus & memor illius: Qualem commendes, etiam atque etiam aspice &c. AMagliabechio præterita hebdomade ternas simul accepi literas, cum delineatione Septimelli ad D. Cinelli descriptionem, quam & una misit, eleganter facta à Protasio Felice Salvetto Italo; Qui Henrici Pauperis Editionem maxime urgent, quemque vel hac septimana typographo traditurus sum. Concionem M. Cunradi funebrem Tibi mitto. Carmina his diebus excudentur. D. Falcknerus Epistolas VV. Cl. Cl. urget. Sed omnibus simul expediendis ego par non sum. Cætera quæ scripsisti cognitu grata fuere. Perge sic & vale. Dab. Cygn. d. 22. Jan. Filiolæ meæ Natali Nono. 1684.

T. T.

C. D.

Der Herr Vetter wolle sich nicht beschweren/ beygefügtes an Herrn M. Rosenberg zu bestellen/ entweder durch die Muhme oder Herr M. Egenolphum.

LIV.

Mi cariſſime SEIDELI.

VAletudo mea nondum eſt in ſolidum plane locata. Pes dexter adhuc, & quidem per vices dolores ſentit vagos, & aliquando inſignẽ pruritum; etiam ſiniſtri pedis circa talos tumor aliquis eſt, ſed tamen absque dolore, ibidem feminũ aliqua exulceratio fuit, curata quidem ante octiduum, attritu tamen veſtiũ recruduit, & peior nunc facta greſſus meos valde impedit. Acceſſit & faſtidium ſtomachi ob catarrhos in eum deſtillantes, & ſic in publicum nondum prodeo, etſi ſcholam intrare ante octiduum cœpi. Spe Tua Te iterum excidiſſe ſane doleo. Forſan & Tibi fortuna tandem aliunde favebit, quod opto, quod voveo! M. Conradi Conc. funebrem, cum Epicediis compactam dedi fratri tuo Petro, ut ad Te curet. Quod ſi hac vice eam cum his non accipies, potes avocare. Nam cum charta apud me rareſcat, pauca Exemplaria mihi excudi feci. Excuditur jam Columneſero habita Concio parentalis. Menſis fere integer ſtudiis meis perit. D. Götſius putabat Arthritida vagam eſſe, & medicamenta ei pellendæ præbuit. Deus, ut conſaneſcam, quam primum duit! Bene vale & ſalve. Dab. Cygn. d. 24. Febr. 1684.

T. C. D.

An Petermannus ab Egenolpho, quibus ſalutem, acceperit, explora.

M. Seebiſchio gratias ago pro Diſputatione & Programmate. Saluta amicos omnes.

LV.

LV.

Suo

M. GEORGIO SEIDELIO,

S. P. D.

CHRISTIANUS DAUMIUS.

MItto aliam Concionem Funebrem, cujus hoc exemplar unicum superfuit, quam boni consules. Quod vero imprimis quæris de Fischero, error personæ est. Cantor noster novitius Joh. Adamus Richterus Freibergensis Wesensteinii illam, quam innuis proxima Quasimodogeniti hebdomade ducet. Schadius affinis à me salutandus cum suis me depingendum hic curavit. Poteris apud eum videre. D. Ferberus per Graizensem Pictorem me itidem depingi curavit, longe splendidius quidem præsertim quoad habitum sive pallium; sed facies, ut alii judicant (quamvis D. Ferberus neget) Martiniano sive Schadiano Exemplari non adeo accurate respondet. De Catechismo mira, quæ narras. Nihil de eo audiveramus; Si quid porro de eo Tibi constat, id quæso narra. Impeditissimus nunc sum & plura nequeo. B. V. & salve. Dab. Cygn. Feria II. Paschali, 1684.

Ad Cognatam Johannam, cui interim salutem, uxor mea proxime literas dabit.

LVI.

Mi carissime SEIDELI.

MEas 14. Julii datas, quas non memini, utrum Schadio, an tuo Fratri curandas exhibuerim, Te non accepisse insigniter doleo.

In iis per me Böswetteria infinitas cum voto omnigenæ felicitatis, & retributionis plur. Rev. M. Schmidio pro thalero donato agebat gratias. Etiam M. Hahnio noſter Ephorus cum ſalute plurima offerebat mittendas Conciones, Columneſero, M. Conrado, Köhleriæ & Schlegelio habitas, ſi nondum eas poſſideat: Ego ultra tertiam hebdomada Chirurgo utor, domo exire impotens ob lapſum, ſtatim poſt meas à Te amandatas, de Scamno fornicis hypocauſto proximi, & læſuram ſiniſtræ in crure tibiæ. Hinc ſimul incredibilis pedum pruritus, accedente novo tumore, & ſpaſmo dextri pedis, ut Muſeum meum prorſus aſcendere, inde quid petiturus nequeam. **Alſo ſind mir meine Hunds-Tage recht verhunzet worden.** Paſtoris **inſan-gen-Heſſen** obitus puto tibi innotuit. D. Carpzovium, M. Schmidium & Seebiſchium perhonorifice & amice à me ſalvere jube. B. V. Dab. Cygn. 11. Aug. 1684.

Tuiſſimus

C. D.

Faſciculum adjunctum quæſo. Budiſſinam cura. Calovii filius quis eſt, qui obiit? An Magiſter?

LVII.

Per-Reverende Vir, Cognate Chariſſime.

EX quo ſuperioris anni trimeſtri morbo lecto periculoſe affixus hæſi, valetudinem quidem recuperavi, at non vires, quæ valde decreverunt, minores factæ ex accedente luctu à triſtifico pientiſſimæ uxoris ex hoc orbe diſceſſu. Acquieſcam placitu divino par eſt,

Numen-

Numenque rogem, ut ſoletur me ſua gratia ac roboret, ut quod mihi reſtat vitæ in laudem ejus poſſim traducere. Typographeum hactenus prorſus jacuit. Jam redincipientur excudi non quidem libri, ſed ſchedæ & carmina. Quicquid Schneebergæ exciditur, ad me non pervenit, nec quicquam ſupereſt, præter quas chartas mitto. Obrutus ſum incredibiliter parum aliquando gratis negotiis. Sed ſic fata mea me trahunt. Plura alio tempore. Nunc ſalutem renunciat Böswetteria & Liberi mei, & ipſe Te ſalvere jubeo, quando felix conjugium gratulaturus? quod cur tam diu differas, ego, meique una miramur. B. V. Dab. ὡς τάχιστα Cygn. d. 24. Octob. 1684.

T. T.

C. D.

LIIX.

Ad Eundem.

Amatiſſime Cognate.

QUod ſuperiore hebdomade occupatiſſimus præſtare non poteram, id nunc facio. Recipis cum gratiis Roſenbergii literas. Exſpecto ejus reſponſionem. De Sparta tua divinitus Tibi oblata animitus gratulor, & ut in Eccleſia Chriſti multum fructifices, ſerio precor. Adventum ad nos tuum, nobis pollicemur. Miſi ſuperiore hebdomade ad Conſiſtorium Lipſienſe literas ſuper reſiduo ſalarii mei. Qua de cauſa, ſi otium fuiſſet, libenter literas ſcripſiſſem ad Magnif. D. Jacobeum, ut negotium meum apud D. Bornium Lipſiæ juvaret; ſed id o-

mne defecit. Si potes, saluta Magnum Patronum à me, &, quod ipsi aliquando coram aperui, in memoriam revoca de non integre præstito salario. Ego spero, quod bona causa nitor, me solutionem impetraturum, nisi Senatus tricetur in eo solvendo, quod debeat. D. Carpzovium, Schmidium & Seebischium resaluta à me. Mitterem literas Petermanno Pirnam cum nonnullis Carminibus à Claudero ipsi destinatis, modo otium esset. Sed forte & hoc brevi Deo volente, indulgebitur. Uxor mea Nuptiis filiæ D. Götsii hodie aderit. Epithalamia quæ jam excuduntur, habebis proxime. Filiola nuper Nuptias Virginis Ehrdmanniæ vicinæ celebrabat. Cæteri etiam recte valemus, & tumor pedum meus per Dei gratiam resedit. B. Vale, datæ Cygn. d. 17. Nov. 1684.

T.

C. D.

Fenestelius hodie scribit, Lic. Fellero per duos integros dies & noctem sanguinis stillicidium perpetuum tantum non omnes vires residuas corpori debilitato excussisse.

Litteras ad affinem Schadium quantocyus cura cum Sal. Plur.

LIX.

Ad Eundem.

SelDeLIVs prosper VoVeo hVnC ô fInIat AnnVM!

HAbes hic festinatum Gelenio tuo responsum, non fortasse pro exspectatione, sed longe tenuius. Verum quid faciam ego hoc ætatis, quæ arida est & exsucca? quid agam aliud hoc sæculo, quo Studia jacent, nec eri-

gun-

guntur, ut in speciem juvare velle jactent atque erigere, quibus tamen hæc res serio cordi raro est. M. Seebischius, cui Sal. plur. frustra sperabit petitum Librum. Nullius enim exempli copia mihi fieri potest. Quemadmodum & Magnifici Ferberi uxor, Commater mea jam ante biennium exemplum quæsivit, nec hactenus tamen impetravit. Inquisivi, ubi potui, ubique tamen frustra. Responsum à Senatu nondum accepi. Scripsi autem ad Consistorianos, si quid ad eos appulerit, copiam ejus uti mihi facerent. Sed id forte post ferias futurum est. De rebus tuis quid agatur, doce nos, & vale pancratice, novum Annum felicissime mox exorsus. Dab. Cygn. d. 25. Dec. 1684.

Tuus ex animo

C. D.

His scriptis Florentia à Magliabechio, & Luca à Patre Beverini collationem Henrici accipio, & promittuntur proxime plura.

Bey Herr Hübnern wolle er Nachfrage halten/ob er noch exemplaria von meinem Hieronymo de Trinitate habe/und wie theuer/ich wolte deren etliche abholen lassen. Oder thue es der Herr Vetter in seinem Nahmen/ ich will sie ihm gewiß bezahlen; Er möchte mir sie irgend zu theuer bieten. NB. Irgend ein 6. oder 8. exemplar, ein ander mahl mehr.

LX.

Ad Eundem.

Elapso tuitus qui nos est mitis in anno,
Ejus nos servet gratia dia novo.

GElenio meas fuisse gratas, audire voluptest. Seebischio liber, quem petit, nisi casu aliquo offeratur, inimpetrabilis est. De Feileri valetudine certiora proxime audiemus. Est qui meliora pollicetur: sunt & qui secus. Deus in solidum eam locet vel boni publici causa. Brunswigi nunquam fui, sed Hornhusii in Saxonia. Fuit autem Brunswigæ famulus meus Christoph. Fackius ex nostra schola eò se conferens. Is & Zephelium eò abduxit. Mitto 5. grossos pro de re Monetaria Tractatu, quem mihi parabis. Salute redimpertire Viros maximos & Perreverendos Humanissimosque, qui ea me impertiti fuerunt, eosque voto εὐπραξίας in optima forma macto. B. V. & à nobis omnibus eodem esto mactus. Cygn. 29. Decemb. 1684.

T.

Christianus Daumius.

LXI.

Ad Eundem.

Amice Carissime.

Felicem hunc, SEIDELIADE, Tibi comprecor Annum,
Quæque voves, in eo sint tibi cuncta rata.
Sis sospes, dives, longævus; denique pronus
Ceu spartam, Marthàm sic quoque Jhova duit! Hoc

HOc deproperato Tetrasticho, dum occupor Carmine pro D. Löschero, Te sub initio novi Anni, non sine peractis pro tuo Carmine gratiis, salutare placuit. Recipies illud τὸν Θεῶ proximè. Interim votis Deus annuat istis. Quinque illos grossos compactos, ut traditas tuas literas in mensula reperi, indolui. Id causatæ fuerunt grandes occupationes, & gravedo simul, quæ oblivioſum me fecerat. Potes octiduum adhuc differre. Forte enim à Carpzovio consequar exemplum. Sin minus, mittam tunc ad te nummos. Buchneri Epistolas avide exspecto. De Salario videbo, quid post peractas ferias eventus docebit. Remp. nostram commodis suis indies magis magisque privari auditu injucundum est, sic & ære publico defectis Patronis, despero ego quasi de solutione mei debiti, utut debere se fateantur. Nam deficiente pecu- nosti cætera. Intensum hoc frigus & me aliquando à publico abstinnit. Sereniss. Elector d. 29. Decembris huc appulit, sequenti die discessit: quorsum ignoratur. Literas non solum Florentia à Magliabechio, sed & Luca à Religioso quodam Barthol. Beverino accepi, qui ab Equite Lucensi Mario Florentinio Henrici Pauperis sumsit MStum & nonnulla obscura loca, cum meo Excuso contulit, additis ex MSt. glossis, cumque Sal. plurima transmisit. Exspecto secundum promissum plura, imo totum Henricum collatum, & Ambrosii Camaldulensis Sermones nunc primum publicatos. Deus faxit feliciter! Pluribus

nunc otium non est. Salveant tecum cum voto εὐεπηβίας omnes Patroni, Fautores & Amici. B. V. Dab. Cygn. d. 4 Jan. 1685.

T.

C. D.

LXI.

Auspicatissimis
Nuptiarum Solennitatibus
Reverendi, Humanissimi juxta ac Doctissimi
DN. JOHANNIS WIDEMANNI,
Cygnei, Pastoris apud Selingstadenses vigilantissimi,
cum
Pientissima, Pudicissima, Lectissima optimeque morata Virgine
MARIA,
Viri admodum Reverendi, Clarissimi Excellentissimique
DN. VITI WOLFRUMII,
SS. Theol. Doctoris eximii, Pastoris & Superattendentis quondam in urbe & agro Cygnensi, νῦν ἐν ἁγίοις, relicta Filia.

Wledemanne, dum jugali vinculo jungit tibi
Se Maria, nata Patre Re Probo atque Nomine,
Stella qui nostræ Sionis, Urbis & decus fuit,
Fama cujus hoc in orbe disperire nescia est,
Vinculo, inquio, jugali dum MARIA se Tibi
Jungit, ecquid nostra Cleio Nuptiis ferat tuis,
Vota præter? Vota NUMEN audit, approbat, beat,

Vota

Vota candido profecta mentis è puræ sinu:
NOBILE ergo PAR sit, opto, perpetim vobis
BENE.
Floreatis atque vestros ambiat lares salus,
Gliscat atque Eros perennet, exulet ferox
Eris,
Nec quid atra possit Ate! Sit secundus hic To-
rus,
Opto, sit fecundus, atque lumina æquet astrica,
Sive arenarum profundi grumulos scatentium
Vestra Proles, quæ Parentes & referre Avos
queat
Moribus, Virtute, Fama, quin piæ vitæ bono,
Quæque cum Vobis Sibyllæ vincat annosæ dies.
Ista vovi. Christe Votis quæso mitis annue!
DN. SPONSO Amico suo honorando vo-
vebat & ἐκ τῆς παραχρῆμα fac.
C. Daumius,
23. Oct. 1672.

LXII.

Viro Ampliss. Mæcenati max. honorando

DN. DANIELI ZAHMSEILIO, &c. &c.

S. P. D.

CHRISTIANUS DAUMIUS.

ALite Sparta bonâ nova cui Prætoris in Ur-
be
Cygnea evenit, prospiciente DEO
ZAHMSEILI Themidos laus & lux fulgida, nec
non
Wiesenburgiaci non leve agalma Ducis,
Daumia-

Daumiadæ alitibus missis, gratetur ut ille
Ex animo inde Tibi, prospera quæque vovens,
Materiam ostendis. Grates agit ergo perennes
Ille Tibi, & quot aves cepit ovante manu,
Tot bona, tot paces, tot lautia, totque Salutes
Accipe millenis, Numine dante, modis.

d. 17. Nov. Anno

AVgVstos DVCat VoVeo ZahMseILIVs annos!
Peste haVD eXsVCtVs ZahMseILIVs ô agat annos!

LXIII.

Ad JOH. SCHELLERUM, Scholæ Cahlensis Rectorem solertissimum.

Præstantissime, & Præclare SCHELLERE, Fautor & Amice inprimis chare,

PErgratæ ad me perlatæ sunt tuæ, mi optime Schellere, quem, si aliæ causæ deessent, ut non desunt, vel beati Parentis nomine Amici olim mei & Fautoris amatissimi honoratissimique, amarem. Tuum igitur amorem, ut mihi serves, Te rogo. Qvanquam ego septuagenario major, viribusque indies decrescens, parum contra officii præstare potero, gliscet tamen Amoris in Te mei scintilla semel accensa, seque explicabit latius. Valetudo mea, quam noscere aves, hoc anno non parum afflicta fuit aliquoties. Laboravi enim per Februarium integrum pedibus. Sub ortum Canicularium dierum læsi ex lapsu crus sinistrum,

strum, cui curando Chirurgus sesquimensem insumsit. Calendis Sept. de scalis prolapsus sauciavi frontem, & pæne una, quo per Dei gratiam (altero jam olim visu orbato) adhuc salvo utor, oculum. Cujus clementiæ mecum gratias ages, qui me servavit. Qui tuas hodie attulit, à meis me absente non fuit agnitus. Suspicor Flemingum fuisse, celeberrimi Poëtæ fratrem. Is etsi reditum eras promiserit, maluissem tamen vel tria prius cum illo colloqui potuisse. Nam cras forte aliunde impediar. Hæc igitur pauca ab Amico magno, non autem tanto literatore, quantum vos facitis, qui fasciculum adjunxistis, D. Söffingii, M. Schwimmeri & Hekelii mei munusculis stipatum, cape, quæ forte ad manus fuere; Quorum hic proxime à me literas recipiet. Plura uxoris invaletudo non permittit, nec divino, an lator Tuarum sit diu apud nos commoraturus. B. Vale, & si desiderio Tuo forte non satisfeci, ignosce benevole. Dabam Cygneæ d. 13. Sept. 1684. properantissimè

T.

Chr. Daumius.

Diem obitus & annum B. Tui Parentis quæso haud me cela.

LXIV.

Ad eundem.

Per-Reverende & Clariss. Vir, Fautor & Amice plur. colende,

PEr sesquimensem Catarrhali febri decubui: in qua decubitione tussis vehementia me pene eneca-

enecavit. Post secuta est Scorbutica purpura, quam nonnulli morbum miliarem vocant, ad quatuordecim dies. Hic morbus nondum plane abscessit, etiam post multam sudationem. Hodie tamen, (quod bene vertat!) lectum primum deserui, vestituque consueto me indui. Deus valetudinem in solido quam primum locet. Interim infinitæ appulere literæ, sed nullis nisi cum magna molestia respondere potui præ nimio languore. Accesserunt & dolores nephritici, ne calamitas hæc esset sola. Pastoratum Tibi gratulor: & ut multo cum fructu vineam Christi excolas, precor. Interim brevis incomptæque scriptionis me excuses, & bene diuque vivas, rogo. B. V. Dab. Cygn. d. 20. Sept. 1685.

T.

C. D.

Superiores quidem Tuas accepi, sed quonam in tanta literarum congerie eas mei rejecerint, nondum comperi.

LXV.

CHRISTIANO DAUMIO.

V. CL.

NICOLAUS HEINSIUS.

S. P. D.

TArdius aliquanto, atque adeo præter spem duabus Tuis rescribo, Daumi Clarissime, obnoxius valetudini aliquandiu, deinde & ob rem familiarem curandam avocatus ab aula frequenter. In præcipuis tamen responsi procrastinati causa fuit, quod spe per amicos facta Abdiæ Babylonii abs Te deside-

rati

rati è latebris bibliopoliorum apud Roterodamios eruendi, cum exemplar ipsum, quod efferebat se venale, inspexissem, deprehendi invitus carmen illud Poëtæ Christiani incerti, in fronte libri à Wolfgango Lazio è membranis pervetustis juris factum publici, cujus à me mentio facta jam non semel esset, illic haud quaquam comparere. Unde fit, ut omnino suspicer errorem eundem per plura dispersum exempla, Parasinis aliisque Lazianam editionem secutis typographis ansam dedisse omittendi hujus carminis. Sed bene habet, quod non multo post aliud sese exemplar apud Leidenses in auctione publica, quod tibi vindicarem, offerebat. Nam quamquam liber ipsi Abdiæ adglutinatus eo in volumine parte sui mutilatus exhibetur, nihil ego illud ad Abdiam ejusque socios à Lazio editos ratus pertinere, redimendum vel sic duxi, quod spero me fecisse te non nolente. Rogatus interim à me nonnemo est ex amicis Leidensibus, ne quam negligeret occasionem libri quam primum Amstelædamum mittendi ad Danielem Elzevirium, unde mox Lipsiam ad humanissimum Carpzovium curaretur, quando is utrique nostrum in his talibus gratificari pro cœtera sua benignitate non alienum abs se ducit. Carmen ipsum è versibus plus minus quadringentis constat, sed fortassis aut à Georgio Fabricio incorpore Poëtarum Christianorum jam denuo exhibitum, aut ab aliis post luce publica donatum, quod tuum erit curiosius indagare quando nec Fabricii opus

nec

nec alii codices, unde id liquere certius nobis possit, nunc sunt admanum. Ejus initium sub finem hujus Epistolæ designatum invenies. Theodulphum jam pridem ad vos delatum oportet: Nam de Theone miror, tantillum libellum tam diu in via hærere. Rarius Leidam excurro, quo tamen sub dies cogito proximos, ad curam meam revocaturus, ut aut opera Danielis Elzevirii, quæ feliciter jam nobis cessit non semel, liber ad Te perferatur, aut si is periit, aliud consequamur exemplar, quod factu arduum non erit. Et hæc quidem hactenus. Nunc veniendum est ad Tuas longe jucundissimas, quarum alteræ Maj. mense, Julii alteræ erant exaratæ. D. Hieronymi de Trinitate opusculum cum aliis eidem additis habui, ut tua omnia, perquam acceptum: Cujus Grævio nostro Rychioque ac Monachio exemplaria jam divisi, divisurus & propediem sua Bigotio Spanheimioque. Ipse Grævius, ut est Tui amantissimus, Ciceronis sui exemplar per Elzevirium tuos in usus Lipsiam mittendum, jam curavit; quod ut significarem tibi me obsecrabat nuper. De Josepho Stephani Monachii lentum, ut adparet, erit negotium. Britanni tamen de editione scriptoris hujus nova cogitare pergunt magis ac magis: eamque in rem ære suo redemta cupiunt, quæ Bosius ad Scriptorem illum meliorem reddendum è variis Bibliothecis complura collegerat, quod negotium curandum Grævius suscepit. Bosii ipsius scripta possideo perpauca atque in

his

his Cornelium Nepotem editionis primæ, ac dissertationem de Pontificibus urbis Romæ, deque Clinicis Ecclesiæ veteris, quantum memini: Unde eruditionem hominis ad præclara nati colligere arduum non fuit, quo magis fato ejus tam præcipiti ingemisco. E libris, quos Tibi fore usui obtestatur, jam Basilii Zanckii poëmata sum nactus, quæ una cum Abdia Babylonio ad Te curabo perferenda. Reliquorum plerosque, nam de omnibus polliceri nisi temere nil possum, ut consequaris aliquando, pro meis facultatibus curabo. Editio Lugdunensis anni MD IX. varios posteriorum temporum versificatores complexa, exstat, ni fallor, in armariis meis. Sed illam alia posterior in eadem urbe procurata excepit, quam & ipsam me reor possidere. Vossius de vitiis sermonis prælo Elzeviriano nondum, quod sciam, est commissus. Interim Gallicanos typographos exercet Lexicon ejusdem fere argumenti, à viro quodam gentis illius doctissimo operose contextum, cujus specimen Bigotius pridem ad me misit. Prodiit hic nuper in lucem libellus postumus Everhardi Feithii antiquitates Homericas complexus: ejusdem Atticas antiquitates Bibliopolanos jubet sperare. Jacobus Gronovius Livium Parentis tui typis describendum curat cui de suo multa est additurus. De Græcia Palmerii alias puto egi, cujus editio parte sui majore est profligata. Sed partem Græciæ tantum comprehendit: reliqua autor morte præventus non perfecit. Thomas Munkerus post

editos in Britannia mythologos Græcos, vere proximo latinis notis eruditis illustratos typographo Hagano vulgandos permittet. Græv. us præter Ciceronem in Floro edendo pridem occupatur, &c. Vale Vir Clarissime, & feliciter ætatem age.

Hagæ Comitum. clɔ lɔc. LXXVII. Nonis Octobris. De Cotippô Rittershusii non est, quod multum labores. Weitziana in Museû & Theocritum nunquam vidi. (Mirum Lazium ignorasse auctorem qui Hieronymus Paduanus est toties hoc nomine ante Lazianam editionem Lipsiæ, Viennæ etalibi excusum, etiam à Pulmanno Antverpiæ.)

De passione Domini nostri Jesu Christi carmen heroicum luculentum ad Donatum Episcopum incerto auctore.

Maxime Cœlicolum supera qui celsus ab aula
Æterno imperio superes, fortique tridente
Res hominum, divumque regis, quo turbine diro
Judæi irruerinti rabies quæ traxerit illos;
Tanta, tuo nato poenas inferre nefandas
Horrendumque genus mortis, crudelius ipsa
Terque quaterque nece, est animus describere versu.
Tu modo fluctiferum, pater, hæc rege vela per æquor,
Primitiasque meæ, si qua est, en accipe Musæ.

LXVI.

Christiano Daumio, V. C. Nicolaus Heinsius. S. P. D.

Lætor me hercules, ut qui maxime, cum Theonem parentis mei, cum Sirmondi Theodulphum ad Te salvos perveniſſe, idque cura ac beneficio præſtantiſſimi Carpzovii, cui hoc nomine uterque plurimum ſane debemus. Ab hoc ſucceſſu augurium capio non vanum mox fore, ut & Baſilii Zanckii Poëmata & Abdias Babylonius, jam dudum viæ commiſſi, fato utantur pari. Cœlerorum, quos deſideras codicum, ratio à me habebitur, cum venales offerentur. Quas vero grates, Daumi clariſſime, tibi nunc agam pro Cotippo Rittershuſii, quem librum in Bibliopoliis heic terrarum nequicquam quæras? quas pro S. Hieronimi de Trinitate opuſculo? cujus copiâ & Jacobo Gronovio quod jubes & Emerico Bigotio ſum facturus. A Bigotio, quod miror, jam totis ſex menſibus literarum nihil ad me perlatum. Diu eſt, quod Ægidius Menagius ſignificabat per litteras lugere inconſolabiliter fraternam mortem: ſed & id vulnus jam cicatricem duxiſſe doluit. Jacobus Gronovius præter Livium parentis ſui, & ſuum, obſervata peculiaria typis deſcribenda curat, ut audio, ſuper Livianis locis compluribus rem Geographicam tangentibus. Habet & ſub prælo Gisbertus Cuperus quartum obſervationum philologicarum librum. Trés priores longe auctiores caſtigatioresque poſſet publico ſi-

mul dare, sed, ut sunt tempora, typographum huic rei frustra circumspici opinor. Amstelædamenses Bomii fratres tamen Callimachum dicuntur luci parare, Animadversis Annæ Fabræ Tanaquilli filiæ illustratum. Ciceronianas Grævii Epistolas jam debes accepisse. Ejusdem Florus lucem propediem quoque videbit, quem & alia proxime excipient. Ferunt & Luciani libellum de Calumnia publico datum, cum notis Jacobi Tollii, sed quem nondum videre mihi contigit. Thomas Munckerus amicus meus adsiduus est in mythologis Latinis recognoscendis, quos in unum volumen conjectos æstate proxima in publicum, ut opinor, emittet. Nunc post Hyginum absolutum Fulgentio manum admovere cœpit, cujus codicem vetustum, & multis locis sibi utilem è Leidensi bibliotheca nactus, subsidia conquirit majora, sed irrito hactenus conatu. Conqueritur in suis ad me litteris nec Baptistæ Pii in hunc scriptorem commentaria, nec Jacobi Loeheri quæ Ao. MDXXI. in Germania superiore dicuntur prodiisse, reperire se posse: Loeherum præstare si nobis potes, & me non minus, quam Munckerum ipsum, & rem litterariam omnem perpulchre demereberis. Volebam plura, sed recens à morbo, qui me aliquam diu lecto habuit adfixum, vires scriptioni non satis respondere invitus intellexi. Vale Mi Daumi. Hagæ Com. clɔ. lɔc. LXXVII. Kal. Decembris.

IN-

INDEX. I.

Autorum in hoc opusculo nonnunquam cum elogio allegatorum.

A.

Abdias (Babylonius.) 270
Acoluthus (Andreas.) 157
Alciadus. 13
Alcimus. 35
Alcuinus. 199
Aldus. 53
Allatius (Leo.) 199
Alpinus (Prosper.) 174
Andrelinus (Faustus.) 59
Ardens (Radulphus.) 14
Arnoldus (Christoph.) 199. 233.
Avitus. 34. 36.
Auerbachius (Andr.) 110
Auerbachius (Christian.) 250
Augenius. 33
Axenius (Petr.) 34. 178

B.

Balluzius. 141
Bargæus (Petrus Angelius.) 148
Barthius (Casp.) 4. 7. 12. 13. 24. 28. 33. 38. 39. 47. 52. 191.
Baudius. 174
Bebel (Balth.) 171
Becmannus (Joh. Christoph.) 131. 176
Bernardus Morlanensis. 34
Bernardus Geystensis. 70. 76
Berneggerus. 61
Berretarius (Franciscus.) 165
Betulius (Sigism.) 195
Beveregius. 156
Beverinus (Lucas.) 263. 265

Bignonius. 13
Bigotius. 130. 273. 275
Bizarrus (Petrus.) 148
Boëclerus (Joh. Heinr.) 171
Boineburg (Joh. Christian.) 89
Bosius (Joh. Andr.) 6. 8. 32. 13. 24. 30. 32. 38. 78. 272. 273
Browerus (Christ.) 201
Brückner (Wolffgang.) 220
Buchnerus (August.) 5. 28. 61. 203. 232. 233
Bulæus (Christoph.) 210
Bürgerus. 164

C.

Calovius (Abrah.) 260
Calvisius (Sethus.) 96
Caldenbach. 171
Camaldulensis (Ambrosius) 265
Carpzov (Sam. Bened.) 207. 246. 253. 256. 262
Carpzov. (Frid. Ben.) 141. 157. 216. 240. 253
Casaubonus (Mericus) 25. 31. 32
Cedrenus. 8
de la Cerda (Ludov.) 180
Chytræus. 49
Cicero. 182
Cinelli. 140
Clasius (Samuel) 63
Clauder (Joseph) 139
Clavering (Steph.) 202
Closius. 70. 75. 76
Colerus (Christoph.) 61
Cossartius (Gabr.) 156
Crato (Joh.) 112
Cressius (Briccius.) 172
Cunradus (Caspar) 50. 56. 57. 63. 64. 68. 71. 73. 75. 80. 129. 133. 158
Cunradus (Christian.) 124
Cunradi (Daniel.) 62. 74
Cynamus. 18

D.

Dempsterus. 148
Dorscheus. 73. 155
Dubravius (Janus.) 103

E.

Egenolphus. 256. 257
Elzevirius (Dan.) 136
Ernstius. 29
Eurymodius (Robertus) 230

F.

Faber (Petrus.) 151
Fabricius (Georg.) 130. 271 *Fel-*

Feller (Joach.) 94. 97. 115. 141. 154. 164. *185.* 210. 216. 220. 223. 250. 264
Feuſtelius (Chriſtian.) 245
Ferber 220
Ferrarius 29. 32
Fidler (Joh.) 188. 191. 192. 194. 196. 198.
Flacius 49
Franckenſteinius 154
du Freſne (Carolus) 157
Friſchmuth (Joh.) 17. 43

G.

Gandulphus (Joh.) 230
Ganfredus 70
Gaudenſis (Jacob) 53
Gaulminus 7
Gazdus (Æneas) 4
Gazæus (Alard.) 13
Gebhardus (Joh.) 54. 57. 60. 61. 72. 76. 113. 121. 129. 134. 147. 169
Gelenius (Jonas) 264
Gevartius 21
Gerhardus (Joh. Ernſt.) 7. 43
Geſenius (Joach.) 120. 153
Gleichius (Joh. Andr.) 250
Golius 3
Græſius (Chriſtoph.) 172
Grævius (Joh. Georg.) 4. 5. 15. 16. 21. 28. 29. 32. 35. 49. 70. 73. 112. 113. 124. 146. 159. 178. 272. 274. 276
Greenius (Georg.) 210
Gronovius 26. *28.* 53. 146
Gronovius (Jacob) 124. 273. 275
Gruter (Janus) 61. 121. 140. 174.
Gryphius 185
Gudius (Marqu.) 37. 134. 178

H.

Hahn (Joh. Fridr.) *186*
Hankius (Mart.) *87.* 88. *89.* 95. 106. 112. 137. 141
Hankius (Joh.) 161
Harsdörffer 73
Hartmann 82
Heinſius (Nic.) 49. 53. 55. 70. *89.* 104. 113. 123. 126. 129. 130. 133. 141. 146. 255. 270
Hekelius (Joh. Fridr.) 144 169. 174. 233. 249. 269.
Helmius. 46
Helmoldus 38

Hemman (Paul. Andr.) 250
Heinricus Samarienſis. 49. 70
Hibernicus (Thom.) 67
Hoffmannus (Chriſt.) 92
Hopferus (Bened.) 172
Hottinger (Joh. Heinr.) 3
I.
Jacobi (Joh.) 179. 181
Jacobi (Chriſtoph. Adam) 211. 240. 243. 244. 261.
Juretus 14
K.
Kirchmaier (Georg. Caſp.) 203. 205. 207.
Knüpfer 94
Koëber 94. 97
König (Georg. Matth.) 68. 71. 73. 95. 113. 148. 236
L.
Labbeus (Philipp.) 65. 70. 156
Lagius 193
Laubanus 59
Langermannus (Lucas) 16. 126. 136.
Langius (Sam.) 59
Lauterbach. 171
Lazius (Wolffg.) 271
Lindenbrogius 13. 180
Löherus (Jac.) 121. 276.
Löſcherus (Caſp.) 144. 220. 221. 223. 237. 240. 241. 242. 252
Lotichius (Joh. Pet.) 50. 196. 203
Lucienbergius 159. 161.
Lucius (Joh. Andr.) 203
M.
Magliabechius 121. 140. 142. 155. 164. 178. 184 217. 226. 228. 230. 233. 235. 247. 248. 257. 263. 265.
Major (Joh.) 172
Mantuanus (Baptiſta) 59
Maſenius (Jac.) 33
Mellani (Dominic9) 217
Menagius (Ægid.) 275
Merbitzius (Joh. Val.) 201. 249. 256
Meurerius 27
Mochingerus 61
Monachius (Steph.) 272
Monavius (Jacob) 112
Montalbano (Ovid.) 148
Morellius 49
Mühlphortius 50. 54. 56. 57. 58. 60. 63. 64. 68. 71. 76. 80. 120. 133
Munckerus (Thom.) 273

N.
à Naundorff (Frid.) 172
Neander (Mich.) 161
Neubusius (Edo) 148
Neuhusius (Reinerus) 148
Nevolarius (Petr.) 188
Niemannus 94
O.
Olearius (Joh. Gottfr.) 130
Olearius (Joh. Sen.) 130
Orlandinus (Nic.) 151
Osiander (Joh. Ad.) 171
Osius (Hieron.) 116
P.
Pancirollus (Gvido) 130
Papebrochius 164. 240
Paschalius (Carol.) 151
Paulus V. Pontifex R. 148
Peiskerus (Gottfr. Sigism.) 78. 90. 91. 95. 106
Peiskerus (Joh.) 250
Petermann (Tob.) 181. 186
Pezoltus 249
Pibracius (Vitus) 151
Pierius (Valerian.) 128
Pithöus 180. 201
Pomarius (Christoph.) 100. 170
Porphyrius (Publ. Optatianus) 201
Prætorius (Otto) 178
Pregitzerus 171
Prosper 188
Putschius 41
R.
Rabnerus 219. 221
Raithius 171
Rappoltus (Fridr.) 14. 16. 17. 34. 115
Rebhanus (Joh.) 171
Reyher 39
Rhabanus [Magnentius] 201
Rheinesius (Thom.) 15. 16. 17. 31. 47. 152
Rhodomannus 41
Richter (Joh. Ad.) 259
Rittershusius 274. 275
Rivinus (Andr.) 3. 5. 6. 8. 9. 19. 23. 25. 42. 55. 191
Rolfinckius 42
Rorarius [Georg.] 189
Rosenberg (Jo.) 257. 261
Rüdiger (Erasm.) 219
Rychius (Theod.) 124
S.
Salmasius 14. 56
de Sausſay (Andr.) 148
Scala (Barthol.) 140

Scaliger 182
Schäfferus (Joh.) 199
Schäfferus 36
Scheid (Balth.) 171
Scheller (Joh.) 268
Schelstratius 247. 248
Schilterus 29
Schindlerus 158
Schmid (Sebast.) 171
– (David.) 216
– (Bernh.) 281. 253. 262
Schöbelius 73. 76. 80
Schraderus (Christoph.) 171
Schraderus [August.] 171
Schrimpffius (Jonas) 89
Schubart [Georg.] 219
Schurtzfleisch (Conrad. Sam.) 105. 206. 207
Schwimmer 269
Scioppius 37
Scribonius [Largus] 37
Scriverius [Pet.] 42. 47
Seebisch [Joh.] 181. 250. 258. 262. 264
Seidel [Georg.] 203. 204
Seldenus 14
Sefcgkius 116
Seuffius 61
Sextus 73. 171
Sforzia [Franciscus] 65
Siculus [Petrus] 8
Sirmondus 3. 7. 8.
Sixtus [Senensis] 52
Söffing 269
Spener 176
Spitz [Felix] 172
Spizelius [Theophil.] 70. 185
Steger [Wolff. Abrah.] 139. 149
Stephanus (Henr.) 13
Stepner [Salom.] 199
Stockmann [Ernst] 175
Styrzelius 64. 68. 73. 117. 194. 198
Swertius 150
Symmachus 41
Sympostius 236

T.

Teller 94
Tenullius [Sam.] 124
Thomasius (Jac.) 4. 6. 9. 12. 13. 15. 18. 19. 23. 24. 29. 154. 155. 163. 166
Thönnikerus 42
Tiara [Petr.] 116
Titius [Robert.] 148
Titius [Joh. Petr.] 159. 167
Tollius [Corn.] 16
Tollius (Jac.) 276
Trithemius 52

Val-

V.
Valther 224
Varro 41.182
Velserus (Paulus) 202
Victor (Marius) 49.188
Villiomarus (Ivo) i. e. Scaliger 148
Virdungus 61
Vossius [Gerh. Joh.] 14. 25. 31. 137. 138. 182
Ursinus [Joh. Heinr.) 73
W.
Wagner (Tob.) 171
Walther (Mich. Sen.) 73
Weber (Anan.) 59
Weitzius 61
Wendius 100
Whirskerus (Nigellq) 48
Widemann (Joh.) 266
Wimphelingius (Jac.) 291
Winter (Petr.) 224. 245
- (David) 256
Wipertus 14
Wölfflin 171
Wolffrum (Vitus) 266
Z.
Zahmseil (Dan.) 267
Zechendorffius 3. 9. 10. 11. 13. 17. 19. 20. 21. 23. 25. 27. 37. 43. 194. 219
Zeidler (Heinr. Basil.) 171
Zerecotius 199
Ziegner (Frid.) 134. 150

INDEX II.

Rerum in hoc opusculo occurrentium.

Acoluthus (Andreas) Obadiam Armenum edidit. 157
Adversaria *Barthii* 24. 30. 38. 189. 192
Tom. II. & III. desiderantur 180
Lipsiæ in MSS. latent 192
Alani editiones variæ 46. 47. 67.
Scripta 42
Distinctionum Theologicarum Elogium 47. 48
MStum deperditum 126

Alanus universalis Doctor appellatus 47
Alcimum descripsit Daumius 35
Aldina Editio Plutarchi mendosa 7
Allatius, (Leo) Bibliothecam Heidelbergensem Romam transtulit 199
de Patria Homeri scripsit 199
Alpinus, [Prosper] de Plantis Ægypti 174
Anacreontem edidit Langermannus 16
Anglicanum Opus Biblicum 40
Argumenta Epistolarum *Buchneri* confecit *Köberus*. 232
Armalia *Heinsii* (Nic.) 273
Ars Heraldica quid sit? 175
Athenas Belgicas *Swertius* scripsit. 150
Auerbachius, (Andreas) quis fuerit? 110
Augenius, momenta poëtica edidit. 33
Aurora *Petri Rigensis*. 52
Autor, an melius *Auctor* scribatur? 212
Avitus Sirmondi desideratur. 34

B.

Balluzi, Miscellanea. 141
Bargæus, Syriada edidit. 148
Barthius, (Casp.) malevolos habuit quam plurimos. 57
imperfecta Scripta sua conscidit ante obitum. 92
Barthii, Æneæ Gazæi editio reprehenditur 4. 5. 9. 10
Confessio germanicè scripta. 14
Soliloquia. 20
Variæ Lectiones in *Nepotem*. 24. 26
Adversaria. 24. 30. 38. 189. 192

Barthii, Adversariorum Tom. II. & III. desiderantur. 180. 192
Notæ ad *Bernardum Morlanensem*. 49
Judicium de *Daumii* Radicibus Latinæ Linguæ. 28
Notæ ad Vitam *Agricolæ*. 33
Papinianum (Statium) Com. illustr. 36
Britonem edidit. 36
Gerontica. 112
Latino carmine Theognidem reddidit. 116. 117
Contra Reales Realissimos super studiis suis Responsio. 117
Glossaria in varios Autores. 152
Fax Critica. 189
quædam ἀνέκδοτα habuit *Daumius*. 193
vena poëtica, 26
morositas. 26
Baudii Poëmata. 174
Becmann, (Joh. Christoph.) de Dignitat illustr. 176
Bernardi Morlanensis variæ Editiones. 34. 49
Beveregius edidit Synodicum Opus 156
Bibliotheca, *Bosii* [Joh. Andr.] laudatur. 4
Daumii, locuples 11. 177
Elect. Sax. asservat MStum *Rhabani* [Magnentii.] 202
Heidelbergensis, Romam transvecta. 199
Lipsiensis, Petrum Rigensem in MSto habet. 52. 58. 140
Cygnensis, publica. 48
Gudii, [Marquardi] celebris. 178

Bibliothecæ, Volans Cinelli. 140
Bizarrus [Petrus] notatur. 148
Bohislai, Epistolæ laudantur. 13
Bosius (Joh. Andr.) Professf. Historiarum Jenæ constitutus. 24
Rheinesii Epistolas edidit ad diversos. 78
Daumii Epistolas ad Rheinesium edidit. 82 191
Cornelium Nepotem edidit. 38. 273
de Pontificibus Urbis Romæ scripsit. 273
de Clinicis veteris Ecclesiæ. 273
Ejusdem oratio inauguralis. 38
ejusdem Elogium. 273
ejusdem obitus. 114
Buchnerus, [Augustus] edidit *Fabri* Thesaur. 5. 6
Commentarium in *Taciti Agricolam* scripsit. 243
Notas scripsit in *Barclaji* Icon Animorum. 144
ejusdem Epistolæ. 140. 177

C.

Calimachum Anna *Tanaquilli Fabri* filia edidit. 276
Calvisii [Sethi] Ætas. 96
Carnifex, quale nomen? 14. 18
Carpzovii, [Sam. Bened.) Encomium. 207
[Frider. Ben.] edidit *Buchneri* Comment. in *Taciti Agricolam*. 243. 246
Senator Lipsiensis. 216
Casauboni, (Merici) in M. *Antoninum* Notæ. 25. 31. 34. 35
Apologia in *Apulejum*. 41
in characteres *Theophrasti*. 199

Catonem, Daumius edidit. 45. 101
Catonis Distichorum Rhythmicorum Versio. 236
Elogium. 45
Chytræus, edidit Bernardum Morlanensem. 49
Cinelli Bibliotheca volans. 140
Clauder, (Joseph) quis fuerit? 139. 150
Colomesius, Galliam Orientalem edidit. 150
Concio Funebris *D. Gebhardi* Cos-Cygnensis. 100. 103
D. Aniæ Weberi. 170
Confessio *Casp. Barthii* germanice scripta. 14
Conradi, Archi-Diac. Cygnensis Obitus. 216. 217
Cressii [Briccii] Poëmata laudantur. 172
Cunradi (Casp.) Poëmata laudantur. 50. 67. 133
Prosopographia Melica. 130. 133. 160
[Dan.] Gnomologia Latino-Germ. 74
Panegyricus in Adventum Matthiæ Imperatoris 74
Evangeliorum Paraphrasis. 74
Cynamus, quis Autor? 18

D.

Daumius, (Christian.) Indices Latinæ Linguæ Analogicos composuit. 6. 28
65. 218
Pristianum in Membranis habuit. 21. 22
gratus *Zechendorffii* Discipulus. 27
Catonem edidit. 45. 101
Diversos Poëtas in MSt. habuit. 48
Bibliothecæ Cygnensis publicæ Præfectus. 48
Palponistam Geystensem edidit. 49. 129
130

Daumius, (Christian.) Vertumnum poëticum edidit. 51. 66. 199
Petrum Rigensem in MSt. habuit. 52. 55. 58
Prudentii quædam Loca emendat. 53
Collegit Varias Lectiones *Manilii*. 58
Poësin Germanicam parum excoluit. 60. 62.
Marium Victorem Massilienſem edere voluit. 66
Catalogum Poëtarum confecit. 66
Homilias quasdam Patrum Græcorum in Natalem Domini edidit. 81. 82. 83
Fratrem unicum habuit Dresdæ. 82. 84
de Vossio judicat. 88
ægre fert editionem Epistolarum suarum ad Rheinesium. 89. 151. 152
primam uxorem amittit. 106
aliam suscepit uxorem. 110
Diatriben de Aoristo Secundo scribit. 109. 115. 116. 123
Hieronymum de Trinitate emittit. 111. 112. 131
Gerontica *Barthii* edidit. 112
filium accepit *Joannem Christianum*. 119
filiam *Annam Rosinam*. 128
Paulinum edidit. 184. 247. 248
Laboriosus fuit. 13. 190
Modestus. 2. 28. 146. 179.
Bibliothecam habuit elegantem 11. 177

Daumii, Elogium. 187
Poësis infelix. 50. 51
Delicias Florentinas edidit *Cinelli*. 217
Deus Moritasgus quid sit? 21
Dieterici, (Jo. Conradi) Ætas. 112
Scripta. 118
Dilherri Obitus. 203
Distinctionum Theologicarum Alani Laus. 47. 48
Dubravii (Jani) Theriobulia. 103

E.

Ederi (Georg.) Malleus Hæreticorum. 170
Editor Adversariorum *Barthii* notatur. 193
Elogia Scriptorum *Konigius* collegit. 71
Emblemata num ad Artem Heraldicam spectent. 175
Epigrammata Fidleri (Jo.) 191
Epistolæ *Bohislai* laudantur. 13
Rheinesii ad Vorstium. 66
Daumii ad Rheinesium. 89. 151. 152. 178
Buchneri (Augusti) 140. 177. 178
Etymologicum *Vossii* laudatur. 6
Extenuatio *Daumii*. 2. 28. 146. 179

F.

Fabri (Basil.) Thesaurus à *Buchnero* editus. 5. 6
(Petri) Vitam quis conscripsit? 151
Fabricius, (Georg.) *Terentium* cum membranis Vaticanæ contulit. 130

Favonii Evlogii Fragmentum desideratur. 8. 9
Feller, (Joach.) de Parodiis. 97
de eruditis Fœminis. 97
Flacii, (Illyrici) editio *Bernardi Morlanensis* optima. 49
Fidleri, (Jo.) Epigrammata laudantur. 191
du *Fresne* (Caroli) Lexicon. 142. 157
Frischmuth (Jo.) Disput. de sacrificiis. 17
Fortunati (Venantii) editiones diversæ. 201
Fulgentium edidit *Jac. Löberus*. 121
Fürstenbergii Poëmata. 107

G.

Gallia Orientalis *Colomesii*. 150
Gandulphi, (Jo.) Ætas. 230
Ganfredi Poëtria. 49. 134
in membranis possedit *Gudius*. 134
Gazaeum (Ænæam) *Barthius* edidit. 4. 5
Gebhardus (Jo.) Crepundia scripsit. 8
judicium de illis. 15
de Eiresione orationem habuit. 95. 98
ejusdem obitus. 157
Gebhardus COS. Cygnensis quando obierit? 105
Geranô-Ruthenicorum Liberalitas erga Cygnenses tempore Pestis. 235
Gerhardus, (Jo. Ernestus) *Sirmondo* fuit familiaris. 7

Ge-

Gerontica *Barthii* edidit *Daumius*. 112
Golii, Lexicon laudatur. 3
Grævius (Jo. Georg.) de Sestertiis scripsit. 35
Cygneæ fuit apud *Daumium*. 37
Hesiodum edidit. 70
Lucianum edidit. 85
Greenius (Georg.) Concionator Aulicus Dresdensis constitutus. 210
Gronovius, *Papinianum* edidit. 17
Livium edidit. 273. 275
Gruterus, (Janus) delicias Poëtarum German. 112
Gudii, (Marquardi) Bibliotheca celebris. 178

H.

Hanckius, (Martin.) de Rom. Rerum Scriptoribus. 87. 88. 89. 120. 155
de Scriptoribus Græcis. 92. 95
de Scriptoribus Byzantinis. 137. 138. 154
de Germanarum Rerum Scriptoribus meditatio. 156. 166
ejusdem Elogia 88. 89. 114 120. 137. 138
Vindiciæ. 137. 138
Harsdörffer Ludiloquia scripsit. 176
Hautwillensis, (Jo.) Architrenius. 167

Heinrici Samarienſis Ætas. 76. 184.
ejusdem Textum de Bibliotheca Mediceâ exſpectavit *Daumius.* 176
edidit *Daumius,* 163. 164
Magliabechius contulit cum diverſis Codicibus. 142. 163. 178
Vitam accepit ex Italia *Daumius.* 210
ejusdem Editionem urgent Itali. 257
cum MSt. contulit *Lucas Beverinus.* 265
Heinſii (Nic.) *Valerium Flaccum* edidit. 109. 112 135
Petronii Fragmentum Traguriannum. 112
Armelia. 273
Francofurtum proficiſcitur. 135
Literæ ad *Daumium.* 134. 135. 136. 270
Hekelius, (Jo. Frid.) *Popmam* edidit. 144
Palmam Viteſcentem. 169
ejusdem Elogium. 169
Argentoratum, Tubingã & Altdorffium ſe confert. 171
Diſputationem habuit ſub præſidio *D. Joh. Conradi Durrii.* 174
Rector Reichenbacenſis conſtitutus. 184
Con-Rector Rudolphopolitanus. 252
uxorem duxit. 217

Helmoldum excerpſit *Barthius* & in Adverſaria ſua contulit. 38. 39
Heſiodum Laubanus edidit. 59
Grævius (Jo. Georg.) quoque edidit. 70
Hieronymum de Trinitate edidit *Daumius*. 131. 172
de Baptiſmo itidem. 234
Hiſtoria Florentina *Bartholomæi Scalæ*. 140
Hoffmanni (Chriſtiani) Poëmata germanica laudantur. 133
Homeri Patria deſcripta à *Leone Allatio*. 199

I.

Imhoff edidit Politicum Græcum. 92
Incendium Werdavienſe in Miſnia. 247
Indices Latinæ Linguæ Daumii. 6. 65. 86. 108. 109. 180. 182. 197. 218
Inſcriptiones *Rheineſii*. 21
Interficere pro *occidere*. 14
Interfieri pro *necare*. 14
Joſephum edere voluit *Jo. Andr. Boſius*. 272
Judicium *Daumii* de *Voſſio*. 88
de Epiſtolis ſuis ad *Rheineſium*. 90
Judicia variorum de *Daumii* Radicibus Latinæ Linguæ. 28

K.

Kirchhofii Doctoratus fuspectus & simulatus. 104
Köberus, (Jo. Fridr.) confecit Argumenta Epistolarum Buchneri. 232
Königii (Georg. Matth.) Lexicon. 66. 70. 197
Elogia CL. virorum. 71. 150

L.

Labbeus (Philip.) Concilia edidit. 156
Lactantii Liber de mortibus Persecutorum. 141
Lagius edidit Adversaria *Barthii*. 193
Lange (Sam.) parentavit *D. Ananiæ Webero*. 59
Langermannus (Lucas) edidit Anacreontem. 16
Laubanus, Analyticas Tabulas scripsit in Homerum. 59
Hesiodum edidit. 59
Lexicon *Golii* Arabicum laudatur. 3
Königii (Georg. Matth.) 66. 70. 197
du Fresne. 142. 157
Lipsiensium Liberalitas erga Cygnenses tempore pestis. 237
Læberus (Jac.) edidit *Fulgentium*. 121
de ipso judicium. 121
Læscherus (Casp.) Disputationem habuit Synodalem. 215
Lotichii (Petr.) Carmina de *Spiritu Sancto*. 148
Lucianum edidit Joh. Georg. *Grævius*. 85
Lucius, (Jo. Andr.) *D. Bulæi* successor. 210
Ludolfi, (Jobi) Historia Æthiopica. 215

Lutheri Concionum variarum MStum possedit *Daumius*. 189

M.

Majoris (Jo.) Carmina. 172
Malleus Hæreticorum *Georgii Ederi*. 170
Mammerti nova Editio promittitur. 30
Manilium Scaliger edidit. 21
in MSt. habuit *Andr. Rivinus*. 35
Varias Lectiones collegit *Daumius* 58
Diversa in Manilio loca emendavit quoque *Daumius*. 97. 142. 143. 159. 161. 162
Membranæ Manilii. 57
Mantuani variæ editiones. 62. 63
ejusdem diversa Scripta. 188
Masenii (Jacobi) Argutiæ poëticæ. 33
Palæstra Eloquentiæ. 33
Miscellanea *Balluzi*. 141
Morellius edidit *Marium Victorem Massileensem*. 49
Morositas Barthii notatur. 26
à Mure (Conradi) Poëtæ Ætas 199

N.

Neuhusii (Edonis) Ætas. 148
Filius. 148
Notæ Barthii ad Cornelium Nepotem. 24. 26

O.

Obadiam Armenum edidit *Andr. Acoluthus*. 157
Oculus Scripturæ vocantur *Alani* Distinctiones Theologicæ. 47. 48

Olearius (Joh. Sen.) Prof. Lipſ. edidit orationes Herodoteas. 130
(Jo. Godofredus) laudatur. 130

P.

Palæphatum Tollius edidit. 57
Palma vireſcens Hekelii. 169
Palponiſtæ Geyſtenſis Editio Colonienſis. 129.130.131
Daumius edere voluit. 49. 129.130
Papinianum, Gronovius edidit. 17
Barthius Comment. illuſtravit. 36
Pancirollus (Guido) de claris Legum Interpretibus. 150
Paradoxa *Scioppii*. 37
Paſchalius, de Coronis, laudatur. 95
Patria *Homeri* deſcripta à *Leone Allatio*. 199
Peiskerus, Superintendens Cygnenſis, Concionnes pœnitentiales, edidit. 124.128
Peſtis Cygneæ graſſatur. 158.183.185
Petri Rigenſis Aurora. 52
diverſitas Codicum. 100
MSta recenſentur. 52.55.57.58.69.140
Laus. 55
aliquot loca emendata. 55
Petronii Fragmentum Patavii excuſum. 54
Heinſius edidit. 112
aliorſum editum. 119
Varias notas in ipſum conſcripſit Daumius. 189
Pezolti Diac. Cygnenſis obitus. 249
Philomathi Muſæ. 33

Philelfum Sam. *Claſius* edidit. 63
Philoſtratum Aldus edidit. 93
Pibracii (Viti) Vita. 151. 219. 220. 221. 222. 223
Pierius Valerianus Virgilium edidit. 127. 128
Plinii diverſæ Editiones recenſentur. 198
Plutarchi editio Aldina mendoſa. 7
Poëtarum Catalogum confecit *Daumius*. 66
Poëmata *Fürſtenbergii*. 107
Pontificium pro *poteſtate* uſurpatum. 13
pro Epiſcopatu. 14
Popmam Hekelius (Joh. Fridr.) edidit. 144
Priſcianum in Membranis poſſedit Daumius. 21. 22
Proſper laudatur. 188
Proſopographia melica *Caſp. Cunradi* laudatur. 130. 133. 160
Proto-Synedrii Dresdenſis munificentia adverſus Daumium. 244
Prudentii MSt. in Bibliotheca *Rhedigeriana* Vratislaviæ. 48. 70
Varia loca emendantur. 48. 49. 53
Salmaſius excerpta dedit ad *Prudentium*. 56
Nic. *Heinſius* edidit *Prudentium*. 70

R.

Rhabanus (Magnentius) aſſervatur in MSt. in Bibliotheca Elect. Sax. 202
editiones variæ ejusdem. 201
Radices vocum collegit *Daumius*. 180
Rappolti (Fridr.) diſputatio de Religione Romana. 17

Rectoris Cygnenſis Salarium. 219
Rheineſius (Thomas) Inſcriptiones collegit. 21
Epiſtolas ad *Vorſtium* dedit. 66
multa reliquit ἀνέκδοτα. 180
obitus ejusdem. 66
Reyheri COS. Cygnenſis obitus. 234
Rivini (Andr.) obitus. 35
Rudiger (Eraſm.) fuit Rector Cygnenſis. 219

S.

Sanctii Minerva. 42
Sarcmaſius eſt *Schurtzfleiſchius* (Conr. Sam.) 149
Scaliger Manilium edidit. 21
Sub nomine Ivonis Villiomari latet. 148
ſe ſe oppoſuit Roberto Titio. 148
Scandatio quid ſit? 204
Scioppii, Paradoxa. 37. 40
Schæfferus, de militia Navali. 36
Schelſtratius, Vaticanæ Præfectus. 247
Scheidius, (Balthaſ.) Diſputationes ſcripſit græcas in Lucam. 171
Schirmerus, Bibliothecarius Dresdenſis. 239
Schoëbelius, Flores ex Tacito collegit. 73
Scholæ Cygnenſis decrementa. 250. 251. 254. 255
Scribonii Largi Editiones. 37
Scriverius, Senecam (L. Ann.) edidit. 42
Grammaticam ſcripſit. 43

Schurzfleiſchius (Conr. Sam.) latet ſub nomine *Sarcmaſii.* 149
fuit Diſcipulus *Jo. Conr. Dieterici.* 105. 149
ſucceſſit *Greenio* in Prof. Hiſt. Vitemb. 210
Seldenus, in Eutychii Origenes commentatus eſt. 14
Senecæ (L. Ann.) *Gruteri* Editio mendoſa. 174
Sextus (Jo.) Norimbergenſis Scholæ Collegæ encomium. 73. 171
Sileſia Muſarum ſedes. 99
Sirmondus, Jo. Erneſto *Gerhardo* familiaris. 7
ejusdem Ætas. 7
Soliloquia *Barthii.* 20
Spenerus, (Phil. Jac.) de Arte Heraldica. 176
Statii editio. 39. 49. 54 56
Styrzelius, edidit Elogia CL. Virorum. 65
ejusdem Obitus. 71
Sulpicius Severus, Dialogum de S. Martino ſcripſit. 17
Swertii Athenæ Belgicæ. 150
Sympoſius, quis fuerit? 236

T.

Tenullius, (Sam.) Frontini Stratagemata edidit. 124
Terentium Georg. *Fabricius* contulit cum membranis Vaticanæ. 130
Textum *Heinrici Pauperis* ſ. Septimellenſis, edidit *Daumius.* 164
Theognidis Commentatores. 116. 117
Titi-

Titius (Robertus) notas dedit in *Bargæi* Syriada. 148
(Jo. Petri) Elogium. 167
Tollius (Cornel.) *Valerium* Maximum edidit. 16

U.

Valerium Maximum Cornelius *Tollius* edidit. 16
Valerium Flaccum edidit Nic. *Heinsius*. 108. 135
Vertumnus *Daumii* poëticus. 51. 68. 199
Victor (Marius) laudatur. 188
Virgilium edidit *Pierius* Valerianus. 127. 128
Notis illustravit *Daumius*. 135
Vocum derivatio genuina. 181. 182. 212
Vossii (Gerh. Jo.) opera Posthuma. 16
scripta laudantur. 29
de vitiis Sermonis. 273

W.

Weberi (Ananiæ) Concio funebris. 170
Weitzii Severus Endeleichius. 243
Werda, deflagrat in Misnia. 247

Z.

Zechendorffius, Senex. 20
ipsi obtrudere volunt Substitutum. 27. 33. 35
ipsi fideliter adhæret Daumius. 27
ejusdem Obitus. 43

FINIS.

19342

(o)

בעזה

ELOQVENTIÆ ECCLESIASTICAE ARTIFICIUM,

CVM

IN VSVM COLLEGII PRIVATI,

TVM

QVORUNDAM AMICORUM VOTIS VT TANDEM SATISFIERET,

SVCCINCTE AC LVCVLENTER EXPRESSVM

A

M. Ge. Iac. Schwindel/

NORIMB.

Proverb. XVI, 21.

מתק שפתים יוסף לקח׃

A. R. G. H. MDCCX.

Φύσις ἄνευ μαθήσεως τυφλόν·
ἡ μάθησις δίχα Φύσεως
ἐλλιπές· ἡ δὲ ἄσκησις
χωρὶς ἀμφοῖν ἀπλέξ.

IOVA IVVAT

Præmissa *Bibliotheca homiletica Theoretico-Practica* * eaque *Selecta*, addita simul Eloquent. S. *historia*,

I.

Differendum & de *Natura & Constitutione* Eloquentiæ Ecclesiasticæ, & de *Prærequisitis* Oratoris Ecclesiastici, Pietate scil. vera, Eruditione solida, Sapientia, Prudentia &c. Dein Textu probe lecto ac rite electo, si licet,

II.

Analyses, *Grammatica* & *Rhetorica*, non accurate solum, cum judicio ac diligenter privata opera prius, antequam Commentatores inspiciantur, instituendæ, Sed & inprimis

* Propediem, annuente Deo, una cum *Bibliotheca Post-Illorum*, ceu vocant *Ecclesiasticorum* edenda.

Logica, quæ invento Textus (ex ejusd. Scopo ope Contextus cognoscendo) *Genere** & *Specie præsenti*,**

a) *Propositionem principalem*, (ex materia

---

* Conf. 2. Tim. III, 16. add. Rom. XV, 4. coll. 2 Corinth. II. 7. Quoad *Generum Investigationem* not. Canon noster: attendendum scil studiose 1.) aut ad T. Scopum, adplicando i. sum ad Generis istius objectum materiale, aut 2.) ad Argumenta probantia, si adsunt. Quoad *Parabolas* pensitabis 1.) earum adplicationem s. Scopum potissimum principalem nec non omnes ac singulas circumstantias, 2.) Contextus Analogiam. Sed not. h. l. quod unius atque ejusdem Parabolæ scopus nunc iste, nunc alius possit esse Scopus; quemadmodum Locus evincit Luc. XV, collatus cum v. 4. sqq. cum Matth. XVIII, 12. seqq.

De *Objectis* vero tum *Materiali* tum *Formali* ac *Speciebus* cujuscunque Generis curatius paullo, (ceu commonstrabimus in nostro Dialogo seu Homileta Peccante, s. t. in lucem prodituro) ac vulgo fieri solet, constituendis, nec non *Genere mixto*, coram.

** Nam deficiente in T. Specie, in propositi, Logica quoque est omittenda; secus fit in propositi. Concionis, ubi additur, licet in T. diserte haud ponatur.

teria (. objecto T. adæquato addiscendam, atque a Concionis propositione disting.) aut *plures*, si plura adsunt objecta primaria, e T. eruit, ac deinceps in *Argumenta explicantia:* Quis? Quid? &c. seorsim resolvit, exceptis *Textibus Prophetico prolixiori*, ac *historico*; horum enim propositio immediate 1 in Anteced. si adsunt, 2.) Factum & 3.) Consequ. resolvitur, ac quodlibet horum iterum in Explicantia seorsim. Sin V. T. Propheticus aut historicus *Brevis*, tunc resolvendus in Explicantia non quidem exscribentis intentione, sed dicentis.

T. breviusculi, in quibus *Copula* vel expressa, vel implicita, e. g. Joh. IV, 24. πνεῦμα ὁ θεός, occurrit, resolvi possunt in subjectum & prædicatum.

T. *Allegorici*, *Comparativi*, *Exclamatorii*, *interrogatorii*, atque alii hujus commatis. resolvuntur remoto omni schemate, ac conversa oratione non-enunciativa in enunciativam, in explicantia &c. &c.

De Analysi reliq. propositionum Logicarum Exponibilium &c. consulantur Logici, Bechmannus, B. Roesenbeccius, Grosserus atque alii.

b) in Theseos confirmationem s. *argumenta Probantia* &c. (ab amplificantibus & illustrant. caute secernenda) si adsunt, interdum Thesin antecedentia, interdum sequentia, inquirit, eadem postmodum rursus in explicantia resolvens.

III.

De *Methodo* ac *Dispositione*. * Methodus est vel *Analytica* s. κατ' ἐξοχὴν Textualis, proponens id, quod formaliter in T. adest. sive consid. sec. scopum primarium sive secundarium; quæque optima atque a junioribus primum usurpanda: vel *Synthetica* ** s. Localis, Dogmatica, propr.

* Quæ ita diff. Methodus est principium & norma; Dispos. principiatum & normatum: illa dispositionem dirigit; hæc methodi ductum sequitur: illa ex propositione maxime dignoscitur; hæc ex integra tractatione.

** Quæ Methodus in T. subinde occurrentibus, quemadmodum Evangg. Epist. &c. inprimis adhibenda, utpote quæ magis ædificationi inservit atque auditoribus nauseam inhibet: & quamvis objectum semper maneat idem cons. Phil. III, 1. 2. Petr. I, 12. 13. nihilominus tamen modus proponendi debet esse diversus. Præterea in Synthesi, monentibus B. Carpzovio aliisque, not. quod

prop. L. C. per pronam & legit, consequ. e Textu toto tanquam medio termino fluentem &c.

Dispositio vero est vel NATURALIS, vel ARTIFICIALIS, eaque vel *Schematica*, vel *Arbitraria*, vel *Mixta*, &c.*

Dispositio versatur

A) circa *Exordium*, quod nunc temporis** est 1.) vel GENERALE, idque vel *Fixum* vel *Arbitrarium* sive Mutabile; vel 2.) SPECIALE. (de quo tamen ultimo loco cogitandum.)

---

aque T. *totus* pertractari atque explicari debeat ac in Analysi, nec L.C. tantum ex hac vel illa particula T. (ut sæpius ii faciant, qui Thema nimis Speciale zu Jahrgängen/ a B. Hulsem. inventis eligunt.) Sed ex toto T. probandus est.

Nostratium ac Reformatorum nonulli pie 1. cuilibet Concionis parti pertractatæ mox 2.) Doctrinas annectunt, atque ex his 3.) deinceps Orationem formant.

* De quibus, ut & *Variatione* cum *Levi* improprie sic dicta, cum *Operosa*, nec non *Schematum* inventione, dispos. &c. oretenus.

** Nam olim tantummodo unicus introeundi modus apud omnes fuit, (adhuc hodie multis in locis usu vigens) ut scil. statim Voto

Fontes Exordiorum (* præcipui sunt seqq.

a) a T. s. Thematis tractandi justa commendatione (ab ejus scilicet dignitate vel Præstantia s. excellentia, vel difficultate subli-

---

sermones S. auspicarentur. Sic B. noster Megalander mox postquam in suggestum veniebat, dixit: Oremus, sine ullis verborum ambagibus &c. B. vero Hülsemannus primus fere exstitit, qui hunc introëundi modum abrogabat, quem deinde posteri sequuti &c. vid. B. Carpzov. Theol. Exeget. p. 291. Angli Exordia omittunt penitus,

** Alii aliter. Celeb. Feustking in aureo de Usu fu Concord. Lanckis. Libello p. 62. ita procedit: formato, dicens, Themate Textus naturali, evolve ejusd. Them. vocis in Concord. 1.) verbum idem, 2.) parallelum, sive Synonymum &c. 3.) Conjugatum. 4.) Oppositum, si Textus naturalis permittat, 5.) allegoricum & 6.) verbum comparatum, aut Typicum, not. Dispos. quæ distincta genera distinctasq; Species aut varia objecta exhibet, exordium Speciale respuere, ex fontibus generalioribus quoddam sive quæ in omnibus concionibus adhiberi possunt, desumens. De Exordiis in quocunq; Genere Specialib9 vid. Hülsem. Orat. Eccles. c. VI. p. 91-96.

sublimitate, in mysteriis, nostra e contrario intellectus imbecillitate, vel ab ejus jucunditate, utilitate vel necessitate &c.)

b) a circumstantia vel temporis, (tempore messis, nundinarum, jubilæi, Festorum, belli, persecutionis, pestis, pacis &c. vel personæ dicentis rarius, vel alius (ratione nominis, cognominis, generis, conditionis, ætatis, morum, rerum, gestarum &c. in concion. nuptial. funeral.) vel Loci, (in Academia, Scholis, Urbibus, bey Gasti Predigten / &c. Evolv. h.l. B. Bald. Ideæ P.II. c. 14. sqq. & B. Carpz. Conc. Funebr. passim.

c.) a Thesi (asserto scil. generali, aut a mandato generali, aut a promisso generali, cujus Exempla in T. leguntur.) ad hypothesin; vice versa; It. a Genere ad Speciem unicam (si e. g. de Redemtione per Christum dicendum, in genere Beneficia DEi in nos collata prædicentur &c. it. in mandatis &c.

d.) a caussa ad effectum, vel vice versa;

e.) a Vaticinio ad ejusdem Complementum, vel vice versa.

f.) a vindicatione T. & articuli fidei ab adversariorum corruptelis & depravationibus.

g.) a conciliatione T. pertractandi cum alio adparenter pugnante;

h.) a T. cum Anteced. & conseq. συμφωνία s. cohærentia (in parabolis &c. quia scopus, & T. alius difficilioris sensus ex Antecedentibus nonnisi elucescit &c.)

i.) a Loco parallelo *, vel quoad rem tantum, vel quoad rem & verba simul, nostro tamen Textui omni ex parte prorsus conformi (in meth. Anal.)

k.) a Comparatis, vel a pari Exemplo, vel

---

* De LL. parallelis not. ne pro talibus ventilentur, quæ non talia sunt. Videntur enim subinde ob verborum identitatem, cum tamen quoad sensum vel scopum aut objectum idem nequaquam velint. conf. Hos. X, 8. & Luc. XXIII, 30. ubi ead. quidem leguntur verba; sed vero Hoseas fatur de Excidio Samariæ, Christus de Excidio Hierosolymorum. Porro solent quædam Exordia desumi a LL. parallelis quoad verba tantum. Sed minus recte. vid. B. Carp. Theol. Exeget. p. 183. Denique si inter T. & L. Parallelum ea sit differentia, ut alter ex Vet. alter ex N. Fœdere petatur; isthoc optime uti possumus: cognoscent enim inde Auditores amicam unitatem atque fidei harmoniam &c.

vel a similli, vel a Typo præprimis innato (Typos cum Allegoriis noli confundere, vid. B Glassius L. mox citando.)

l.) ab oppositis, quæ Textui pertractando opponuntur vel contradictorie, Joh. IIX, 47. vel Contrarie s. Diverse, Genes. XXV, 33. vel Privative, Matth. V, 7. coll. Jac. II, 13. vel Relative Ephes. V, 22 seq. ut & a Disparatis sive Dissimilibus exemplo, factis, Prov. IV, 18. 19. Luc. I, 35. Job. XIV, 4.

m.) a Paraphrastica T. imprimis quoad sensum & scopum difficilis, enarratione (in meth. synth.)

n.) a Summaria eaque perbrevi Concionis proxime praecedentis repetitione (in meth. Annal. & Explicatione integri cujusdam Libri Bibl. fons priscæ Ecclesiæ Doctoribus usitatissimus)

o.) a Sententia quadam P. P. gravi tamen, aut Apopthegmate, symbolo, gnome, proverbio, sed decenti, apto; (a Tyronibus rarissime usurpandus)

p.) a quæstione s. problemate quodam insigni;

q.) ex abrupto * (ad Exord. Generale in-

* Sic Scriptores S. Sic PP. quorum inter Basi-

magis ſpectans.)

r.) ab hymno Eccleſiaſtico (ubi de ipſorum origine vi & efficacia in hominum animis, ſenſu ac abuſu &c. orat. exercit. ſenibus conveniens.)

s) ab hiſtoria quadam Sacra ſæpius, Eccleſiaſtica rarius, profana rariſſime; &c.

In *Elaboratione* Exordii III. obſervanda:

1.) Theſeos Exord. perſpicua conſtitutio, 2.) brevis Deductio, & 3) apta Tranſitio. *

Con-

---

lius aliquando exorſus: Leo rugit, & quis non timebit? Sic alii: audite, Auditores, rem novam, inauditam, crudelem fratricidam &c. qui tamen fons adprime decet negotia prorſus extraordinaria, fervida, viros acres, graves, judicio pollentes, magis ſenes, quam juvenes &c.

* heic ὡς ἐν παρόδῳ ex mente B. Carpz not. quod communis formandi propoſit. formula: Ex *hoc T. propoſituri ſumus hoc vel illud*; in Methodo Anal. minus ſit accurata, bene tamē in Synth. ubi T. hoc vel illud Thema, quod ego pertracto, non formaliter proponit; unde potius ita formanda in meth. Synth. in Anal. autem: præſens T. hoc vel illud tradit; Hoc textu continetur, &c.

Constet Exordium periodis III aut IV, rhetoricis, sit selectū ac nonnunquam emphaticum, Themati conveniens nec longe petitum, generalio ipso T. ordinarie e libro Canon. raro ex Apocrypho atq; Ecclesiastico desumendum, &c. si enim hoc, Analogia T. Apocryph. atque Ecclesiastici cum Canonicis jugiter ostendenda. De regula B. Hülsem. *In quo genere dicendi T. in eo genere dicendi etiam Exordium sumendum esse;* vid. B. Carpz. in Theol. Exeget. p. 298.

6.) Circa *Concionis propositionem*, in *Meth. Anhal.* ordinarie (nam extraord. constat etiam vel sola specie, vel solo objecto, sed vid. B. Carpz. in Theol. Exeget. p. 301.) ex specie, utplurimum concepta, & objecto T. adæquato, si unicum, formandam *;

In

---

* præmissa enim analysi statim cogitandum 1.) *quæ de re* in T. agatur? Ecce objectum; 2.) *quomodo* sive quo scopo de eod. obj. agatur? num docendo, refutando &c e.g. Matt. V. 17. 18. qua de re Textus loquatur? de errore circa Legem; quomodo? refutando illum; ergo prop. refutatio erroris circa Legem. Quoad Genus, non semper est necessaria ejusd. ad quod Thema pertineat, significatio.

In M. autem *Synthetica* e ſpecie & obj. non T. ſed Poriſmatis e T. legitime educti &c.

Sed vero ſi 2. (aut 3.) ſpecies ad unicum ſpectent Genus, tunc Genus objecto T. adjungendum;

Si in T. unicum adſit Objectum diſtinctæ vero Species, Thema ſolo T. objecto, adæquato tamen præferendum;

Si vero diſtincta occurrant obj. iſthæc Termino quodam generali adæquato eſt proponenda;

Sin minus & hoc fieri nequeat, propoſitio expreſſa omittenda penitus, ac ſolummodo implicite vel ipſa partitione indicanda.

Si in T. deprehendas non objecta ſolum varia, ſed diſtincta etiam Genera, iſta dextre Termino quopiam generaliori proponenda;

Sin minus, propoſ. explicita denuo reticenda & in membris diſponentibus implicite indicanda &c.

Species effertur utplurimum vel per Subſtantivum, vel per Verbum, vel per Participium, Activum aut Paſſivum: Objectum vero, ſi integra propoſitio, redigitur in

Ter

Terminum Complexum, ponendo prædicatum in abstracto & Subjectum in Genitivo.

Esto autem Propositio Concionis perspicua, adæquata, brevis & rotunda &c.

Heic loci tamen probe not. quod propositio in *Meth. Synth.* ac *variatione* Thematum præcipue debeat terminis constare Biblicis, aut adpositè illatis. Quam in rem uti facillimam ita longe utilem in antecessum tibi communicamus regulam. Evolve scil. Synonyma. quin conjugata (quo ref. etiam Typ. alleg.) subjecti ac prædicati Thematis tui in Concord. Realibus, eaque postmodo in subject. & prædicati locum substitue. v. c.

Matth. XXVII, 50.

JESUS verschied.

Subj.	Præd.
JESUS	moritur.
der HErr der Herrligk.	gecreutziget.
der Fürst des Lebens	getödtet.
die Sonne der Gerechtigk.	untergegangen
der Auffgang aus der Höhe.	in seinem Niedergang.
der erblaßte König der Ehren	in seiner Unehre.

der

Subj.	Præd.
der Weibes-Saamen	untertreten.
der Uberwinder	überwunden.
der Baum des Lebens	umgefallen/gefället.
der Hirt	geschlagen.
die Lebens-Quelle	(vertrocknet) versiegen.
das Haupt	(sinckende) gefallen.
der Hohe-Priester	geopffert.
GOttes Lam	erwürgt/ geschlachtet.
das Leben	todt.
der Stern aus Jacob	untergegangen
Rose	verblüht. e.s.p.

Evolv. h. l. M. Mart. Gumprechts Bibliſches Werckleín/ed. Dreſdæ 1649. 4. ubi prædicata ſ. epith. ſubſt. addita inven. aliique in Bibl. noſtra recenſendi.

C.) *Circa Partitionem;* quam diſpeſcunt in *Primam* immediatam ſive principalem minime in Propoſit. reticendam (quanquam alii aliter) & *ſecundam*, mediatam ſive *ſubdiviſionem* ad Tract. usque reſervandam, nec numerice proponendam, quin ſubinde occultandam &c.

Re;

Regula de Partitione Principali Generalis:

Quot insunt Textui a) *distincta Objecta*, vel realia vel Personalia, s. materiæ, aut unius materiæ b) distincta tractandi *Genera*, aut c) *distincta Species*, d) aut *primaria argumenta*; tot sunt Partes: Quarum tamen numerus, si ultra ternarium aut quaternarium excrescit, rite contrahendus, & Cognata conjungenda &c.

Regg. Specialiores:

a) aliquando T. inprimis *Dogmatici* partitio fit 1.) in propositi. s. Thesin die Sache N. selbst/ 2.) in argumenta probantia, si adsunt, derselben Grund/ ꝛc.

1.) Nonnunquam in sola Explicantia principaliora, e.g. a) in Actum, die Sache selbst/ & b) Effectum dessen Würckung oder Erfolg/ ꝛc. nec non a) in Exordium, b) Actum Eingang und Inhalt/ ꝛc.

2.) In sola Probantia;

3.) In sola Illustrantia;

4.) In Illustrantia & Explicantia, vel vice versa. e. g. Iac. I, 11. simile vero seu thesios illustratio in T. brevi, potest etiam ad rei modum, ad finem aliamque circumstantiam referri. Jer. XVII, 11.

5.) In Explicantia, Probantia & Illustrantia, simul. beschrieben/ gegründet/ abgebildet / erläutert/ ꝛc.

b.) T. *Historici* dividuntur 1.) in Antecedentia,*

* Dn. Werner alia incedit via, Præcept. Homil. p.m. 73. coll. p. 75.

si adsunt, s. Antecessum, Ingressum, Apparatum, 2.) Factum s. Concomitantia, Processum, Progressum Actum, & 3.) Conseq. s. Successum, Egressum, Eventum, Finem: vel α) Resp. *Personarum principaliorum*, ita ut ad easdem cetera omnia in T. occurrentia revocentur; vel β) *persona* fictitur saltim *primaria*, & partitio sec. statum s. *actus* ipsius instituitur; vel γ) consideratur *Persona* primariæ *Actus primarius*, sec. *notabiliores affectiones*; vel δ) sec. *primaria membra* personæ Princip. vel ε) sec. *facta potiora* aut *notabiliora effata* Textu contenta &c.

c) T. *Interrogationem & responsionem*, comprehendentes dividuntur 1.) in Interrogationem & 2.) Responsionem; T. vero tantum interrogatorii, cum Negativi, tum Affirmativi, it. Responsorii solum, in Argumenta Explicantia.

d) T. *Typum & Antitypum* complectentes, 1) Typũ (qui & ad rei modum, vel finem nonnunquam referri post, Jos. III 14, 15.) 2.) in Antitypum Leg. h.B. Glassii Philol. S. Lib. II. Tr. II. P. 1. Sect. 4. p.m. 442. sqq. edit. noviss.

e) T. *Parabolici* aut 1.) in Exordium, Eingang/ si adest, 2.) in Contenta, Propositionem, sensum mysticum, Vortrag/ Inhalt/ & 3.) in Adplicationem s. sensum revelatum, Erklärung/ Anwendung; Deficiente v. Exordio 1.) in Contenta, & 2.) adplicationem; deficiente Adplicatione 1.) in Exordium, 2.) Contenta. Quando vero Parabolarum Adplicatio in T. explicita deficit, ea historice quoque tractari solet Leg. B. Glassii Phil. S. Lib. II. P. I. Tr. 2. Sect. 5. p.m. 474. sqq.

f) T. *Al-*

f) T. *Allegorici* in Argumenta Explicantia, vid. B. Glass. l. c. p. m. 408. sqq.

g) T. *Simile* continens 1.) in Παράθεσιν, (quæ & nonnunquam ad rei modum &c. referri potest) & 2.) Ἀποδοσιν s. Adplicationem.

h) T. *Comparativi* & *Exclamatorii* in Explicantia;

i) T. *Mandatorius* in Expl'c. it. in principalio-ra, e.g. 1.) actum, 2.) Effectum, qui est partim affirmativus partim negativus; hic des Befehls Ertheilung und Vollziehung, ille desselben Verweigerung &c.

Cetera, it. T. *Monothetic orum*, (qui tamen perfectam contineant sententiam, voce quidem incomplexi, significatione vero complexi) ut Immanuel, IESUS, Amen, ἐφφαθὰ, Hallelu-jah, Vigilate, &c. Partitionem contextus beneficio instituendam, consueto præsenti reservamus sermoni.

Sit denique Partitio abbreviata, perspicua, nec terminis rhythmicis nisi sponte fluentibus, aut technicis & latinis inclusa, ordinata, adæquata &c.

De *Voto* vel Generali, vel Speciali, quod partitioni subjungi solet, privatim.

D) *Circa Tractationem*, * *Amplificatione* et

* Nonnulli sub initium Tract. sententia s. dicto quodam penetrante pathetico Auditorum corda movent ac quasi recludunt. vid. Goebeli Methodol. Cap. XIII p. 302 B. Quenstedt ibid. obs. a PP. non initio in tantum sed &

πλάτει sumta magis reali ac verbali) absolvendam: heic enim quælibet Thematis pars certis iisque idoneis argumentis diducenda Amplificantibus, Illustrantibus hinc inde insperſis. ** Ubi tameninpr. toto pectore fugienda 1.) prolixitas, qua nihil sane molestius nihilque odiosius. Unde verissimum illud Rabbinorum:

מי שהאריך בשיחה יקוצו בני אדם ברבריו:

2.) obscuritas &c.

Potest præterea Amplificatio sumi

1.) vel ex Philol. s. Analysi magis tamen

2.) ex Theologia aliisque disciplinis &c.

3.) ex Concordantiis & Verbalibus & realibus *** Quo-

in media subinde Concione preces fuisse adhibitas, Eth. Pastorum mon. 16. p. 104. Vel fit accessus ad Tract. ex abrupto unica aut 2. periodis const. s. immediate ac citra omnes ambages; vel a scopo primario, quoniam T. secundario consid.; Nonnunquam a T. particula minus principali, e. g. Ecce! ad nullam partem commode adplicabili.

** de argumentorum cum *Illustrantium*, tum *Amplificantium stricte*, dictorum, constitutione ulteriori, usu atque adplicatione in præsentia.

*** hac occasione *Usus Concord.* insignis Candidatis Eloq. Eccl. accurate ac rite inculcandus demonstrandusque. Quam iu rem leg. interea B. *Glauchii* de Usu Concord. Bibl. Schediasma, Lipſ. 1694. 8 3. vice recuſ. Conr.

Quolibet in amplificante

1. Thesis rite ac perspicue formanda.

2.) dictis S.S. congruentibus probanda, ut additis argumentis Illustrantibus simili potissimum & exemplo homogeneo, domestico.

3.) Thesis ad T. præsentem probe adplicanda.

E) circa *Adplicationem* duplicem: eruitur enim 1.) vel *certum Porisma*, Consectarium sive Locus Communis, beneficio a) aut Canonum quorundam, b) aut V. Generum; vel 2.) *Usus*, praxis s. T. tractati ad præsens Auditorium immediata vel mediata Adplicatio.

Sunt autem Usus & Potismata vel *Homogenea* e toto Textu fluentia, vel *Heterogenea* seu partialia quæque fluunt nonnisi e singulis dispositi. partibus quin particulis sive subdivisionibus T. si singulis Usus partiales subnectantur partibus, non est, cur omnes simul qualibet in Concionis parte usurpes.

Quad *Porismata** Rhetores Ecclesiastici colligunt

Kircher. de Usu Concord. Bibl. Vitemb. 1622. 4. & Celeb. *Feustkingi*, primo loco nominandi, Hodegeticum Concord. egregium, sive de recondito Concord. Lanckis. usu in Homiliis s. hypomnemata, Lipsi. 1699. 8.

De Concord. a. in genere vid. Jac. *Longi* Bibl. Sacra auct. ed. curante Celeb. Boernero, Lipsi. 1709. 8. P. II. cap. XV. p. 397-412.

*D. Seligmann p. m. opinatur in Orat. S. P. II. non opus esse talibus h. l. ac tam operosis

1.) a causa ad effectum, vel vice versa;

2.) a Toto ad partes, vel vice versa;

3.) a Conjugatis;

4.) a Comparatis, a simili ad simile (impr. in T. Histor. Exemplaribus, ceu vocant, ubi talia Exempla narrantur, quæ & nos imitari debemus) a majori ad minus, & vice versa &c.

5.) ab Oppositio ad Oppositum Joh. XVII, 3. Ergo ignorare Deum & Christum est mors æterna)

6.) ab Anteced. ad Conseq. & vice versa;

7.) ab hypothesi (quando nimirum Textus loquitur in individuo: Nam si exemplum aut factum proponit extraordinarium & speciale, mini-

---

conclusionibus, immo potius Systemata tantum consulenda; forte, dicens, non incommode ita procedetur, ut quilibet studio huic operam dans, Specialia sua *Systemata Thetico-Polemica, Moralia atque Casualia* habeat. Nam T. quoties obvenit, cogitet quisque, ad quem Locum Systematis sui ille reduci queat, & ad quam Loci partem. Id enim ubi rite perpenderit, inveniet tum ipsam, quam confiderat, propositionem adplicatoriam, dum demonstrationem prolixiorem, tum oppositum quoque atque id ipsum cum sua refutatione aut improbatione. Crediderim, pergit B. Vir, hac via facile ad inveniendas Porismata quemlibet devenire posse.

De Porismatum inventorum *Dispositione* atque *amplificatione* coram.

minime ita argumentari licet) ad Thesin; (in S. S. vero fundatam) Vel a Specie ad Genus, a particulari ad universale, T. vero Dogmatici quoniam in Thesi loquuntur, porismata respuunt. Morarentur enim sic auditores variis dogmatibus &c. Commodius itaque fit transitus à Thesi ad hypothesin. &c.

8.) a Concreto ad Abstractum, vel vice versâ. (a virtute scil. vel vitio in concreto s. certo subjecto vel persona, ad abstr. h.e. virtutem illam & vitium in se spectandum)

9.) ab adjuncto ad subjectum; &c &c.

Quoad *Genera* ita procedunt:

Si nimirum Textus est in Genere Didascalico, exinde deducunt Porisma Elenchticum, Pædeut. Epanorth. atque Consolatorium;

Si in Elenchtico, Porisma Didascal Pædeut. Epanorth. & Paracl.

Si in Pædeutico, Porisma Didascal. Pædeut. & Consol.

Si in Epanorthotico, Porisma Didascal. Pædeut. & Consol.

Si in Consolatorio, Porisma Didascal. Pædeut. & Epanorthoticum;

Evolv. h. t. Werneri Præcepta ob perspicuitatē quam max. laudanda, P. II. c 5 §. 13 p. m. 196. sqq.

In Adplicatione sive *Usibus* (a Porismatibus maxime distinctis) homiletæ colligunt seq. in modum.

Vel 1.) a Thesi (loquente nimirum de omnibus hominibus, omni tempore, loco &c.) ad

hypotheſin, (transferendo ad homines quosdam tempora & Loca quædam imprimis præſentia, in quibus agimus) vel vice verſa, vel ab hypotheſi ad hypotheſin (a certa perſona ad certam perſonam, a certo Loco ad certum Locum, a certo tempore ad certum tempus &c.) Vel

3.) a Vaticinio ad ejusdem impletionem (in T. Propheticis.)

4.) vel adplicando T. ad Confeſſiones Eccleſiæ noſtræ, aut caput Catecheticum: &c. vid. B. Carpzov. in Theol Exeget. p. 323.

Coronidis loco non poſſum, quin h. l. Specialiora quædam monita in Praxi utplurimum rite obſervanda annectam ſc l.

In Meth. *Synthetica* Poriſmata ſunt elicienda non e T. ſed e L. C. jam explicato atque deducto.

In eadem methodo Terminо utendum generali; quocirca abſtinebis per totam L. C. deductionem a voce: Wir/Ihr/ &c. quippe quæ ad Uſus nonniſi ſpectat ἐξοχως tales.

Notetur etiam Canon (recte tamen adplicandus) ad elicienda Poriſmata Partialia ſ. ſecundaria adprime utilis: Quot nimirum in T. argumenta Explicantia, imprimis principaliora, circumſtantiæ &c. notabiliores; tot ſunt Poriſmata. e. g. Geneſ. I, 1. ex בראשית concludas: Ergo Mundus non eſt ab æterno; Ergo DEUS eſt ab æterno; & ex ברא & c. Ergo DEUS ſolus eſt cauſa creationis; E. Mundus non ex præexiſtente materia ſed ex nihilo pro-

ductus

ductus; Ergo DEUS est omnipotens, Sapiens, Bonus &c. ex אלהים (ut nonnulli concludunt) Ergo DEUS unus est in Essentia & Trinus in Personis; Ergo (vi radicis Arabice אלה coluit, adoravit) DEUS est venerandus, adorandus; e. s. p. In Textibus *Parabolico*, *Allegorico* & *Typico*, ubi sensus mysticus est innatus, ex dicentis adplicatione s. scopo vel Contextu, simul attendendo ad objectum, Porismata erui possunt.

Interdum *Historia* &c. sunt mystice (adplicat. intellige imprimis ἔγγραφον, sive in S. S. fundatam) adplicandæ e.g. Luc. XVIII, 35. seqq. Ergo de Cœcitate Spirituali &c.

Instituendum subinde *Examen*, Explanatio s. scrutinium Cordis, *Conscientia καὶ ἀκρίβειαν*, eine Prüfung! (vid. 2. Corinth. XIII, 5.) in Materiis potissimum practicis, & Parabolis sæpius; sive per communicationem, ut seipsum Orator includat, sive per apostrophen ad auditores, sive per Prosopopœian &c. Egregium est judice B. Carpzovio, artificium istorum Homiletarum, qui in T. explicatione semina qs. spargunt eorum Locorum & dogmatum, ad quæ postea volunt adplicare T. aut Thema explicatum: præparat enim corda auditorum qs. in antecessum &c. Non semper omnes & singuli, nec semper eodem ordine Usus proponendi (exceptis, ut pauci existimant, Usibus Epanortholico & Pædeutico; quorum ille hoc prius proponendus; eundem enim perhibent, fer-

BIBLIOTHEK

servari ordinem 2. Tim. III, 16. dd. dehortandum esse illum prius a vitiis, cui virtutis studium commendare debemus)

Omnium optime fit si unicus saltim L. C. isque principalior eligatur pertracteturque. vid. B. Gœbeli. Methodol. p. m. 241. seq.

In Adplicatione diversa ratio habenda hominum doctorum, adultorum & indoctorum, incipientium in Christo: ibi T. paulo rariores eligendi, adplicatio sit brevior, Tract. prolixior; hic faciliores juxta meth. Anal. per tractati, Adplicatio prolixior, Tract. eo brevior, perspicua, popularis e. s. p.

In *Diascalia* omnia sunt proponenda perspicue, verbis propriis, solide tamen &c.

In *Elencho* solide, sincere, prudenter. Leg. D. Fr. *Balduini* Discursus Theolog. de Anathematismis s. Condemnationibus Ecclesiasticis longe egregius, olim rarissimus, nunc recusus Vitemb. 1700. D. *Hartmanni* Diss. Inaug. D. Wagner Tubingæ 1670. hab. de Elencho Morali (Pastorali, aliique complures in nostra Bibl. Homil. enarrandi.

In *Padia & Epanorthosi* omnino prudenter agendum: nam profecto si unquam, ut cum Rabb. loquar, (הרעה sive) דעת חאר בעסקיו נראה sane heic conspicitur. Quapropter caute h. l. agendum, auditorum mores, status, indoles conditio &c. quam diligentissime exploranda; nec dicendum solum in genere: quid faciendum, quid fugiendum; sed

ad ſpecialia cau'e deſcendendum, atque iſtis etiam oſtendendum *quomodo* agere, quomodo iſtud fugere debeant: indicanda ſcil. *Media*, *Motiva*, *Impedimenta*, *Removenda*, *Signa*, *Poſſibilitas* &c. Evolv. *Hoornbecki* Theol. Practica, D. *Bajeri* Comp. Theol. Moralis cum Supplem. D. Langii &c.

Huc ſpectant etiam *Prajudicia*, *argumenta & objectiones*, it. *Proverbia* peſſima improbæ plebis, die verkehrten und gemißbrauchten Sprüche heiliger Schrifft/ de quibus B. *Spener*. Leg. qq. *Jo d' Eſpagne*. Lib. de Erroribus Communibus, & ex parte Th. *Brovvn*, Angli, Pſeudodoxia Epidemica, Anglice, Belg & Germanice ed. &c. Fiat Pædia & reprehenſio animo gravi ſancto, cœleſti, 2. Cor. XI, 2, ex amore &c. per Communicationem, Actor. IV, 19. per Apoſtrophen Iſ. I, 2. per Proſopopoeiam & Sermocinationem, Iud. IX, 3. per querelas, ſuſpiria, Exclamat. Rom. VII, 24. preces ad Deum, per Epizeuxin Ier. XXII, 29. per Admonit. Suaſiones, Conſilia, Convictiones, Obteſtationes Deuter. IV, 26. &c. citra omnem tamen imperandi aq jubendi ſeveritatem, nec ex animo nimis vehementi, iracundo, moroſo &c. Id enim agendum objurgationibus, ut ea facere non videamur irati, ſed ut ad urendum & ſecandum medici, ita nos ad hoc caſtigandi genus deveniamus.

In Pædia ſæpius non ſolum de Virtute Chriſtiana ſed etiam *Laude Chriſtiana* dicendum, quæ quaſi

quasi Corinthus, quam pauciſſimi adeunt ac rarius urgetur. vid. Marc. X, 21. Phil. IV, 8. ac Diſſ. ſub D. *Treuner* Ienæ hab. de Laude Chriſtiana, & Eiſenbergæ 1700. excuſ. Conferri hic quoque meretur *Hornbecki* antea laud. Theol. Pract. Lib. IIX. c. XI. ubi de ſingularitate Sanctorum, nec non Diſſ. ſub. Celeb. D. *Buddeo* Περὶ τῆς ἀκριβείας in Vita Chriſtiana, Jenæ 1707. hab. &c. Porro in *Pædia & Paracleſi* pii ab impiis rite ſecernendi. Leg. B. *Spener* von Natur und Gnade / oder von Unterſcheid der Wercke / Ff. ad M. 1708. 12. Diſſ. prolixa ſub D. *Anton* de diſcrimine Praxeos Philoſ. & Theol. adeoque de Diſcr. Virtutum Moralium & Spiritual. Halæ Magd. 1700. hab. it. M. Joh. Gottl. Pfeifferi Diſſert. de Convenientia & Differentia Virtutum Natural. & ſupernatural. Lipſ. 1708. aliique alibi recenſendi.

In *Paracleſi* circumſpecte procedendum, atque maximam partem conſolatio ad pios reſtringenda, ne improbos ac indignos conſolemini: neque heic in genere ſubſiſtendum, ſed & ad ſpecies tranſeundum; Tentatorum atque vere afflictorum Status recte perpendendus, ſummo ſtudio ac prudentia erigendi, refocillandi, remedia commoda commode adplicanda &c. ne ſint, dicente Tertulliano, in pace leones, in prælio cervi.

In Tranſitione a Pædia ad paracleſin abſtinendum a Phraſibus Weigel. Böhmiſticis &c. e. g. Werdet ihr das thun / ſo ſollt ihr gerecht und ſeelig

lig werden/ꝛc. sunt enim multis ambiguitatibus obnoxiæ, nec in S.S. fundatæ aut ab Ecclesia pura sive Orthodoxa receptæ &c.

Paucis: sint Porismata & Usus Homogenei imprimis, adæquati, selecti, ut cum proposit. & partit. conspirent exque illis legitime ac sponte fluentę, ut conveniant præsenti Auditorio, ipsi oratori sive Tempori, Loco, &c. Hisce enim probe consid. ac DEO adjuvante תמצא—שוב conf. Prov. XVI, 2c.

De *Epilogo*, quem ornet brevitas, acumen, devotio &c. coram. Quidam oratione ex T. per tra S. formata optime Concionem finiunt; Nonnulli in Concionibus pathet. atque extraordinariis abrumpunt; Alii concludunt Doxologia, qui antiquissimus & probatissimus finiendi mos. Sic Apostoli, sic PP. &c. sed de his, ut dixi, privatim fusius.

IV.

Quod ad *Pathologiam* attinet, summo utique Studio ac maximam partem in Adplicatione ex animo ipso prius pie accenso & commoto adhibendam, ea est in genere

1.) vel *Verbalis*,* vel

2.) *Re-*

* Evolv. B. *Hülsem.* Orat. S. cap. XII. B. *Rivini* Uber. Explan. Hodeg. Carpzov. sub fin. *Caussini* Eloq. S. & Hum. Lib. VII. c. 17. sqq. p. m. 379. sqq. huc facit etiam Dion. *Longini* Cassii Tractatus aureus Περὶ ὕψους s. de sublimitate, ex edit. nitid. atque emendatissima Jac. *Tollii*, Ultraj. 1694. 4. maj. aliisque. Cave ta-

2.) *Realis* in ſpecie, ** vel denique 3.) *Moralis* *** circa Actionem occupata.

Quod

men h.l. nimias Rhett. figg. floſculos, colores, verba ſesquipedalia phalerata adq; Theatrum compoſita &c. & quamvis ſint, quos delectant, non tamen ædificant; ſonant, ſed non ſanant &c. ſit oratio verecunda, plena gravitatis, ſanctitatis, ſine fuco pulchra, ſine oſtentatione, ingenua; εἴ τις λαλεῖ ὡς λόγια θεῦ, 1. Petr. IV, 11. Loquendum itaq magis cum Prophetis & Apoſtolis, Luthero Balduino, Schmidio aliisque, quam ex Poëtis &c. Firmiter enim perſuaſus ſum S. S. verba Energetica ac Piſcatorum Solœciſmos, ut ita cum Theodoreto loquar, Atticorum omnium que Oratorum vincere Syllogiſmos atq; Eloquentiam. conf. Autor Epiſt. ad Ebr. IV, 12. it. Cantinu L. c Lib. 15 p. m 945. ſeq.

** Vid. præcepta D. Jo. *Olearii* Orat. Lib I. c. 3. p. 97. ſqq. coll. P. II. claſſ. 2. Tit. I p. 700. ſqq. *Cauſſinus* L. VIII. Aug. *Valerii* Rhet. S. Lib. II. ac inſignis Cl. *Schraderi* Comm. in Articulis Rhet. nunquam ſatis laudandum. Lib. II. p. 198. ſqq. atque alii.

*** Leg. omnino Mich. *Fuchsii*. Lib egregius de Actione Orat. ſeu pronunciatione & Geſtu, ſub Conrarti, ſed falſo nomine, poſtmodum editus a Melch. Schmidio PP. Helmſtad. è gall. in Lat. transl. 1690. Helmſt. 4. ordin. qui & nuper Germ. lenæ, prod. 1709. 12. Lud. *Creſollii* Vacationes Autumnales omni

Quod *Memoriam* concernit, alios consule, nim. Guil. *Gratavo'i* Lib. de conservanda ac reparanda Memoria; Anonymi Tr. cui Tit. *Simonides*(Poëta jam olim primusque artis memorandi Inventor) *Redivivus*, Lipſ. 1640. 4. Celeb. *Dannhavveri* Tr. egregium de Memoria, & complures alios &c.

V.

De *Orationibus extra Suggeſtum habendis*, * nec h. l. omittendis, e.g. in Loco Confeſſionis, ad lectum Aegrotorum ac Moribundorum, ad Puerperas, Tentatos, Obſeſſos, Maleficos, homines ſceleratos &c (ubi pariter etiam de Concion. Catecheticis, Paſſional. Funebribus &c.) acturi ſumus coram.

TAN-

---

laude majores, Pariſ. 1610. 4. &c. Sed noli etiam heic peccare, ſive in exceſſu, ſive in defectu. &c.

* Videſis interim D. Io Lud. *Hartmanni* aureum Paſtorale Evangelicum, Norib. 1697. 4. excuſ. D. *Mayeri* Muſeum Miniſtri Eccleſiæ, 1703. Lipſ 4. 3. vice ed. D. *Gumbeti*, Viri nunquam ſatis laudandi, Colleg. Paſtorale. *Bovvles* Paſtorem Evangel. Genevæ, 1667. 8. M. Haaſens Geiſtl. Kirchen-Redner/ auct. prod. Lipſ. 1701. 4. Ephr. *Praetorii* Bibl. Homil Lipſ. 1698 4. ejusdemque Continuationem Miniſtr. Eccl. Ff. ad M. 1613 8. &c.

De quibus vero atque aliis, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσομεν, privatim agemus quam ſtudioſiſſime

TANDEM DENIQUE

Befleißige sich ein jeder Gott zu erzeigen als einen rechtschaffenen und unsträflichen Arbeiter/der da recht theile das Wort der Wahrheit/coll. Rom XII, 7. Des ungeistl. losen Geschwätzes aber (des vielen disputirens/unnöthigen philologisirens und anderer Eitelkeiten auf der Canzel) entschlage sich ein jeder dann es hilfft viel zum ungöttl. Wesen. 2. Tim. II, 16. coll. 2. Corinth. II, 17.

DIVINO NVMINI GLORIA

& Auditoribus salus!

AMEN.

19343



πλάτει sumta magis reali ac verbali) absolvendam: heic enim quælibet Thematis pars certis iisque idoneis argumentis diducenda Amplificantibus, Illustrantibus hinc inde insperſis. ** Ubi tameninpr. toto pectore fugienda 1.) prolixitas, qua nihil sane molestius nihilque odiosius. Unde verissimum illud Rabbinorum:

מי שהאריך בשיחה יקוצו בני אדם ברברון:

2.) obscuritas &c.

Potest præterea Amplificatio sumi

1.) vel ex Philol. s. Analysi magis tamen

2.) ex Theologia aliisque disciplinis &c.

3.) ex Concordantiis & Verbalibus & realibus ***

Quo-

in media subinde Concione preces fuisse adhibitas, Eth. Pastorum mon. 16. p. 104. Vel fit accessus ad Tract. ex abrupto unica aut 2. periodis const. s. immediate ac citra omnes ambages; vel a scopo primario, quoniam T. secundario consid.; Nonnunquam a T. particula minus principali, e g. Ecce! ad nullam partem commode adplicabili.

** de argumentorum cum *Illustrantium*, tum *Amplificantium stricte*, dictorum, constitutione ulteriori, usu atque adplicatione in præsentia.

*** hac occasione *Usus Concord.* insignis Candidatis Eloq. Eccl. accurate ac rite inculcandus demonstrandusque. Quam in rem leg. interea B. *Glauchii* de Usu Concord. Bibl. Schediasma, Lips. 1694. 8 3. vice recus. Conr.

Quolibet in amplificante

1. Thesis rite ac perspicue formanda.

2.) dictis S.S. congruentibus probanda, ut additis argumentis Illustrantibus simili potissimum & exemplo homogeneo, domestico.

3.) Thesis ad T. præsentem probe adplicanda.

E) circa *Adplicationem* duplicem: eruitur enim 1.) vel *certum Porisma*, Consectarium sive Locus Communis, beneficio a) aut Canonum quorundam, b) aut V. Generum; vel 2.) *Usus*, praxis s. T. tractati ad præsens Auditorium immediata vel mediata Adplicatio.

Sunt autem Usus & Porismata vel *Homogenea* e toto Textu fluentia, vel *Heterogenea* seu partialia quæque fluunt nonnisi e singulis dispositi. partibus quin particulis sive subdivisionibus T. si singulis Usus partiales subnectantur partibus, non est, cur omnes simul qualibet in Concionis parte usurpes.

Quad *Porismata* * Rhetores Ecclesiastici colligunt

Kircher. de Usu Concord. Bibl. Vitemb. 1622. 4. & Celeb. *Feustkingi*. primo loco nominandi, Hodegeticum Concord. egregium, sive de recondito Concord. Lanckis. usu in Homiliis s. hypomnemata, Lips. 1699. 8.

De Concord. a. in genere vid. Jac. *Longi* Bibl. Sacra auct. ed. curante Celeb. Boernero, Lipsi. 1709. 8. P. II. cap. XV. p. 397-412.

* D. Seligmann p. m. opinatur in Orat. S. P. II. non opus esse talibus h. l. ac tam operosis

1.) a causa ad effectum, vel vice versa;

2.) a Toto ad partes, vel vice versa;

3.) a Conjugatis;

4.) a Comparatis, a simili ad simile (impr. in T. Histor. Exemplaribus, ceu vocant, ubi talia Exempla narrantur, quæ & nos imitari debemus) a majori ad minus, & vice versa &c.

5.) ab Oppositio ad Oppositum Joh. XVII, 3. Ergo ignorare Deum & Christum est mors æterna)

6.) ab Anteced. ad Conseq. & vice versa;

7.) ab hypothesi (quando nimirum Textus loquitur in individuo: Nam si exemplum aut factum proponit extraordinarium & speciale, mini-

---

conclusionibus, immo potius Systemata tantum consulenda; forte, dicens, non incommode ita procedetur, ut quilibet studio huic operam dans, Specialia sua *Systemata Thetico-Polemica*, *Moralia atque Casualia* habeat. Nam T. quoties obvenit, cogitet quisque, ad quem Locum Systematis sui ille reduci queat, & ad quam Loci partem. Id enim ubi rite perpenderit, inveniet tum ipsam, quam considerat, propositionem adplicatoriam, dum demonstrationem prolixiorem, tum oppositum quoque atque id ipsum cum sua refutatione aut improbatione. Crediderim, pergit B. Vir, hac via facile ad inveniendam Porisma a quemlibet devenire posse.

De Porismatum inventorum *Dispositione* atque *amplificatione* coram.

minime ita argumentari licet) ad Theſin; (in S. S. vero fundatam) Vel a Specie ad Genus, a particulari ad univerſale, T. vero Dogmatici quoniam in Theſi loquuntur, poriſmata reſpuunt. Morarentur enim ſic auditores variis dogmatibus &c. Commodius itaque fit tranſitus à Theſi ad hypotheſin. &c.

8.) a Concreto ad Abſtractum, vel vice verſ. (a virtute ſcil. vel vitio in concreto ſ. certo ſubjecto vel perſona, ad abſtr. h.e. virtutem illam & vitium in ſe ſpectandum)

9.) ab adjuncto ad ſubjectum; &c &c.

Quoad *Genera* ita procedunt:

Si nimirum Textus eſt in Genere Didaſcalico, exinde deducunt Poriſma Elenchticum, Pædeut. Epanorth. atque Conſolatorium;

Si in Elenchtico, Poriſma Didaſcal Pædeut. Epanorth. & Paracl.

Si in Pædeutico, Poriſma Didaſcal. Pædeut. & Conſol.

Si in Epanorthotico, Poriſma Didaſcal. Pædeut. & Conſol.

Si in Conſolatorio, Poriſma Didaſcal. Pædeut. & Epanorthoticum;

Evolv. h. l. Werneri Præcepta ob perſpicuitatē quam max. laudanda, P. II. c 5 §. 13 p. m. 196. ſqq.

In Adplicatione ſive *Uſibus* (a Poriſmatibus maxime diſtinctis) homiletæ colligunt ſeq. in modum.

Vel 1.) a Theſi (loquente nimirum de omnibus hominibus, omni tempore, loco &c..) ad

hypotheſin, (transferendo ad homines quosdam tempora & Loca quædam imprimis præſentia, in quibus agimus) vel vice verſa, vel ab hypotheſi ad hypotheſin (a certa perſona ad certam perſonam, a certo Loco ad certum locum, a certo tempore ad certum tempus &c.) Vel

3.) a Vaticinio ad ejusdem impletionem (in T. Propheticis.)

4.) vel adplicando T. ad Confeſſiones Eccleſiæ noſtræ, aut caput Catecheticum: &c. vid. B. Carpzov. in Theol Exeget. p. 323.

Coronidis loco non poſſum, quin h. l. Specialiora quædam monita in Praxi utplurimum rite obſervanda annectam ſc l.

In Meth. *Synthetica* Poriſmata ſunt elicienda non e T. ſed e L. C. jam explicato atque deducto.

In eadem methodo Termino utendum generali; quocirca abſtinebis per totam L. C. deductionem a voce: Wir/ Ihr/ &c. quippe quæ ad Uſus nonniſi ſpectat ἐξοχως tales.

Notetur etiam Canon (recte tamen adplicandus) ad elicienda Poriſmata Partialia ſ. ſecundaria adprime utilis: Quot nimirum in T. argumenta Explicantia, imprimis principaliora, circumſtantiæ &c. notabiliores; tot ſunt Poriſmata. e. g. Geneſ. I, 1. ex בראשית concludas: Ergo Mundus non eſt ab æterno; Ergo DEUS eſt ab æterno; & ex ברא & c. Ergo DEUS ſolus eſt cauſa creationis; E. Mundus non ex præexiſtente materia ſed ex nihilo pro-

ductus

ductus; Ergo DEUS est omnipotens, Sapiens, Bonus &c. ex אלהים (ut nonnulli concludunt) Ergo DEUS unus est in Essentia & Trinus in Personis; Ergo (vi radicis Arabice אלה coluit, adoravit) DEUS est venerandus, adorandus; e. s. p. In Textibus *Parabolico*, *Allegorico* & *Typico*, ubi sensus mysticus est innatus, ex dicentis adplicatione s. scopo vel Contextu, simul attendendo ad objectum, Porismata erui possunt.

Interdum *Historia* &c. sunt mystice (adplicat. intellige imprimis ἔγγραφον, sive in S. S. fundatam) adplicandæ e.g. Luc. XVIII, 35. seqq. Ergo de Cœcitate Spirituali &c.

Instituendum subinde *Examen*, Explanatio s. scrutinium Cordis, *Conscientiæ καὶ ἀκρίβειαν*, eine Prüfung! (vid. 2. Corinth. XIII, 5.) in Materiis potissimum practicis, & Parabolis sæpius; sive per communicationem, ut seipsum Orator includat, sive per apostrophen ad auditores, sive per Prosopopœian &c. Egregium est iudice B. Carpzovio, artificium istorum Homiletarum, qui in T. explicatione semina qs. spargunt eorum Locorum & dogmatum, ad quæ postea volunt adplicare T. aut Thema explicatum: præparat enim corda auditorum qs. in antecessum &c. Non semper omnes & singuli, nec semper eodem ordine Usus proponendi (exceptis, ut pauci existimant, Usibus Epanortholico & Pædeutico; quorum ille hoc prius proponendus; eundem enim perhibent,

ad specialia cau'e descendendum, atque istis etiam ostendendum *quomodo* agere, quomodo istud fugere debeant: indicanda scil. *Media*, *Motiva*, *Impedimenta*, *Removenda*, *Signa*, *Possibilitas* &c. Evolv. *Hoornbecki* Theol. Practica, D. *Bajeri* Comp. Theol. Moralis cum Supplem. D. Langii &c.

Huc spectant etiam *Præjudicia*, *argumenta & objectiones*, it. *Proverbia* pessima improbæ plebis, die verkehrten und gemißbrauchten Sprüche heiliger Schrifft/ de quibus B *Spener*. Leg. qq. *Jo d' Espagne*, Lib. de Erroribus Communibus, & ex parte Th. *Brovvn*, Angli, Pseudodoxia Epidemica, Anglice, Belg & Germanice ed. &c. Fiat Prædia & reprehensio animo gravi sancto, cœlest, 2. Cor. XI, 2, ex amore &c. per Communicationem, Actor. IV, 19. per Apostrophen Ies I, 2. per Prosopopoeiam & Sermocinationem, Iud. IX, 3. per querelas, suspiria, Exclamat. Rom. VII, 24. preces ad Deum, per Epizeuxin Ier. XXII, 29. per Admonit. Suasiones, Consilia, Convictiones, Obtestationes Deuter. IV, 26. &c. citra omnem tamen imperandi ac jubendi severitatem, nec ex animo nimis vehementi, iracundo, morosо &c. Id enim agendum objurgationibus, ut ea facere non videamur irati, sed ut ad urendum & secandum medici, ita nos ad hoc castigandi genus deveniamus.

In Prædia sæpius non solum de Virtute Christiana sed etiam *Laude Christiana* dicendum, quæ

quasi

quasi Corinthus, quam pauciſſimi adeunt ac rarius urgetur. vid. Marc. X, 21. Phil. IV, 8. ac Diſſ. ſub D. *Treuner* Ienæ hab. de Laude Chriſtiana, & Eiſenbergæ 1700. excuſ. Conferri hic quoque meretur *Hornbecki* antea laud. Theol. Pract. Lib. IIX. c. XI. ubi de ſingularitate Sanctorum, nec non Diſſ. ſub. Celeb. D. *Buddeo* Περὶ τῆς ἀκριβείας in Vita Chriſtiana, Jenæ 1707. hab. &c. Porro in *Pædia & Paracleſi* pii ab impiis rite ſecernendi. Leg. B. *Spener* von Natur und Gnade / oder von Unterſcheid der Wercke / Ff. ad M. 1708. 12. Diſſ. prolixa ſub D. *Anton* de diſcrimine Praxeos Philoſ. & Theol. adeoque de Diſcr. Virtutum Moralium & Spiritual. Halæ Magd. 1700. hab. it. M. Joh. Gottl. Pfeifferi Diſſert. de Convenientia & Differentia Virtutum Natural. & ſupernatural. Lipſ. 1708. aliique alibi recenſendi.

In *Paracleſi* circumſpecte procedendum, atque maximam partem conſolatio ad pios reſtringenda, ne improbos ac indignos conſolemini: neque heic in genere ſubſiſtendum, ſed & ad ſpecies tranſeundum; Tentatorum atque vere afflictorum Status recte perpendendus, ſummo ſtudio ac prudentia erigendi, refocillandi, remedia commoda commode adplicanda &c. ne ſint, dicente Tertulliano, in pace leones, in prælio cervi.

In Tranſitione a Pædia ad paracleſin abſtinendum a Phraſibus Weigel. Böhmiſticis &c. e. g. Werdet ihr das thun / ſo ſollt ihr gerecht und ſeelig

lig werden/ꝛc. sunt enim multis ambiguitatibus obnoxiæ, nec in S.S. fundatæ aut ab Ecclesia pura sive Orthodoxa receptæ &c.

Paucis: sint Porismata & Usus Homogenei imprimis, adæquati, selecti, ut cum propositi. & partit. conspirent exque illis legitime ac sponte fluentę, ut conveniant præsenti Auditorio, ipsi oratori sive Tempori, Loco, &c. Hisce enim probe consid. ac DEO adjuvante תמצא—שוב conf. Prov. XVI, 20.

De *Epilogo*, quem ornet brevitas, acumen, devotio &c. coram. Quidam oratione ex T. pertract. formata optime Concionem finiunt; Nonnulli in Concionibus pathet. atque extraordinariis abrumpunt; Alii concludunt Doxologia, qui antiquissimus & probatissimus finiendi mos. Sic Apostoli, sic PP. &c. sed de his, ut dixi, privatim fusius.

IV.

Quod ad *Pathologiam* attinet, summo utique Studio ac maximam partem in Adplicatione ex animo ipso prius pie accenso & commoto adhibendam, ea est in genere

1.) vel *Verbalis*,* vel

2.) *Re-*

* Evolv. B. *Hülsem.* Orat. S. cap. XII. B. *Rivini* Uber. Explan. Hodeg. Carpzov. sub fin. *Caussini* Eloq. S. & Hum. Lib. VII. c. 17. sqq. p. m. 379. sqq. huc facit etiam Dion. *Longini* Cassii Tractatus aureus Περὶ ὕψους s. de sublimitate, ex edit. nitid. atque emendatissima Jac. *Tollii*, Ultraj. 1694. 4. maj. aliisque. Cave ta-

2.) *Realis* in ſpecie, ** vel denique 3.) *Moralis* *** circa Actionem occupata.

Quod

men h.l. nimias Rhett. ſgg. floſculos, colores, verba ſesquipedalia phalerata adq; Theatrum compoſita &c. & quamvis ſint, quos delectant, non tamen ædificant; ſonant, ſed non ſanant &c. ſit oratio verecunda, plena gravitatis, ſanctitatis, ſine fuco pulchra, ſine oſtentatione, ingenua; ἐι τις λαλεῖ ὡς λόγια θεῦ, 1. Petr. IV, 11. Loquendum itaq magis cum Prophetis & Apoſtolis, Luthero Balduino, Schmidio aliisque, quam ex Poëtis &c. Firmiter enim perſuaſus ſum S. S. verba Energetica ac Piſcatorum Solœciſmos, ut ita cum Theodoreto loquar, Atticorum omnium que Oratorum vincere Syllogiſmos atq; Eloquentiam. conf. Autor Epiſt. ad Ebr. IV, 12. it. Cauſſinu L. c Lib. 15 p m 945. ſeq.

** Vid. præcepti s D. Jo. *Olearii* Orat. Lib I. c, 3. p. 97. ſqq. coll. P. II. claſſ 2. Tit. I p. 700. ſqq. *Cauſſinus* L. VIII. Aug. *Valerii* Rhet S Lib. II. ac inſignis Cl. *Schraderi* Comm. in Aruculis Rhet. nunquam ſatis laudandum. Lib. II. p. 198. ſqq. atque alii.

*** Leg. omnino Mich. *Faucher*. Lib egregius de Actione Orat. ſeu pronunciatione & Geſtu, ſub Conrarti, ſed falſo nomine, poſtmodum editus a Melch. Schmidio PP. Helmſtad. e gall. in Lat transl. 1690. Helmſt. 4. ordin. qui & nuper Germ lenæ, prod 1709. 12 Lud. *Creſollii* Vacationes Autumnales omni

Quod *Memoriam* concernit, alios consule, nim. Guil. *Gratavo'i* Lib. de conservanda ac reparanda Memoria; Anonymi Tr. cui Tit. *Simonides*(Poëta jam olim primusque artis memorandi Inventor) *Redivivus*, Lipſ. 1640. 4. Celeb. *Dannhavveri* Tr. egregium de Memoria, & complures alios &c.

V.

De *Orationibus extra Suggeſtum habendis*, * nec h. l omittendis, e.g. in Loco Confeſſionis, ad lectum Aegrotorum ac Moribundorum, ad Puerperas, Tentatos, Obſeſſos, Maleficos, homines ſceleratos &c (ubi pariter etiam de Concion. Catecheticis, Paſſional. Funebribus &c.) acturi ſumus coram.

TAN-

---

laude majores, Pariſ. 1610. 4. &c. Sed noli etiam heic peccare, ſive in exceſſu, ſive in defectu. &c.

* Videſis interim D. Io Lud. *Hartmanni* aureum Paſtorale Evangelicum, Norib. 1697. 4. excuſ. D. *Mayeri* Muſeum Miniſtri Eccleſiæ, 1703. Lipſ 4. 3. vice ed. D. *Gün'beti*, Viri nunquam ſatis laudandi, Colleg. Paſtorale. *Bovvles* Paſtorem Evangel. Genevæ, 1667. 8. M. Haaſens Geiſtl. Kirchen-Medner/ auct. prod. Lipſ. 1701. 4. Ephr. *Praetorii* Bibl. Homil Lipſ. 1698 4. ejusdemque Continuationem Miniſtr. Eccl. Ff. ad M. 1613 8. &c.

De quibus vero atque aliis, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, privatim agemus quam ſtudioſiſſime.

TANDEM DENIQUE

Befleißige sich ein jeder Gott zu erzeigen als einen rechtschaffenen und unsträflichen Arbeiter/der da recht theile das Wort der Wahrheit/coll. Rom XII, 7. Des ungeistl. losen Geschwätzes aber (des vielen disputirens/unnöthigen philologisirens und anderer Eitelkeiten auf der Canzel) entschlage sich ein jeder dann es hilfft viel zum ungöttl. Wesen. 2. Tim. II, 16. coll. 2. Corinth. II, 17.

DIVINO NVMINI GLORIA

& Auditoribus salus!

AMEN.

19343

M. ADRIAN. VAN. GOD. GHEKOREN. PAVS. VAN ROMEN. T. VTRECHT GEBOREN.

ACTA LITTERARIA

EX

MANVSCRIPTIS

ERVTA

ATQVE COLLECTA.

FASCICVLVS TERTIVS

CVRA

BVRCARDI GOTTHELFF STRVVII.

IENAE

Apud IOANNEM BIELKIVM.

MDCCV.

Continentur hoc fasciculo tertio

I Vita Io. Christiani L. B. de Boineburg.
II Excerpta Epistolarum mutuarum Boineburgii & Prüschenckii.
III Conclaue Adriani VI.

EXCERPTA EX EPISTOLIS INEDITIS IO. CHRISTIANI à BOINEBVRG ET ZACHARIÆ PRVSCHENCK à LINDENHOVEN.

QUantum ad eruditionem momenti conferant epistolæ eruditorum, iamdudum exemplo suo monstrarunt viri summi. Editæ sunt fateor, plures eruditorum epistolæ, sed sine ordine plerumque & selectu. Commune est vitium; omnes eduntur & omnia, siue notatu sint digna, siue non; vt potius e re litteraria esse iudicem, excerpta epistolarum in publicum euulgare, quam omnes, quotquot reperiuntur epistolas. Specimen huius

nunc sistimus, in mutuis inter Boineburgium & Prüschenckium epistolis, quæ ineditæ adhuc latent, atque ob singularem, quam præ se ferunt eruditionem, vtilitatem habent eximiam. Codicem epistolarum seruat Bibliotheca Ducalis Vinarienſis, quæ, licet a Serenissimo Conditore, GVILIELMO ERNESTO, Domino meo Clementissimo, haut ita pridem fuerit instituta, tanto tamen adparatu est instructa, vt multis aliis, qui longa antiquitate clarent, palmam præripiat, atque inter Principes Germaniæ Bibliothecas locum obtineat suo merito. Alia tamen ratione ad nos hæc peruenerunt, cum eadem ex Codice ipso, dum possideretur antea a Gerhardo de Lilienheim, Vinarienſis olim Aulæ Vice-Cancellario, excerperet, mecumque amice communicaret Nobilissimus Vir, Ioachimus Fridericus Fellerus, Secretarius Vinarienſis, eademque prout ab ipso tradita imprimi cu-

curauimus. Commercii ſui cum Prüſchenckio ipſe Boineburgius mentionem facit in epiſtola ad Dietericum ſcripta Francofurti die XII Iunii 1666. (a) Coniunctim enim nuper, vti ſatis conſtat, editæ ſunt epiſtolæ Boineburgianæ ad Dietericum, quæ tamen, vti commune eſt iudicium, famam tanti viri non augent. Plures ipſius extare epiſtolas ineditas conſtat, earumque poſſeſſores nominat in præfatione, epiſtolis a ſe editis præmiſſa, Meelführerus, plures tamen æque in Bibliotheca Zolmanniana Coburgi reperiri certum eſt. Nobile par virorum erat Boineburgius & Prüſchenckius, vtrique litteris, conſiliis & prudentia clariſſimi. Hic quidem Zacharias Prüſchenck a Lindenhouen, Conſiliarius Vinarienſis intimus, & Ducatus Iſenacenſis Proprinceps erat, de quo forſan alibi dicendi occaſio erit. Hic Ioannes

(a) *Ep. ad Dietericum XLIII. p. 208.*

Christianus, Liber Baro de Boineburg, Eques auratus, S. Cæsareæ Maiestatis & Electoris Moguntini Consiliarius intimus & Supremus Aulæ Mareschallus. Natus erat Isenaci $\frac{2}{12}$ Aprilis 1622, vti ipse in fine horum Excerptorum indicat, ex nobili Hassiæ prosapia ortus, in Ienensi, Helmstadiensi & Marpurgensi Academia eruditionem summam, in peregrinationibus, conuersatione ac commercio cum eruditis frequenti, præsertim vero muniis publicis raram collegit prudentiam, tot legationibus ad miraculum prope ostensam. Exantlatis studiis academicis, Isenaci primum 1642, postea Braubaci in aula Ioannis Landgrauii vixit, Anno 1645 vero Holmiam missus, idque sine dubio ad inducias Hassiæ procurandas. Reuersus 1646 in patriam, apud Saxones aliquantisper vixit, donec Anno 1648 in aula dicti Landgrauii Ioannis denuo ageret, cui a con-

consiliis fuit, in suis cum fratre Georgio controuersiis. (a) Anno 1650. Decembri mense Francofurti fuit, cum inter Electorem Moguntinum & Landgrauium Iohannem dies esset dicta. (b) Eodem quoque anno insignem, vt ipse testatur vocationem accepit in Frisiam Orientalem. (c) Alias ad Suecos, (d) aulamque Gothanam (e) vocatus. Anno 1652 Sualbaci vixit in acidulis, postea 1656 mutata religione, Moguntino Electori Ioanni Philippo factus a consiliis, eiusdemque res florentes sua dexteritate reddidit florentiores. Vix negotium erat Germaniæ publicum, cui noster non interesset. Mortuo Ferdinando III mittebatur ipse 1657 Monachium, ad perscrutandum Bauari animum, an ipse quo-

(a) *Ep. XXV. ad Dietericum.*
(b) *Ep. XXVII. & XXVIII.*
(c) *Ep. XXI. & XLVII.*
(d) *Ep LXV.*
(e) *Ep. LXXVI.*

que ambiret dignitatem Imperatoriam. (a) Subsequenti anno ipsi quoque interfuit electioni Imperatoriæ (b) atque sæpius alias Ratisbonensibus Comitiis, vbi, cum Regis Galliæ destinata ad perniciem Germaniæ ac domus Austriacæ spectantia, magis magisque sentiens, liberius de iisdem iudicaret, Grauellius legatus, eius conuersatione in Ratisbonensibus Comitiis abstinere iussus est. Verum, prout virtuti Comes esse solet adsiduus, inuidia, non multo post apud Moguntinum fuit delatus, ita vt anno 1665 munere suo exueretur, ac in custodiam datus fuerit. Causam eius præcipuam Puffendorfius (c) dicit, quod Boineburgius pleraque munera ac pensiones,

(a) Puffendorf. *de R. Gestis Caroli Gustaui l. IV. §. XLV.*

(b) Puffendorf. *Rerum Brand. lib. VII. §. XXXVII.*

(c) *Rerum Brandenb. lib. X. §. LXXIX.*

siones, quas Electoris, Ioannis Philippi frater, sibi deberi crediderat, possideret, simul hunc non obscure contemneret, velut rebus gerendis parum idoneum. Accedebat inuidia, quod ipsius auctoritas apud Cæsarem & Gallum indies glisceret, vt is pleraque ex suo iudicio agere velle putaretur. Occasio autem, quæ dudum quærebatur, inventa est, postquam Reiffenbergius Baro in Galliam missus fuit auxilio Regis contra Erfordiam exciando. Ei legationi obeundæ Boineburgius destinatus fuerat, cui & se iam accinxerat: sed Schönbornio, Electoris fratre impediente, in eius locum Reiffenbergius suffectus est. Eo facto Boineburgius grauissime offensus, ad Lionnæum scriptis litteris in Reiffenbergium valde inuehebatur, inter alia mendacissimum mortalium vocans, ac qui tantum veniat, vt Gallos decipiat. Sed Lion-

næus, qui cum alias ob cauſſas, tum quod Boineburgius aliquoties ſat contemtim ipſum habuiſſet, eas litteras Reiffenbergio oſtendebat, quas & ſibi valde diſplicere teſtabatur. Vnde in procliui erat, iſtius fauorem apud Gallos extinguere, ne inde quid præſidii eundem maneret. Nec minus Cæſarea aula in virum irritabatur, ſtimulante Portia, cuius is acta ſæpenumero acerbe perſtrinxerat. His duobus fulcris ſubtractis, Elector precibus fratris concedens, cuſtodiæ mandabat Boineburgium. Credebatur inter ſcripta eius repertum iri, vnde criminis ſtruendi materia foret. Sed ea omnia nil niſi enixum fidi atque cordati miniſtri ſtudium expreſſe runt. At ipſe, quæ de Reiffenbergio ſcripſerat, ex Electore ſe audiſſe dicebat; ac eum reuera talem eſſe. Igitur poſtquam per quinque amplius menſes detentus fuiſſet, data cautione de non

vlci-

vlciscendo, dimissus est, eiusque filia post iuueni Schönbornio, Electoris ex fratre nepoti, velut obliterandæ iniuriæ nupsit. Lege epistolam Francofurto 1665 (a) ad Prüschenckium post liberationem scriptam, quantis fatorum procellis fuerit fatigatus, inibi reperies. *Eluctatus*, ait, *tricas infandas, iam dulcedinem quietis incipio primoribus velut labris degustare.* Tangit hæc fata etiam Burgoldensis, (b) qui eundem in Eminentissimi cuiusdam aula multos habuisse dicit aduersos. Idem alibi (c) sola inuidia hæc expertum fuisse ait. Nec tamen merita pœna fugit Reiffenbergium, qui ob horrenda crimina perpetuis carceribus mancipatus fuit sententia condemnatoria, (d) licet a subsequente Episco-

(a) *infra p. 56.*
(b) *Discurs. ad Instrum. P. p. I. disc. XXI. m. III.*
(c) *de peregrin. Germ. polit. p. 147.*
(d) Oldenburger. *Thes. Rerumpubl. p. IV. p. 746.*

Episcopo Lothario Friderico liberatus, vitam Viennæ postea transegisse dicatur. Hæc autem fata eluctatus, partim in prædiis, partim Francofurti vixit, litterario vacans otio & legationibus nonnullis defunctus. Inter has potissimum, illa multam laudem sibi adquisiuit, quam in Poloniam pro Duce Neoburgico ad Comitia Electoralia sustinuit, & quam ornata oratione Principem suum commendauerit. (a) Hisce omnibus tamen probe exantlatis, tranquillum demum sensit vitæ exitum. Religioni nostræ semper fauit, quamuis ab ea ad pontificiam defeciſſet. Coniux illustris viri erat Anna Christina Schützin de Holtzhausen, ex qua inter alios liberos sustulit Reuerendissimum & Illustrissimum Dominum, Philippum Wilhelmum, S. R. I. Comitem de Boineburg, Eccle-

sia,

(a) Puffendorf. *de Reb. Brandenb. lib. X. §. LXXXVII.*

siarum Metropolitanarum Moguntinæ ac Treuirensis Canonicum Capitularem, S. Cæs. Mai. & Eminentissimi Electoris Moguntini Consiliarium intimum, Vrbis & territorii Erfurtensis Proprincipem. Filiarum tres nouimus, inter quas Sophia, illustrissimo Comiti Melchiori Friderico de Schönborn, Consiliario Imperatoris intimo & Vice-Cancellario Imperii, vt diximus, nupserat, reliquæ autem Domino de Vrsberg & Domino de Els nuptæ, nunc inter illustres viduas agunt. Quanti illum Conringius fecerit, testatur epistola ad ipsum scripta de Bibliotheca Angusta. Vt taceam alia elogia, quæ ipsi a Burgoldensi atque omnibus conceduntur eruditis. Inter quæ præcipuum illud: *Moguntiæ, immo totius Germaniæ oraculum hodie est Illustris Baro de Boineburg, virtuosus, bonus, vtriusque fortunæ capax, prudens, Magnanimus, immo, omni-*

omnibus encomiis maior. (a) Quantum in eo eruditionis, testatur non instructissima solum Bibliotheca, quæ adhuc adseruatur Moguntiæ, in qua vix librum reperies, qui non additis obseruationibus doctissimis superbiat, sed etiam de vsu errorum in Republica libros quinque (b) composuit, qui tamen, quod dolendum, lucem non adspexerunt. Plura scripta pro adserendo Moguntino iure in coronatione Imperatoris ipse recenset, in ad Prüschenckium epistola. (c)

(a) Oldenburger *Thesauro Rerumpubl. p. IV. p. 745.*
(b) *vide infra p. 12. & 59.*
(c) *infra p. 48.*

SE-

Bibliothe-
Anglica

SEQUVNTVR EXCERPTA.

BOINEBVRG. Liquet vtique *Cassiodori*, in quem te plura annotasse memini, lectionem & ad Senatoriam & ad imperatoriam facultatem vnicè prodesse. Quin ad stylum curiæ & pragmaticum tractationum ciuilium vsum eo nihil temere vel ægre quicquam reperias conducibilius. Latinam facundiam quidem parum ornat, sed latine loqui discimus aliunde.

PRÜSCHENCK. An. 1649. Quod *Cassiodorum* attinet, incepit is quidem aliquando esse meus, dum paulo otiosior sedebam Ienæ, taliaque in eum meditabar, qualia tunc licuere spiritui nonnimis subtili, & non magnis rebus adsueto. Sed postquam aliquot iam ante annos publicæ curæ atque negotia manibus eundem excusserunt, meus esse dudum desiit, nec video quo pacto auctorem huncce alioqui gravissimum, nunc demum possim reassumere. Manebunt litteræ humaniores, manebunt musarum

sarum adiumenta alia, etiamsi in publicum nihil edidero quicquam.

BOINEBVRG. Zacharias *Hogelius*, nescio qualium, qui hodie sacro furore horribiles sunt, vatum, ex intima cabala & rabinicorum sacramentorum mysteriis sapientum propugnator. Verus is incentor est bellorum & dissidiorum.

PRÜSCHENCK. An. 1647. *Isenaci. Tuldeni* Libro *de causis corruptorum iudiciorum*, quod tu desideras, plane carere nequeo. Iudicis enim vices dum hic sustineo, liber iste subinde mihi servit instar perpetui commonitorii, ne forte in terminatione causarum extra limites vager boni æquique.

BOINEBVRG. An. 1647. *Giessæ*. Dum domi me contineo in *Tuldeni* aureolis operam lætabundus colloco. Citius eum quis ponat defatigatus, quam sese vt vel leviter exsatiaverit optima eius doctrina, qua utique est uberrimus. Eius *de principiis iuris* tractatum mihi vnice optarem. *Spormacheri*, quæ apud Agrippinates anno 1646. edita, *Iustitia vulnerata*, per mihi placet, adeo ut eum librum æquem quoad vsum Tuldeni cultissimæ com-

men-

mentationi de cauſis corruptorum iudiciorum ac remediis. Is de vulnerata iuſtitia liber per eſt utilis Iudici.

Grotii Opus *de Belli & Pacis iure* vniverſo quo crebrius legimus, hoc ampliorem ſui nobis vſum ſuppeditat. Eius enim lectio ſub pondere ipſius vſus proficit ad pertractationem, deinceps ad executionem omnium in vita communi atque ciuili neceſſitatum, quæ vnquam aut vsquam contingere poſſunt: Accuratius ſane hæc talia nemo peregit; Grotius hoc potuit, vſu ad id ſat præmunitus, iudicio apprime valens, ac doctrina varia tantum non plerisque antecellere compertus. Vſus vtique effector eſt & vera fultura ſapientiæ in humanis, cuius dux & index audit Hiſtoria, quemadmodum ars, in cuius tanquam carceres & modum concluſit Grotius omnem illam de iure æterno ac gentium perceptionem, vicaria dici poteſt ſeu anticipatrix illius vſus. In rebus humanis, perinde ac in ſacrarum rerum ſtudiis plus ignorari quam ſciri verum eſt. Omnis humana intelligentia hactenus ſe non valuit vlterius exporrigere, neque fortaſſe valebit poſthac, niſi eò usque, ut quantulacunque ex parte demum, poſt infinitas animi voluta-

tiones animadvertat, quantum ab omnibus, sapientissimis licet ac exercitatissimis nesciatur, ut merito *eruditio* dicatur esse *domestica sua ignorationis conscientia.* Quæ ignorantia cum tam immensa sit, vt ægre vel ab vniuersitate hominum suppleri possit, nedum vt quisquam tam valens sit, qui eam exsuperet solus, patet quam mendose faciant, qui se vltra modum efferunt, simulac nonnihil intelligere incipiunt. Quin ne nosmetipsos quidem satis cernimus, infelices animæ.

BOINEBVRG. 1650. Quando familiarius noscere gestio Christianismi proprietatem & vsum, lego *Arndium*, *Varenium*, *Gesenium*, *Sonthom*, *Baylum*, *Drexelium.* In Theologia, quatenus est disceptatrix & expultrix errorum, è pontificiis præ aliis legerim *Becanum*, *Bellarminum*, *Tannerum*, *Valentiam*, *Lessium*, *Canum*, *Andradium*, *Petavium.* Cumprimis legi optem, *Erasmum*, *Melanchthonem*, *Cassandrum*, *Wicelium*, *Modrevium Hofmeisterum*, *Regem Angliæ Iacobum*, *Casaubonum*, *M. Antonium de Dominis*, *Grotium*, *Vossium*, *Bucerum*, *Episcopium*, *Franc. Balduinum*, *Duarenum*, *Alardum Vack*, *Montacutium.*

Qualis

Qualis primitivæ Ecclesiæ, cum fides catholica religiose sub vnitatis & orthodoxæ communionis pulchritudine, infucatâ vitæ sanctimonia comprobaretur, doctrina tum & disciplina fuerit, petendum è doctoribus, qui prioribus quinque vel sex seculis floruerunt, maxime ubi symbola exponunt, summas fidei aut confessiones communes. Iunge scripta veterum Christianorum Apologetica, Acta Conciliorum generalium, Vincentii Lerinensis commonitorium, expositores & tractatores reliquos Symbolorum, Apostolici, quod vocant, Nicæni, Athanasiani, Constantinopolitani. Quæ sincere sequuntur Augustana Confessio, eius Apologia, Articuli Smalcaldici, vterque Lutheri Catechismus.

Iuris sectatorem iuuant *Plinii*, *Senecæ*, *Quintiliani*, *Cicero*. *Scriptores Historiæ Augustæ*. *Tertullianus*. *Augustinus de ciuitate Dei*. *Cuiacius*, *Brissonius*, *Hottomannus*, *Bachovius*, *Merillius*, *Augustinus Barbosa*.

Historiæ iuris affectatori sufficiunt non minus iudicia quam exempla. Legantur super hoc argumento *Bodinus*, *Franciscus* deinde *Balduinus*, tum & *Petrus Ærodius* vnà cum *Gregario Tholosate*.

In controuersiis Iuris gentium decidendis adhiberi possunt *Fr. de Victoria*, *Couarruvias*, *& Vernandus Vasquius*. Quibus suppares assumantur quotquot in *S. Thomam* de Iust. & Iure & de Legibus, interpretationes uberiores scripserunt : inter quos præstant tum perspicuitate dictionis & methodi facilitate, tum sublimitate & copia casuum, *Molina* Iesuita, *Bannez*, *Henriquez*, *Valentia*, *Suarez*, *Lessius*, *Soto*, *Sanchez*, & *Card de Lugo*. Hos legere est proficere penitus : quemadmodum puros illos putos sermocinatores iuridiciales, qui ex legibus sapiendo, næ faciunt vt neminem quicquam edoceant, perlegisse, est perinde ac magno labore multas ineptias egisse. Hi qui vocantur Thomistæ, repeto, lectu digniſſimi sunt.

In politicis in rem maxime est, si recte & moderate adhibetur, *Machiauellus*, auctor in hoc genere si quisquam exasciatissimus,& totus factus ad vsum rerum. De cuius ingenio & in politicis iudicio, vide scioppium pædia Politica, qua illum defendere conatur aduersus imperitos huius ævi censores.

Ex Historicis ad muniendum politicum Virum idoneis selegerim *Polybium*, *Nicetam* Cho-

Cheniatem, *Niceph. Gregoram*, græcos: *Tacitum*, *Cæsarem*, *Nepotem*, *Ammianum*, *Cominæum*, *Thuanum*, *Stradam*, *Marianam*, *Reidanum*, cuius latinus interpres multum semper placuit, *Barlæum*, *Puteanum*, *Heinsium*, *Grotium*, *Boxhornium*, *Camdenium*, *Meursium*, *Pontanum*, *Gass. de Simeonibus*, *Gramondum*. Qui latine historias condiderunt, nec minus eleganter. Vnum extra ordinem signatum cupio, *Baconem Verulamium*, quippe qui cum in omnibus & singulis suis scriptis plane se admirabilem, & summe intelligentem præbeat, tum maxime eo loco est stupendi ac profundi iudicii mihi semper visus, vbi *vitam Henrici VII* Angliæ Regis describit. Illic quam subtiliter omnia scrutetur, quam alte causas veras introspiciat, quam luculenter implicamenta actuum publicorum elucidet, quam feliciter indoles ac inclinationes, consilia & reconditos cogitatus Principum Rerumque publicarum diiudicet & aperiat, admirabundus vidi.

E recentioribus electiores epistolographi sunt, *Politianus*, *Erasmus*, *Ioach. Camerarius*, *Melanchthon*. *Iob. Calvinus*, cuius in dicendo promptitudo, suavitas, & mundities summa est. *Languetus*, *Puteanus*, *Grotius*.

Bongarsius. Aſt *Nicio Erythræo* hac noſtra ætate vix præſtabilior in epiſtolis extat, ſiue ſpectes ubertatem rerum, ſenſuumque haud expoſitam negligentiam, ſiue latini ſermonis ſpectetur proprietas, aut Romana illa limpidæ profluentiæ æquabilisque candoris velut germanitas. Epiſtolarum eiusce, quantum Nihuſii prouidentia prodidit, poſſideo duos nempe Tomos ad diuerſos, & totidem ad Tyrrhenum, Nuncium Pontificium, qui Monaſterii negotiationibus Pacificationis communis iuxta cum reliquis ſui ordinis aderat. Latet autem, vt noſti, aliud nomen ſub perſona fictitii Tyrrheni. Spero interim magnopere breui & reliqua Niciana editum iri, quibus utique pulchrius nihil noui. Namque vel ideo merentur legi a iuuene rerum ſuarum ſatagente, quod apprime latina ſunt. Regnat nempe in latinitate cultiore Nicius prope ſolus hodie.

Semper mihi haud abs re viſum fuit, ſi ad facilius intelligendos potiſſimos auctores interpretandi genere quis vtatur paraphraſtico per quod quippe incultioribus annis multa fiunt plana & explicata, quæ vix capiantur à tenellis mentibus, citra paraphraſin eſſet. In Nouo Teſtamento *Erasmus* placet, qui illud vniuerſum

sum latinissima *paraphrasi* illustrauit. Vir de omni eruditorum natione bene meritissimus. Cuius hic mentio animum mihi reuocat studii mei sacri quotidianam & maxime amabilem consuetudinem, quæ Erasmi illo saluberrimo labore solens fruitur: *Nicianis* deinde *documentis* Euangelicis & Homiliis, tum postremum paraphrastico, quo Psalmus exponitur, carmine *Theod. Graswinckelii*; quibus ubi iungo *Grotiana opera, Castalionis Biblia &c.* videor mihi valde diues esse, & cum dignitate otiosus.

BOINEBVRG. Ann. 1650. *Francofurti.* Comparaui *Nicii* quotquot hactenus prodiere scripta ad vnum omnia, omniaq; perlegi, & quædam plus simplici vice, utpote cum sint uberrima fruge pleniissima, ac limpidissima. Est Nicius ille ante triennium Romæ pietate laudabili mortuus, cui nomen fuit *Iob. Victorio de Rubeis*, quique sub persona & ascititia sumptione huiusce inscriptionis, *Ianus Nicius Erythræus*, latere voluit, animi demissione hoc prominentiore, quo maiora, cultiora, nitidiora & doctiora sunt illa monumenta, quæ modo sub alieno nomine comparent, cum suopte nomine ea præscribere quam optime quiuisset, si perinde celebritatem ipse auctor amasset, vt ingenio

fuit ad omnia expedito, vt animo compositus, eruditione insignis, vt pius fuit sine schemate, vt denique manu fuit extra ordinem polita & tersa. Certe quam latine disertus sit, malo temetipsum arbitrari. Ego parem hoc seculo in scribendo facilitatem, proprietatem, profluentiam, in delectu accurationem, ac quasi genuinam Romani decoris & usus germanitatem nusquam comperi. Edidit isthæc Erythræi, qui in vulgus usque per est cognitus, *Bartholdus* ille *Nibusius*, Vir ut cetera perdoctus nec inelegans, minus necessaria putidarum cum summo Viro Georg. Calixto contentionum reciprocatione, me quidem iudice, inglorius, qui tamen vel hoc vno opere, quod sibi edendis Nicianis sumsit, adhuc nonnihil bonæ laudis videtur lucratus esse. Fuit autem Nicius iam tum valde senex, & propemodum deponentanus, cum primum de suo quid proderet in publicum, quod persuasus esset, diu discendum & opus cumprimis esse multa ante industria, quam aliquippiam edas in conspectum litterati orbis. Pulchre hinc inueniebatur cum ætate tum solida intelligentia ac doctrina emature scere, quando animum appulit ad scribendum senex elegantissimus. Cuiusmodi eum fuisse

fuisse docet *Eudemia* eius, quam scite & iucundissimo dicendi genere composuit, & inter primos suorum libellorum edidit. Post Eudemiam Nicius edidit *Exempla virtutum & vitiorum*, supplices item ad Deum & B. Virginem libellos, qui non parum papanæ fæcis resipiunt; mox & *documenta sacra* ex Euangeliis, seorsim deinde *Homilias*, tum etiam *Epistolarum* vnum *ad diuersos*, alterum, *ad Tyrrhenum*, sive Fabium Chisium, porro & posterius tum ad illos, quam ad hunc epistolarum volumen. Inde Nicius edidit vel communicauit nobiscum per operas & curam Nihusii, *tres*, quas viderim, *Pinacothecas*, opuscula utique rerum varietate, & explicata vitarum illustrium enarratione venustissima. Deinceps edidit & *Orationum & Dialogorum* tomos totidem. *Elogia* denique aliquot *sanctimonia & eruditione celebrium Episcoporum.* Et hæc quidem in præsens in memoriam recogitanti occurrunt. Editurum vero perhibent fuisse, si paulo productior seni vita obtigisset, *Confessionum libros*, imitamenta B. Augustini forte non aspernanda, vt, quæ in Historia molitus dicitur, reticeam. Ego sane lectito singulari cum voluptate mentis meæ eius viri omnia, quæ commemoraui.

Olet

Olet enim indoles eius, genius & ſtudium, neſcio quid ſanctitatis, & pectus plane generoſum incoctum honeſto. De Styli caſtimonia nihil ſubicio; qua parte è noſtratibus ei ſuppar eſt *Iob. Riuius*, Altendorienſis, Ioh. item *Caſelius*, & alii quos in numerato habent eruditorum plerique.

BOINEBVRG. An. 1649. *Braubachii:* Totum opus, quod exædifico, *de uſu errorum in Republica*, in quinque Libros tribuitur. Quorum primus errores exhibet committi ſolitos & emendari dignos circa Imperium, ſeu rectionem ſtatus vniuerſim. Alter curabit negotium Libertatis. Tertius religionis & ordinis Eccleſiaſtici, vbi de ludis litterariis, Academiis, cultu omnis eruditionis, pietatis, virtutis, educatione pubis &c. Quartus curam geret Iuris; ubi de emendatione iudiciorum, & id genus neceſſariis ſpeculationibus & vſibus agendum, quod argumentum in infinitas ambages laxum eſt. Hic præter Parthenium litigioſum, Diod. Tuldenus, Cuiacii & Oldendorpii deinde extantiora huc attinentia uſurpari conveniet. Quintus decerpet ſibi ad tractandum, quæ de iure Pacis & Belli occurrunt in medio rerum actu, rectitudine collaudata & oſtenſa,

oſtenſa, obliquis oſtenſis, vt vitabunda prudentia eorum diſcrimine rite defungatur. Sed cumprimis quod inſtitutum eſt, omnia ſigillatim prius ad Chriſtiani orbis Reſp. tum veteres tum recens coortas hodieque florentes, mox & ad noſtratem præſertim applicare, & quævis cum ſtudio ſubactiore perreptare & perquirere, quo demum usque hæc tractatio ſe exporrectura ſit, intelligentes facile coniiciunt. Nec enim nimis ſobriâ philoſophiâ hoc negotium transigitur, nec parum requiritur ad hoc prudentiæ. Excelſi & amuſſitati res iudicii eſt, uſum errorum noſcere & exponere, vt noſcatur.

BOINEBVRG. An. 1650. *Dippachii.* In riſum me concitauit Scriptum Satyricum *Scharfio* oggeſtum. Eius ſpurcities & inficeta Latinitas inibi pulchre & condigne vapulat. Mirandum, quenquam adeo excordem ac ſtupidum reperiri, qui diſputare in publico ambiat, deſtitutus omni ad hoc apparatu, quin ne quidem latine vel modice ſciens. *Hülſemannus*, *Wellerus*, & reliqui parum facundiores videntur eſſe in ſignificandis ſuis neceſſitatibus. *Calovius* eſt maxime perſpicuus. *Dannhauerus* qualis ſit, quamve implicatus & inuolutus, ubi

Syn-

Syncretiſmum è mediis ſuis cubilibus protrahere & patefacere conatur, intelligens Lector facile animadvertit. *Conringii* cura, quam edendis *Wicelianis* illis impertitus eſt, per mihi placet. Verum eſt quod ipſe memorat, niſi denuo in lucem evulgentur, breui fore, vt ad vnum illa omnia intercidant, id quod & aliis libellis, qui ob parvitatem ſui ſeſe tueri ſeorſim invalidi ſunt, accidet propediem, qui in *Wolfiano* illo memorabilium opere, *Caniſiano*, & id genus reliquis compilationibus viſuntur. *Goldaſtus* in eo rem præſtitit ſe dignam, dum in ſuis collectaneis perinde ſacri quæ argumenti ſunt comprehendit, quam cetera, quæ nonniſi politica & Reip. noſtratis ſunt. Imitatus in hoc genere eſt Conringius Grotium, qui parem laudem meruit poſt Cordeſium edendis Caſſandrianis. Vtinam vero tandem valeret paulo magis auctoritas & conſilium moderatorum hominum, quales fuere, *Caſſander*, *Wicelius*, *Modrevius*, *Hofmeiſterus*, *Iacobus Rex Britanniæ*, *If. Caſaubonus*, *Montacutius*, *Marcus* item *Anton. de Dominis*, *Voſſius*, *Grotius*, *Epiſcopius*, & hodie *Calixtus*. Vno verbo, ſi, cum reformaretur Eccleſia occidentalis, Lutherus Melanchthonem, Caluinus Bucerum, Papaque Eras-

Erasmum nonnihil sequi voluissent, eorumque temperatos sensus, multo rectius omnia se haberent, atque hodie minus contentionum foret. Sed hæc velut in transitu. Nolim autem me nimium implicare perplexis istis pro conciliatura religionum tricationibus, quas Grotio magnopere incommodasse eiusque famæ multum detraxisse, notum usque in vulgus est. Si vero eiusmodi magnis & maximarum rerum capacibus animabus hæc vitio vertuntur, quid de me putem futurum esse, deque mei similibus? Legantur modo quæ in *Grotium* detonant Andr. *Riuetus*, *Maresius*, Claudius item *Salmasius*, de primatu Papæ tractatui præfixa præfatione satis grandi, & alio opusculo, quod fecit de vnitate Christianarumr eligionum. Legantur deinde pariter, quæ *Riueti*, *Crocii*, *Bergii*, *P. Molinæus*, *Spanhemii*, aliique contra *Amyraldum* miris voluminibus intentant, Legantur denique super negotio *Horneiano & Calixtino*, tum & *Lattermanniano* reciprocata plusscula scripta, invenies me verum dixisse, remque tam periculosam quam admodum suspectam esse, conciliare religionum sectas, vel tentare solummodo. Non parum interea præter alia mihi probantur, quæ *Alardus Vack* pro

vnio-

vnione fidei conatus est, germanus Calixti sectator, olimque auditor, & Dætrii Geseniique sub vno doctore condiscipulus, etsi vnus altero sit annosior. Oro saltem ut *Eichelianam de interpretatione Legum* tractationem mittere velis, inde remittam ego Calixti quod nosti iudicium. Iudicium Musæi per est egregium. Legi id maximo cum gaudio utpote qui sic satis bene rem vniuersam est prosecutus.

BOINEBVRG. 1650. *Dippachii.* Ecce quam servans sim eius quod dedi promissi, dum & Eichelii de interpretando iure libellum remitto, & simul Calixti illum ei adiungo, quem pellegere pro libitu poteris. Nimium equidem hic mihi videtur pressus & breuis, poterat enim quin & debebat rem uberius exequi per se impeditam, ac, cum odiosa etiam sit, explicatæ commentationis utique indigam. Historiam nostrates inter & Zwingliastas valde contractam & tantum non accisam exhibet, in cuius tamen operosiore memoratione multum est situm, ni fallor. Tum & parum loquitur de gubernatione Ecclesiastica, circa quam nec parum dissidemus. Etsi enim quoad istam non temere hæreseos nota est metuenda, vel alterutri parti affricanda, quin tamen è dubiis super ea

gravio-

grauioribus aliæ nouitates, vnde miseranda deinceps Schismata oriantur, magno numero procudi queant & soleant, haud est ambigendum, teste adhuc experientia, cui cum nemo refragari ausit, tum maxime assentietur Britannia. Reliqua, quæ fortè pertractari possunt in eiusmodi materie, Calixtus ne tetigit quidem, cum vel potissimum rei ac argumenti commentationem præ se ferant. Inde autem hoc vniuersum accidit, quod summus Vir isthæc non eo fine videtur scripsisse, vt postea in publicum hoc pacto informata extruderentur. Et suspicor fore, vt optima anima cruda illa properantia editionis inexpectatæ mire offendatur, vtpote quæ iam tum per calumniandi artifices reddita est nescio cui sinisteritati obnoxia. De *Eicbelii* opere iudicium meum cuiusmodi sit, parco promere, nisi quod diserte profiteor, id per mihi placere, sine dubio item esse placiturum adhuc magis, ubi ante prodierit integre, & ad sui absolutionem perfectionemque perductum fuerit. *Habnius* magister ei obtigit subactissimus & iuris tradendi sciens supra vulgares modulos. Assueuit quoque principiis sanis, solidis, & validis, quæ ex germanâ philosophandi ratione recto ordine hau-

 sit,

sit. Neque tamen parum placent, quæ antehac *de Interpretatione Iuris* est conatus *Valentinus Guilielmus Förſterus*. Quamuis non diffitendum, omnem adeo plene ac profunde, neque ab hoc neque ab altero videri mihi arceſſitam & perpurgatam, vt argumenti tum amplitudines, tum variæ, quibus vndequaque circumvolvitur, difficultates merentur. Ferunt Romæ paucis abhinc annis, circa hoc interpretatricis facultatis negotium aliquid elaboraſſe *Auguſtinum Barboſam*, qui non tantum ab ingenti opere de vniuerſo Iure Eccleſiaſtico, ſed à multis iuxta aliis magnis ingenii monumentis plurimum laudatur, poſt Nicium in Pinacothecis, Leoni Allatio in Apibus Urbanis.

BOINEBVRG. An. 1650. *Francofurti. Freinshemio* apud Chriſtinam Reginam Sueciæ bene est, vt iactantem leges in procœmio ſupplementis Liuianis præfixo. *Bæclerus* autem deſeruit, quam illic figere inuitamento Reginæ ſtatuerat, ſedem ſuam, &, vt ferunt, in Boruſſiaca nunc Academia, Regiomonte, hiſtoriarum & eloquentiæ ſtudia profitetur. O ſi Argentorati ſe continuiſſet, clementiore quippe cœlo vti quiuiſſet. Quo autem non pertrahit homines ambitio, & immanis cura faciundæ

rei,

rei. Cum Bœclero ita gestum drama memoratur. In græcanica Comœdia, quam Regina, utpote plane Græcula modo, dare voluit, actoris quoque ipse debebat personam suscipere. Id quod cum facere renuisset, indignationem incurrit non leuem. Hinc Upsalienſibus studentibus iam ante ob nimis duram disciplinam, cumprimis Sueonibus, inviſus, male habitus adeo fuit, vt discessum parare necessum haberet vir longe eruditissimus. Ferunt noctu interceptum in platea, & virgis * violentissime cæsum fuisse. Doleo ipsius vices. Sed quam vellem & aliis idem accideret, qui in Germania manere nolunt.

In medicinâ prodibat cis paucas hebdomadas *Iordani* plenus solidæ doctrinæ & peritiæ probatisimæ Liber *de eo, quod est in morbis diuinum*, seu de affectibus supernaturalibus. Est ille germanus Conringii nostratis auditor, & eius imitamine felicisimus. Helmstadii cum essem, intima mihi cum illo intercedebat familiaritas.

* *Bœclerus deprimebat Freinshemium, affirmabatque eum Berneggeriana pro suis venditasse, cum iam exiisset Suecia Freinsheimius. Tum vero factio Freinshemiana virgi demiam istam ei procurauit.* Epist. MS.)

Maxime emi dignum est, quod nunc demum prodiit in fol. & quidem latine *Opus Artis magnæ Artilleriæ Casimiri Siemienowicz*, Equitis Lithuani, Artilleriæ Regni Poloniæ Propræfecti, Viri vtique perdocti & valde elegantis. Venum quoque hic prostat *Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu*, edita An. 1643. à Phil. *Alegambe*, homine de societate illa Loiolæ. Optime adhibetur studiis curiosius committendis, post Ribadeneiræ Catalogos Patrum sui ordinis, item post *Seculum Iesuiticæ Sectæ primum*, quod nitidissimis formis impressum fuit An. 1640. quod huc vsque suppressum nunc demum reuenditur, ac veluti noue reconcinnatum apparet.

Petavius dicitur parare Paræneticon ad omnes extra Romanam Ecclesiam sectas & hæreses, pro veritate sui Catholicismi. Vtinam vero interea dogmata eiusce Theologica alicunde sortiri detur.

Vorburgius, qui est pro Moguntino Archiepiscopo in Concilio Circuli Electoralis, in historia Germanica illustranda tam spissæ molis opera instituit, ut in Ecclesiæ rebus post Centuriatores Baronius, quem præter Cauabonum, Montacutium, Iul. Bulengerum, optime

me emendat Marcus noſter *Anton. de Dominis* immortali opere pro Rep. Eccleſiaſtica, quo erroribus Papæis utrumque crus felicitate admirabili confregit, quicquid contra machinentur ſiue *Mauderus*, ſiue *Coefteus*, ſiue denique *Leonardus Marius*. Verum hoc eſt: Vorburgio iſti multum debebimus Germani, quem vtpote cum maximo fructu noſtro coniunxerimus, cum Lehmanno, Sleidano, Chytræo, Hortledero, Lundorpio, Goldaſto, Frehero, Lindenbrogio, Conringio.

(*Quæ ſequuntur à Boineburgio An. 1653. & 1654. ſine die & Conſule in Comitiis Ratisbonenſibus Imperii ſcripta ſunt, poſtquam nuncium confeſſioni Auguſtanæ miſerat.*)

LVTHERI libellus de vita matrimoniali ſpurciſſimus eſt. Satius eſt inſpicere Tertullianum de Præſcriptionibus, Vincentii Lerinenſis Commonitorium, Cypriani & Auguſtini quædam electioris notæ ad noſtri conuerſionem, Fulgentium de fide ad Petrum Diaconum, cum Optato. Eos ſecundum ſcripturas & Oecumenica dein Concilia legere ſi voles, maius operæ fiet pretium, quam ſi vel omnia Lutheri ego perambulauero.

Septimus Liber *M. Anton. de Dominis* de Republica Ecclesiastica inspici meretur aliquanto pressius, utpote in quo niduletur omnis ille Indifferentismus, qui hodie adeo regnat late. Est ille Marc. Antonius *Calixti* magister; Ex hoc vt & Arminianis scriptis pleraque sua Calixtini sapiunt.

Quia nouitii scriptores suspecti sunt, & studia consectantur partium plerumque, fideliter suaserim, vt è veteribus legantur Irenæus, Tertullianus de præscriptionibus, & contra Marcionem, Cyprianus de vnitate Ecclesiæ, ac in quibusdam epistolis, Hieronymus contra Vigilantium, Iouinianum, & Luciferianos, Epiphanius, Theodoretus, Ioh. Damascenus, & Nicetas de hæresibus, Pacianus & Optatus maxime Libro secundo, Vincentius Lerinensis, Ioh. Chrysostomus de sacerdotio, Cyrillus Hierosolym. catechesibus, Gregorius magnus, & Bernhardus in epistolis, item S. Bonifacius in epistolis, Fulgentius de fide ad Petrum Diaconum, Gennadius de dogmatibus Ecclesiæ, Augustinus Confession. item ad Quodvultdeum, de vnitate Ecclesiæ contra Donatistas, de vtilitate credendi, de vera religione, de moribus Ecclesiæ catholicæ, de ciuitate Dei &c.

Vide

Vide Augustinianam confessionem Torrensis, Ambrosianam Nopelii, Hieronymianam Schultingii, & Gregorianam Petreii. Addatur Lectio S. Thomæ Aquinatis in summa & contra gentes cum commentariis Caietani & Francisci Ferrarienſis: nec non Horautius in Locis Catholicis, Canus Locis Theologicis, Thomas Waldenſis, Turrecremata, Franc. Victoria, Delfinus, Bredenbachius, Gerardus, Ianſenius, Piſtorius de Eccleſia, item Gravinæ præſcriptiones Catholicæ, & Bouerii demonſtrationes Coturiique. Hinc apparebit Romanam Eccleſiam, quia cum ea cohærent ſub eodem regimine omnes Chriſtiani, & eſſe hodieque & fuiſſe olim veram Eccleſiam, extra quam ordinarie nulla eſt ſalus: quorum iſthoc, puta fuiſſe per priora ſecula orthodoxam Eccleſiam eam, quæ cum Romana vnitate fidei & Sacramentorum connectitur, fatentur Centuriatores, Hoſpinianus, Chemnitius, & quotquot in acatholicis ſunt eruditiores. Illud inſimul oſtendunt è Catholicis Sanderus de viſibili monarchia Eccleſiaſtica, Genebrardus & Gualterius in Chronologiis, Baronius, Spondanus, Florimundus Remondus in Hiſtoria, Salianus item & Tirinus in Indice controuerſiarum, quem coniun-

xit commentariis suis in S. Biblia, Petauius de Theologicis dogmatibus; P. Canisius in Catechismo, Coccius, Bellarminus, Stapletonus, Lindanus, Hosius, Perronus, Riceliacus, Suarez, Vasquez, Becanus, Huntlæus, Veronius, Milleterius, Grotius, vt omittam alios plurimos. Certe qui ista studiose & expers partium legit, non potest in sectariis viuere porro, quin continuo ad Catholicam Ecclesiam remigret. Veteris Ecclesiæ ex verbo Dei consensio cum hodierna, quæ cum Episcopo Romano, quatenus Petri in procuratione vniuersalis Christianismi successor est, & confessionis vnitate & communionis coalescit, ne illum quidem sic fugere potest, qui tantum obiter superius laudata inspexerit, nedum qui cum iudicio, procul intemperie affectuum, & paulo curatius omnia pellegerit expenderitue.

Vt vero & reliquæ hodieque per orbem Ecclesiæ, Christiano nomine censæ consensus ac concordia cum Romana innotescat, præter Ieremiam Patriarcham legantur Arcudius in Concordia Orientalium cum occidentali Ecclesia super re sacramentaria, & Allatius in variis operibus, maxime quo de consensu perpetuo orientalium cum occidente agit, quod Nihusius

sius ante quadriennium Amstelodami edi curauit. Addantur deinceps Posseuinus, Parthenius, Cariophilus, Ecchellensis, tum & Acosta una cum Thoma á Iesu de conuersione gentium, item Ferrierus de Anti Christo. Addi pariter queunt, si voles Politica Conzii, Azorii moralia, Wiceliana, Cassandriana, Modreuii, Acontii, Regis Angliæ Iacobi scripta, iuxta cum Bouerii, Grauinæ, Veronii, Walemburgiorum, Marii, Becani, Couffetelli, Eudæmon Ioannis &c. Vnde luculenter patescet, quam putide ab Ecclesia catholica desciscatur, quam periculose media via insistatur, quæ ducit tandem ad Indifferentismum, qui est instar scalæ primæ ad Atheismum.

Mirum est, prudentibus & cetera intelligentissimis hominibus nasutam Reformationis in fide nouitatem non esse suspectam, quum veram doctrinam, quæ ad salutem necessaria est, in Romana Ecclesia usque ad sextum, septimum circiter seculum perduraſſe, ludibunda in rebus sacris sectarum petulantia perhibeat ipsamet. Post illa vero tantam circa cultus & fidei munditiem ac integritatem, quæ adhuc exiri è catholica visibili ecclesia postulet, commutationem accidisse, cum facti sit, luce clarius

BIBLIOTHECA ANGELICA

rius debet utique demonstrari. Sane, qui reformationem in ecclesia, cleri præcipue & morum antehac efflagitarunt, fidei mentionem nequidem vel tantillam faciunt, cuius quippe soliditatem petræ inniti compertum haberent. Lege Cassianum, Saluianum, Prosperum, Seuerum Sulpitium, Isidorum, Orosium, ipsumque Augustinum, quoties cum morum & hominum expostulat mendosis actibus, Cassiodorum item, Bernardum, Damianum, Cusanum, Cameracensem, Aluarum, Clemangem, Gersonem, Sauonarolam, Mirandulanos Comites Picos, ipsumque Erasmum, Viuem, & reliquos apud Mornæum & Flacium, tum quoque apud Eisengreinium, testes veritatis. Nihil sane in his repereris, quod redoleat reformationem ipsius doctrinæ fidei, morum emendationem in occidentali ecclesia optarunt, ultra non pertentarunt quicquam insontes illæ animæ. Quemadmodum nec fidem Romanam interpolarunt vel ecclesiam sedemue apostolicam deseruerunt, qui pro Cæsaribus & Regibus enormibus sæpe Pontificum quorundam votis sese oppossuere, quales fuerunt inter alios Occamus, Sigebertus, Marsilius de Padua, Petrus Blesensis, Petrus de Vineis, aliique plusculi, de

de quibus Gretserus contra Goldastum, qui adhuc debet responsionem illi. Quin porro omnes hi, & supra memorati, ducem secuti Romanam cathedram, pro hæreticis habuerunt vno consensu Waldenses, Berengarianos, Catharos, Wiclefitas, Hussitas, Aerianos, Græcos schismaticos, Iconoclastas, Begardos, Vigilantianos &c. qui tamen vestratum plerisque non indigni visi, quos si non verbis, opere vtique imitarentur, antiquitatem perosi, & Imperii omnis ecclesiastici ac obedientiæ pertæsi. Sed desino gerrarum. Spero ex collatione cum Principe Electore iam aliquoties habita, fore vt *D. Calixtus* aduenias, accitu honorifico inuitatus, quo tandem appareat, & ipsum illum, æque ac alii faciunt, iudicem antiquitatis statuere priuatum suum spiritum, omnis mali & in Republ. & in Ecclesia incentorem, prauissimarumque consequentiarum repertorem.

Interea dum hæc accurantur, legi velim porro Lessium pro fide capessenda, & Hermannum Hugonem pro illo, nec non eundem Lessium de Anti-Christo, deque eodem argumento Maluendam, Eilbrachtii viam compendiariam, Ioh. Barclaii Parænesin ad sectarios, Medinam de recta in Deum fide, Bouerii con-

sultationes, Vlembergii causas, & cumprimis Valentiam in Analysi. Baconum Southwellum in Regula viva legisti, vtinam cum aliquanto profectu tuo. Campiani Decadem rationum & defensionem harum, quam superiore seculo contra Wittakerum scripsit Ioh. Duræus de Societate Iesu Theologus, perinde perlustrandas arbitror, vt & omnes lucubrationes Ioh. Pistorii, Milleterii, Cornæi, Walemburgiorum, Veronii, Perronii, Franciſci Rotomagensis. Addantur simul annotamenta ad Patres supra narratos, maxime quæ sunt recens edita, cuiusmodi sunt ad Tertullianum Rigaltii, Ludov. de la Cerda, Pamelii, ad Optatum Albaspinæi, ad Areopagitica Corderii. Vide etiam quæ habet Turrianus, Sixtus Senensis, Possevinus, Claud. Clemens, Kircherus Obelisco Pamphilio de scriptis Hermetis Trismegisti, & Leo Allatius de Liturgia S. Iacobi Apostoli, qui libellus sub finem hypodigmatis Nihusiani legitur, Sanctesius item & Cassander in Liturgicorum procœmiis. Videantur præterea Kellerus contra Heilbrunnerum, Schererus, Valentia, Pistorius contra Herbrandum, Gretserus pro Bellarmino, Rhotomagensis Archiepiscopus pro Perronio contra Petr. Molinæum.

Cor-

Cornæus pro Becano contra Ioh. Crocium. Wagnereckius pro Besoldo contra Wagnerum, Iul. Cæs. Bulengerus pro Baronio contra Isaacum Casaubonum; Cottonus contra Institutiones Caluini, itemque Schultingius, Ianssenius & Fromondus contra Voetium &c.

Ex politicis velim legi eos, qui in religionis negotio moderatiores fuerunt, at permanserunt tamen in Catholica, quæ Romanam Cathedram sequitur hodieque, puta Thuanum, Franc. Balduinum, Castalionem, Duarenum, Barclaios, Milleterium. *Grotius*, qui etsi necdum reapse concorpor Romano cœtui, aut redux ad eius externam consociationem, voto tamen, animo & desiderio iam stabat in illa media, cum decederet subitanea præuentus morte. Huius viri, qui tamen felix sui mutator extitit, ex Caluinista per Arminianismum, Catholicus, tibi apprecor imitamenta longissime feliciora, vt & tu ex Lutherano per Calixtinismum fias quam Catholicissimus.

PRÜSCHENCK. An. 1653. Nihil omnino in motiuis istis *Schefleri*, nunc ad te redeuntibus, legi, quod non itidem alii à puriore religione deuii fuerint causati, adeo omnes nouarum confessionum suarum editores cantilenam

ca-

canunt eandem, præcentore nunc maxime P. Iodoco *Keddio*, qui non aliorum nisi Principum, Comitum, Nobilium conuersiones crepare nouit. Nouit vero etiam ille, qui intima mentium humanarum scrutatur, futurus magno illo & tremendo die vivorum & mortuorum Iudex, nihil me hactenus talibus in scriptis inuenisse, quod vel leue saltem in me gignere queat adhortamentum amplectendi ea, quæ nouiter adeo in Ecclesia Romana, veris illis & genuinis fidei articulis, seculis præsertim posterioribus fuere superstructa. Quicunque rem aliter æstimare poterunt, illis hoc per me licebit, nec quenquam facile condemnauero. Imo spero de indulgentia Domini, illorum simplicitati forte veniam concedi posse, qui ex erroribus istis extricare sese nequeunt, nobis vero, qui à Domini admoniti & instructi sumus, non perinde poterit ignosci, vt verba S. Cypriani huc aptem. Bene vale, amicorum amicissime, & serio tibi persuade, me ab Ecclesia puriore, ista, in qua nunc vivo, ne durissimis quidem cruciatibus auulsum iri. Iterum vale.

BOINEBVRG. Ecce *Eilbrachtii* viam compendiariam ad catholicam Ecclesiam. Lectu digna est. Eum vbi legeris, submittam plures nihilo

nihilo utiliores, si voles. Interrim rogo, *Calixti* digressionem commodato dare mihi ad tres quatuorue dies digneris. *Hülsemanni Vermis* est inexorabilis. Lego cum stupore. Utinam Erasmi eruditio, Wicelii conditus scientia Zelus, Cassandri moderatio, Cardinalis Caroli Borromæi pietas, Melanchthonis simplicitas, Grotii prudentia & compacta scribendi ratio, valuissent & valerent præ Hülsemannianis illis inconsiderantiis, quibus orbis tantum non in exitium deuergit: Si Catholicus esse quis nolit, modo cum illis faciat, tum liber erit ab infantiis sectarum.

Ioh. *Barclaii* paræneſis lectu est vtique summe digna; & graui Viro displicere nequit, quod prodiit à manu tam cultâ & subacta. *M. Anton. de Dominis* Palinodiam, qua causas fundatas suæ Romam reditionis exponit, vt perlegas oro amanter & maximopere. Placituram præuideo, cum plane resipiat Marc. Antonianum spiritum & stylum.

Prüschenck. 1655. *Isenaci.* Affinis meus *Casp. Barthius* lethaliter nunc Lipsiæ decumbit, imo tactus ab vtroque latere dimidia apoplexia iam inter vivos quoddammodo esse desiit. Miseret me itaque optimi & incompara-

parabilis huius Viri, quem præter multa præstantissima scripta etiam sub vitæ finem demonstrant *XX. Soliloquiorum Libri*, editi nuper, & ad me hac ipsa septimana ultima cum valedictione ab eodem transmissi; Est enim scriptum hocce tanquam cygnea diuini hominis vox & Oratio, quo supremo vitæ tempore contra vana atque terrena pro cœlestibus & nunquam perituris facunde adeo disseruit, & tam suauiloquenter scripsit, quam quis vnquam maxime, ea procul fini, vt vestigium illud ipsum, in quo ille postremum, institit, subinde contueamur. Eme quæso Librum & diligenter pervolve, nec pretii pro eo soluti, nec laboris in lectionem impensi te pœnitabit. Sane cuicunque parti in ecclesia christiana hodie quis adhæreat, vel capitum Inscriptiones legendo in amorem sanctissimi Libri protinus rapietur.

BOINEBVRG. Quod munus in Cæsaris Aula suscipere vel noluisti, vel non potuisti, doleo. Quicquid eius sit vero, arbitror ego, me amici officio recte functum, tui quod tum meminerim. Scio quippe te illud non modo, sed & longe maiora promeritum, ad quæ scandi solet per ea quæ inrui. Rerum humanarum

narum despicientiam & ipse ex animo profiteor. Sed cur desit quis in mundo natis sibi occasionibus, etiam aliis se utilem faciundi? Quin quo plus in publicum ex nobis compendii redit, eò magis Deo placetur, atque tum demum terrena ex vero spernuntur.

Quæso te, mi amice, eccuius in religione est *Barthius*. Luthero applaudere tanti virum iudicii, qui simul adeo multæ lectionis est, quis credat? Forte vnà tecum Cassandri, Marci Antonii, Montacutii, Vossii, Barlæi, Hobbesii, Rigaltii, Calixti, Conr. Bergii, Grotii, auctoris religionis medici, Ioh. Serrani, Acontii, Scioppii, Casauboni, Milleterii, auctoris libri cui titulus Præadamitæ, quem edi curauit Regina Christina, moderamenta usque adeò probat, vt cum partium nulla faciat amplius, sed sibi solus recta scilicet sapiat, quales Arminiani cumprimis hodierni sunt, & plerique Critici, Medici, Poetæ, Philosophi atque Politici, inter quos potiores fert merito ex Lutheri progenie Hippolitus à Lapide, Goldastus, nisi ad Caluinistas magis spectat hoc nomen, & Conringius, vir cætera mihi æstimatissimus. Ex Caluinianis olim Franc. Balduinus, Edoardus Herbertus, Barlæus, Thomas Brounus,

Postellus, Cardanus, Petrus & Leonardus Aretini, Dudithius, Ferrandus Pallauicinus, Naudæus, Thuanus, uti quidam Zelotæ volunt. Fuere nempe nonnulli ex his catholici, vel ad minimum pro catholicis sese venditarunt. Barthius forte (sed non pronuncio) ex antiquis probat Apellem, de quo Eusebius, & Rhetorianos, de quibus S. Augustinus hæresi 72. ibique Danæus. Vid. Augustinus de civ. Dei Lib. 21. cap. 17. usque ad cap. 27.

BOINEBVRG. De *Barthio* res habet, vt nuper iucundissimis tuis ad me literis commemorabas. Soliloquia eius adeo compacto iudicio & masculo pectore conscripta sunt, vt merito exaltem, quoties inibi legendi otium, lucror, tam moderata Vir omnimodâ polymathiâ eruditissimus sensa de dissidiis Christianorum habere dignoscitur, vt ipsi gratuler, mihique impense gaudeam.

Barthii Soliloquia mihi nuper commendasti, antehac non raro quoque Arndium, eiusque defensores. Ecce in redhostimentum è nostris ego tibi commendatissimum esse volo *P. Francisci Ariæ* Librum in fol. cui titulus, *Thesaurus inexhaustus meritorum Christi*, Hispanice scriptum quidem sed in latinam linguam diserte

té conuersum. Optime feceris, si eum quamprimum tibi comparaueris, ipsique comites subinde adiunxeris *Franciscum de Sales*, & *P. Foreri Vitam Domini Iesu Christi*. Illum lectitando in sinu frequentissime lætaberis, & affluues gaudiis spiritualibus.

Conradi *Bergii* Praxis catholica diuini canonis, liber eruditus, sed quo nihil magis, cumprimis dissertatione vltima, stabilitur quam Libertinismus & Adiaphorismus, qui hodie usque adeo vbique & solus pene potissimum in pragmaticis, politicis & literatis regnat.

Quid miracula sint & quantum inde possit euinci, rectissime ostendit *P. Petra Sancta* Libris Thaumasiorum.

Bernhardus Libro de Consideratione ad Eugenium Papam secundo, exponit optime quid de Papa habendum sit. Quod eo libentius admiseris, quod nosti, Calixtum Bernhardo in apparatu suo hoc laudis impertiri, quod sit sani & pii sensus scriptor, atque Caluinum dixisse, Bernardum libros de consideratione ex ipsius, Spiritus S. dictamine atque afflatu scripsisse.

Inter neotericos Scriptores, qui iuxta regulas Vincentii Lirinensis solidi quid elucubrati sunt de Ecclesia, primi nominis est mihi

Ioannes Pistorius, cuius *Analysis ad Herbrandum*, & tres doctissimæ ad *Pappum epistolæ*, præter Commentarium de vnica specie, & cætera quæ ab ipso extant, quantum mihi frugis optimæ attulerint, non possum satis prædicare.

Ioannis Morini Opus *de pœnitentia* veterum à Christo per XII. secula vsitatâ magnificio, quo luxuries tricarum, superfluarum accurato iudicio depascitur.

Qui Hofmeisterum, Walenburgios, Becanum, Coturium, Francisc. de Sales, Cardinales Sirletum, Sarnanum, Perronium, Riceliacum, legit, is videbit mentiri, qui dicunt catholicos non scripsisse moderate. Qui expenderit Vitas & gesta Cardinalium Borromæorum, ac Franc. de Sales, Cardinalis Berulli &c. is fatebitur multos præsules gregi suo & exemplo & studio & regimine suo plurimum profuisse. Qui legerit Fernandi Vasquii & Gallorum scripta, is deprehendet a Catholicis Reges quoque & ciuiles potestates acerrime defendi, etiam contra Paparum & Curiæ Romanæ conatus. Qui *Grotii* postrema, inprimis discussionem Apologetici Riuetiani cum iudicio perpendet, nec is palpare manibus

poterit,

poterit, quanta iniuria fiat Ecclesiæ a Lutheranis non modo, sed potissimum a Caluini, Ioh. Brouni, Mennonis, Serueti, Socini discipulis. Grotius sub exitum vitæ commentatus est eximia pro quiete gentium & pace catholicæ Ecclesiæ. Sane si hunc sequeris, mox eris noster, amice dilectissime. Continuo tum senties, eum rectius paci Christianorum consuluisse, pressiusque institisse consiliis Cassandri atque Wicelii, cuius nonnulla edidit Conringius.

Vt *Arndii* pietas mihi placet, ita Tauleri & Kempisii fides, quæ illam genuit, arridet magis.

In catholicæ Ecclesiæ sinum tandem vtroque pede concesserunt, vel commigrare ceu postliminio anhelarunt, qui pacis amantissimi & mitissimi ingenii fuerunt, Wicelius, Orichovius, Milleterius, Coturius, Coruinus, M. Anton. item de Dominis (etsi relapsus dicatur) Franc. Balduinus, Phil. Eilbracht, Grotius, aliique quidam doctissimi & prudentissimi, & vtriusque tranquillitatis tam sacræ quam ciuilis studiosissimi homines, quantumuis in Romana Ecclesia multa vtroque cubito foras proturbata & in melius mutata vellent: cum Saluiano, Bernardo, Aluaro, Clemange, Damiano, Cusa, Cameracensi, Gerſone, Picis, Sauanarola.

Vide orationes in Concilio Tridentina habitas, cumprimis a Gallis.

Roma scribitur mihi ab amico, se, cum meo nomine Lucam *Holstenium* & Leonem Allatium nuper salutasset, apud illum vidisse *notas* ab illo factas *in Hieronymum & Bellarminum de scriptoribus Ecclesiasticis*, quæ bene Miræo adnectentur; tum & veterem scriptorem nomine *Fastidium de vita Christiana*, qui vixit tempore Tertulliani & cuius Gennadius meminit. Deinde acta de Virgine & Martyre Perpetua, præterea Acta & vitam S. Elisabethæ, antiquis characteribus Germanicis exaratam.

Paruum mole quidem, at pondere & rerum momentis maximum tibi Librum commendo *Consultationem* nempe *Leonardi Lessii*, *quæ fides & religio sit capessenda.* Cui adiungas *Hermanni Hugonis pro Lessio Apologeticos Libros tres contra Meisnerum*, (doctorem, vt eum Sutholdus in coniectatione causæ vocat, suauiludium Lutheranulum) *& Henr. Brantium* Caluiniculam. Quibus quod respondetur, idem ac tantundem tibi responsum reputa. Adde si voles, *Schefflerum in causis*, vt vocat, *fundatis*, curante P. Keddio editis, & venum prostantibus Francofurti apud Serlium.

BOINE-

BOINEBVRG. Ann. 1655. *Wirceburgi.* Quid putas dicturum fuisse *Hugonem Grotium*, si huc usque prouixisset, & iam suam olim principem (Christinam Sueciæ Reginam) videret catholicam? Doctissimus ille, & tibi, scio enim, æstimatissimus Vir, & suimet iudicii & *Sirmondi* atque *Petauii* ope, cumprimis vero diuina gratia adiutus, noster * erat, futu-

 rus

* Iam supra Boineburgius hoc asseruit, idemque credidisse videtur *Quistorpius*, dum in epistola de morte Grotii, inserta Colomies Bibliotheque choisie, tradit, Grotium in Pontificiorum partes oppido inclinasse postremis suæ vitæ annis. *Petauium* autem magnam diligentiam & curam adhibuisse, vt eum ad communionem Romanam adduceret, non *Valesius* solum *in vita Petauii in collectione Bateſiana* p. 684. & quidem iisdem pene verbis, quibus hic vtitur Boineburgius, testatur, nec non *Perrault des Hommes illustres dans la vie du P. Petau* sed & *Nicol. Antonius T. 2. Bibl. Hisp. veteris* p. 141. vbi de Raymundi Sebundi libello de veritate Religionis Christianæ loquitur, Grotium Ecclesiæ suæ iugalem sub vitæ exitum fuisse audacter affirmat. Ast quo iure suæ Ecclesiæ summum illum Virum vindicent siue ex Pontificiis admiratores, siue ex Protestantibus aduersarii eius, dudum accurate ostendit præclarus eius defensor *H. Hammondus*, qui gemi-

rus quoque palam, si vel paululum supervixisset. Reginæ tamen suæ commodum talia sub vnum è Suedia discessum instillauit, quæ modo pulcherrimam frugem ex eâ producunt. Doctrinam Tridentini Concilii in omnibus amplectebatur Grotius. Vnum hoc supererat, vt Ecclesiæ sacrarium ingressus communioni nostrati sociaretur. Quod nescio quas ob causas, dum ad catholicæ fidei vnitatem plurimos secum sperat adducere, consulto distulit, donec morte præueniretur.

Vt scias quid credamus, quid non, lege *Tridentinum Concilium*, eiusque cum Augustana Confessione ex S. Scripturis collationem P. Hageri, & *Concilium Magontinum* ante centum annos sub Sebastiano Archiepiscopo habitum, quod magnam partem *Ioannes Ferus*,

no scripto Tomo II. Operum eius inserto, masculè accusationem illam à Grotii capite depulit vt annotarunt *Acta Erudit. Lipsiens.* mens. Iul. Anni 1697. p. 304. Plura de his procul dubio afferet *Mollerus* Flensburgensis, *in Historia*, quam parat, *vita & fatorum Hugonis Grotii, eiusque monumentorum*, cuius specimen iam dederunt *Aubery dans ses memoires pour servir à l'Histoire d'Hollande*, *Collectores item observationum Hallensium. Tom. VII. observat. XV.*

rus, * Vir moderatus, compoſuit, & *Catechismum Romanum*, quem Paulus Manutius ſcripto complexus eſt.

Si te angit morum in Catholicis corruptela, reminiſcere obſecro eorum, quæ contra præcipiunt tot tam Oecumenicorum, quam Prouincialium & diœceſanorum Conciliorum Canones & reformationis decreta: quibus quod non paretur, non vitio dandum eſt S. Eccleſiæ, ex verbo Dei noſtrum omnium moderatrici, ſed Epiſcopis, metropolitanis & Cleri rectoribus & magiſtratibus, & ſingulis iis qui peccant adeo ſcandaloſa. Tum & expende, quæ de lapſu & inclinatione diſciplinæ conqueruntur Cyprianus, Facundus Hermianenſis, Theodoretus, Iohannes Chryſoſtomus, Auguſtinus, Saluianus, Caſſiodorus tuus, cum alibi tum in diuinis lectionibus, Bernardus, Aluarus, Clemangius, Damianus, Cuſanus, Aliacenſis, vterque Picus, Gentianus Heruetus, Clemens ſextus, Sauanarola, Canus, Caſſander,

* Tres ſunt eruditi Pontificii ſcriptores, Iohannes Ferus, Benedictus Arias Montanus, & Andr. Maſius; horum libri manibus omnium ſunt terendi, Bucholcero iudice, apud Scultetum in Narratione Apologetica de vita ſua.

Paulus Seruita, Vives, Morus, Budæus, ipſeque Eraſmus & Thuanus, Morinus, imò ipſi Ianſeniani: neque tamen ideo vel Eccleſiam deſeruere, vel ad eam rediri non poſſe deliraruntur. Poſtremo recordare etiam, multos eruditos, prudentes & pios Viros abhinc aliquot retro ſeculis inſolentiam quorundam Pontificum & curialium Romæ & hodieque grauiter repellere, minime autem propterea ab Eccleſia catholica, quæ fide illis cohæret, decedere. Cæterum ſi nihil afforet, vnde Catholicus fieri deberes, id vnicum eò te forſan impulerit denique, quod in ſola catholica Eccleſia vera eſt libertas ſentiendi quod in mente pro vero tenes de omnibus, extra ea, quæ ſemel definita ſunt, & intra humanæ modeſtiæ fines. Scio vtique huiusmodi libertatis te non vulgarem eſſe amatorem, & magna cum cura vindicem. „Inter vos ex aduerſo quanta ſeruitus regnat „communem ſequendi in cunctis ſententiam, ſciſcitare Calixtum & Conringium, an loquar ex vero nec ne? Grotius & Milleterius idem in ſe comperire fuerunt adacti, vti notum eſt.

Iterum tibi commendo & inculco legendas & à filio tuo relegendas *S. Auguſtini Confeſſiones*, vti edidit eas *P. Henricus Wagnereckius* cum

cum notulis præstantissimis. Qui Vir quanta eruditione ac prudentia valeat, abunde ostendunt scripta eius pro Besoldo & Ioh. Kirchero, & pro vera politices gloria contra Cabalæ Machiauellicæ hyperaspisten Scioppium. Mox idem P. Henricus & vestram religionum adiaphoriam digne ibit depexum, qua expugnata facilis erit multarum animarum enodatio. Sed vereor, ne ex illa aliquando ipse prodeat Antichristus, cuius vastis votis ecquid opportunius indifferentismo?

Nescio an videris *Veronium contra Mestrezatium* de Ecclesia, recens vernacula nostra, donatum, sumtibus Landgrauii Ernesti, Gallice enim scripsit ille. Iam & eadem informatur ex latino *Brerlaus*, Anglice primum fatus.

BOINEBVRG. Ann. 1655. Quia plerique non tam estis Lutherani quam Adiaphoristæ seu Indifferentistæ, iam contra mitto aliquid *Burghaberi*, qui meo admonitu adiaphoriam illam, regnatricem hodie in politicis viris religionem, nonnihil cœpit refellere, cui & aliis multa in id subministrauimus, quibus in conscientiam capitalis illius hæreseos, quæ cæteris hæresibus omnibus est statumini, perducantur, Nunc illa diuersis locis sub incude gemit Theologiæ Catholicæ. Sua-

Suadeo tibi, vt legas *Thesaurum bonorum quæ in Christo habemus P. Francisci Ariæ*, in tres Tomos tributum, & vno modico volumine in fol. comprehensum, hispanice scriptum, & Italice à Tiberio Putignano, latine vero redditum à P. Leonardo Credero ac editum Monachii Ann. 1652. Inde & meritorum Christi efficaciam, & singulorum eorum discas applicationem, quæ non obtinentur extra catholicam communionem, quam auersaris & oppugnari finis. Noui te oblectari manuductionibus ad sinceram pietati cultricem deuotionem, quam nusquam habebis magis in expedito, quàm intra fines illius Ecclesiæ, cui te aggregari ex opto. Reor igitur, nulla re te moueri ad ingressum illius posse fortius, quam euolutione Librorum eiusmodi, qualis est ille P. Ariæ. Sane maximum operæ feceris pretium, & omni æternitate glorioſum, si Arndio iungas comites, Kempisium, Franciscum Sales, Forerum de vita Christi, & Bellarminum in Psalmos, vt cætera eius non narrem.

In quantum S. Virginis deiparæ honorem & inuocationem admittam, optime præter Valentiam, Vasquezium, & Stalenum, explicuit, reprehensis simul ibi abusibus, P. Theophilus *Raynaudus* in suis Heteroclytis. PRÆ-

PRÜSCHENCK. An. 1658. Amiciſſimæ tuæ vna cum libello *Honorati Fabri de Religionis Indifferentismo* mihi fuere traditæ; Libellus, vt facile coniectari poteris, non admodum placuit, niſi quod ſtylo paulo moderatiore compoſitus mihi videatur, cætero quin ea in ſe continens, quæ iam vidit Conringius noſter in literis ad te exaratis longe accuratius, ac ego vnquam. Bonus ſane Honoratus ille multa præſupponit à nobis vel conceſſa vel concedenda, quorum veritas niſi vtrinque admittatur, vanus & irritus erit omnis labor hominis. Sed lubens hic mihi temperabo, ne occaſio inde oriatur etiam in litem deueniendi.

Ferre non poſſum, quod tu, Vir amiciſſime, optimum *Barthium* meum, triconem in nouiſſimis tuis appellaueris. Credo tamen per iocum id eſſe factum. Cum quo ipſe enim, de religione præſertim, tricatus eſt vnquam? Annon tibi nota ſunt, quæ de Theologia Chriſtiana, exploſa ſophiſtarum, quibus mundus hodie ſcatet, iactantia, egregie tradit L. 10. Soliloquiorum cap. 7. Latitat nunc Lipſiæ in ergaſtulo quaſi multis iam annis ſibi ſelecto, ſimplex illa, pia & erudita anima, plena ſuſpiriis & deſiderationibus, quibus ſenex nunc ſeptua-

gena-

genarius, aduentantem Christum suum singulis horarum momentis desideranter anhelat, occupatus nihilominus circa editionem scriptorum nonnullorum, quæ dudum elaborauit. Vis scire hominis religionem? Catholicus est, vt ego, firmissime sibi habens persuasum, doctrinam Christianam non tam consistere in verbis & sermonibus, quam in ipsis actionibus, & vita ad præcepta Dominica conformanda. Laudat is mecum præterea veterem religionis cultum præ noua viuendi licentia, sed non sensu Papistico. Habes sic quædam de meo Barthio.

BOINEBVRG. An. 1658. Non ita incondite credimus, quæ nobis adfingitis de Antichristo & id genus aliis. Sicut ira quicquid arripuit, telum facit, ita vos abrepti studio partium omnia vultis videri vera esse, quæ aduersæ parti nocent. Sed opperiemur, quæ præfabitur Conringius Cassandro & Wicelio secundum edendis. Agnoscis, mi amice, illos duos, etsi moderati ingenii forent, & multa in Catholicis illius æui reprehenderint, obiisse in catholica tamen Ecclesia, pariter atque Paulus Sarpius, M. Anton. de Dominis, Erasmus, Modreuius, Fulgentius Venetus, aliique adiaphori-

phorias postulati: Quotquot contra è Protestantibus conciliaturam religionum sectati, ii fere omnes in nostra, puta catholica communione mori desiderarunt. Inter quos paulo minus quam Catholicus, *Hugo Grotius*. Qui cum posset nouum cœtum & ab aliis segregem instituere, noluit, expertus, qui nouas nobis erexerant Ecclesias, eos animo quidem suo gessisse morem, sed in pietatis negotio non multum promouisse, particulas ex particulis fieri, vt iam videmus in Anglia; Secutus proinde Consilium S. Augustini de vera religione cap. 8. Tu, mi amice, si in hoc non Conringium sed Grotium imitari velles, non diffiderem, quin tandem ad vnitatem catholicam sis reuersurus quoque, sed hæc obiter.

BOINEBVRG. An. 1655. Conringius scribit mihi iam denuo, se omnimode consilium suscepisse reuocandi in lucem prudentiam νομοθετικὴν pene intermortuam, spretis Thaboricis calumniis: optime profecto. Videmus enim passim respublicas laborare præ νομοθεσίας imperitia. Quis curat illos Thaboritas? Calixtini sunt à partibus Conringii. Hos nosti ex historia Bohemica. Deus roboret Conringium in his studiis, & auocet eum à theologicis,

gicis, quæ & ipsum, eaque ipse turbat. *Hopperi* libros *de vera Iurisprudentia*, post Grotium & Seldenum mihi æstimatissimos, mox edet cum præclaris prolegomenis. Rogaui eum, vt inibi paulo explicatius proponat Iurisprudentiæ dignitatem & amplitudines, simulque ostendat quomodo iusto ad res humanas vsu addisci & exerceri possit, & quantum eius desit in hodierna pertractatione. Certe præter Grotii Libros de Iure Belli & Pacis parum extat, vnde multum solidi in hoc genere cognoscas.

BOINEBVRG. Ann. 1656. Facias me certiorem, num omnia nostra super *Iure* nostrate *consecrandi Reges* nostros edita videris nec ne. Si nactus ea es, scribe id quæso: sin minus, mittam. Præter germanicam Ratisbonæ scriptam & rudem epistolam eo in argumento vulgauimus huc usque (1) Dissertationem nouem quaternionibus (2) Trutinam omnis huius concertationis (3) Assertionem, stylo optimi mei Conringii (4) Examen argumentorum Colonienſium syllogistice propositorum. (5) Dissertationis iterationem. (6) Castigationes gerrarum aduersæ partis. Quas tractationes sequetur vernacula scriptio de interpretatione Aureæ Bullæ. Spero eruditis satisfactum iri. BOI-

BOINEBVRG. Ann. 1661. *Francofurti.* *Salmasii* posthumus libellus in *Miltonum* multum infra tanti nominis nemorem subsidit; In bona causa non optimus patronus is fuit, eruditior, quam in disputando fortior. *Comenianam Sabundini operis* contractionem lectu perdignam, si pauca Sectæ propriæ demas, te vidisse puto. *Barthii Soliloquia* me valde delectant & imis medullis afficiunt si ea vel sola edidisset, celeberrimi Viri nomen pridem omni plenoque iure promeruisset. Diu est, ex quo nihil simile è vestrate officina, puta extra catholicam, prodiit. Placet tamen admodum, quæ recens edita est, *Hildebrandi vetus moriendi ratio atque facultas*, præclara Academiæ Iuliæ margarita. In eo leguntur nonnulla, quæ nescio an Wittebergenses zelotæ sint comprobaturi. Interdum tamen, minime opportunum est, asperioribus verbis obnubilat laudem moderatioris animi. Est cætera libellus lectu dignissimus, vtilissimusque, cuius bona debentur catholicæ veritatis opibus, quam importuna partium studia aliquoties, etsi rariuscule, corrumpunt atque fœdant. *Arndii* vestri omnia perinde magnifacio. *Gerhardinum* nomen mihi foret magni,

nisi confusaneum illud & omni recti iudicii oculo cassum opus *Confessionis*, quoad miscellas nugas *Catholicæ*, in publicum extrusisset, quod iam filius in epitomen contraxit.

BOINEBVRG. 1663. Incidi his diebus in *Historicorum delectum Friderici Tilemanni*, quem librum memini primum noscere tuo indicio, quum essem lenæ. Eum in doctissimis Viris nostratibus reputo. Videtur profeciſſe ex disciplina maximorum hominum, Philippi Melanchthonis & Ioach. Camerarii. Laudat ipse in delectu & de Rerumpubl. everſionibus non vnas lucubrationes suas, quæ tamen non sunt editæ. Obsecro autem, significa, an typis expressa & vbinam venum exposita sint, quæ ipse ait se commentatum de *quatuor Monarchiis*, *de studio Iuris recte constituendo*, tum *templum Iustitiæ Iustinianeæ*, *Scholas Historicas*, *Politica*, *Politicum*, *Cosmographiæ Historiæ repetitiones &c.* Tot nugæ publicantur, quæ nationi nostræ sunt de honestamento, isthæc vero Tilemanniana, nescio vbinam conquiniscere sinuntur. Memini tamen commodato te mihi indulgere Tilemanni huius opusculum Manuscriptum. *De Principiis Iuris.* Id vt adhuc semel legere mihi con-

concederetur, sæpe numero multum optaui. Iam autem etiam atque etiam contendo, vt proximo mercatu Francofurtum curari studeas.

Doleo *Reinesium* Inscriptionum studio ita defossum & immersum esse, vt alias suas destinationes seponat. Vossianæ Historicorum historiæ supplementa, Bibliothecæ item Gesnero-Simlerianæ pridem promiserat. In publicum hæc conducibiliora forent.

Friderici Tilemanni Libellus Manuscriptus de *Principiis Iuris*, mercatu proximo ad te redibit. Fuit is vir vtique pereruditus, atque in monumentis antiquis apprime subactus, at prauo sui & ævi & ordinis more tam vanus in alienis dictis citandis ac coaceruandis est, vt fastidium sui cieat. Edi liber nec meretur nec debet. Ex *delectu Historico*, * quum multa præclarissimarum rerum vbertate abundet,

* Casp. Sagittarius in epistola quadam Anno 1676. Ienæ d. 14. April scripta, rogauit Iacob. Thomasium, vt in Catalogo nundinali Lipsiensi titulum libri Tilemanniani, qui in Francofurtensi minus recte excusus fuerat, hoc modo poni curaret: *Frid. Tilemanni liber de Historicorum delectu: Ex Bibliotheca Prüschenckiana, cum obser-*

concinnari quiddam bonæ frugis posse, si delectus & selectus opere dignus ineatur, non ambigo. Auferri autem inde oportet omnem illam insanam & proletariam allegationum farraginem, qua Libri eximii sicut dehonestantur, ita carere plerumque hodie solent.

De *Barthianis* expectabo, si qua submittere voletis Francofurtum. Argentorati nemo apparet, qui edere cupiat, librariæ rei negotiatoribus isthic misere depauperascentibus. Francofurti spem prominere confirmor. In *Institutiones Iustiniani* & *Augustinum de Civitate Dei* Commentaria qui typis exscribat, quin reperiendus sit, ne quidem vel tantillum hæsito. Libri *Aduersariorum* omnes, si iunctim vno volumine ac eadem opera impensaue edi nequeant, auctor esse ausim, vt inde Excerptiones fiant, & capita potiora deligantur cum nucleo, sub Inscriptione Lectionum Barthianarum, exemplo ac imitamine Photii, donec reliquum omne operæ aliæ succenturiauerint atque absoluerint. Eiusmodi conamina in vastis operibus contrahendis non sunt noua,

nec

vationibus Frid. Hortlederi, edet Casp. Sagittarius. Sed non prodiit

nec rara, vti, qui libros pellegerunt, nouerunt.

BOINEBVRG. An. 1665. *Francofurti.* De nuperis nundinis parum est quod scribi oporteat. Nihil fere admodum conspicui vsus acuminisue prodiit, præterquam quod Argentorati secundum formis exscriptus sui nouam copiam fecit Seldenus de Iure naturæ & gentium iuxta Hebræos. Iohannes quoque Fridericus Hornius edidit libellum bene limatum de naturalis Iuris subiecto tum *Volrathus* quidam *Iurisprudentiam*, cuiusmodi vocat *Analyticam.* Iste labor per mihi placet, apprime vtilis accuratioribus solito indolibus, rerum naturam & definitiones veras fundamentorumque connexum appetentibus. Metaphysicam eximiam dedit Petrus Musæus, Iohannis Ienensis nihilo hebetior frater natu iunior. Hottingeri altera itidem pars XVI. seculi prodiit, mendose quidem, ast quæ est pulcherrima ad Ecclesiasticam Historiam accessio. *Labbei*, Iesuitæ Parisini, pluscula opera eduntur. *Athenæum Philosophicum*, Aristotelis, Platonis interpretum, omniumque cuiuscunque sectæ Philosophorum, qui græce quid commentati noscuntur, aut prelo cusum,

aut in Manuscriptis codicibus reconditum, aliaque multa bonæ frugis idem laboriosissimus Pater publicare accepit. Meo hortatu nunc Vir perdoctus & facultate scribendi valentissimus opus elucubratur ad luculentiorem omnis ætatis profectum *de notitia & vsu monumentorum veterum* quæ extant, idque ordine successionis per secula seruato, adeoque & identidem adiecto Autorum delectu, argumento, nexu, fructu.

PRÜSCHENCK. Anno 1665. Scire desidero, quis sit Vir ille perdoctus & facultate scribendi valentissimus, qui tuo hortatu & impendio opus elucubrandum sibi sumserit de notitia & vsu monumentorum veterum.

BOINEBVRG. Anno 1665. Si noscere voles Virum, qui de veterum scriptorum vsu commentatur meo instigatu, lege præfationem ante Seldeni Ius naturæ, Argentinæ recens recusum. *Bosius* vestras quid modo agit? Est Vir præclarus, & in studiis, cumprimis ad pragmaticam Historiæ politicesque tractationem facientibus perinsignis. Si qua de sua rerum orbis publicarum notitia, quam orsus est, porro agitat aut perfecit, obsecro meo fac impendio, vt consequar vniuersa. Per enim sunt egregia,

quæ

quæ ab illo homine componuntur. Nihilo inferior est in ciuilis rei perspicientia ac diiudicatione aliis, quibus hodie patria nostra claret. Quod quippe Helmstadiensi Academiæ Conringius, quod Argentoratensi est Bœclerus, quod Heidelbergensi Ramspeckius ac Pufendorffius, quod Lipsiensi Thomasius, quod Hornius Leidensi, quod Mauritius & Hesenthalerus Tubingensi, Marpurgensi Lentulus, Chilonensi deinceps Rachelius, quod aliis alii, tantundem Ienensi esse debet estque Bosius.

Per mihi placet *Frid. Tilemanni* eruditio, pridem ex *Discursu* eius *ad Bodini Historicam methodum historico* percognita. Multum ille veri luminis vidit circa rectiorem solito pertractationem ciuilis sapientiæ. E nostratibus fere inter primos extitit, qui politicen cœpere suo librare pondere, quales præcipue primas faculas accenderunt Ioach. Camerarius, Iohannes item Caselius, Iustus etiam Lipsius, Ienensis olim, Casp. deinde Scioppius, Gifanius, Pacius, Heidelbergensis quondam, Piccartus, Clapmarius, aliique è plusculis lectissimi, donec hoc nostro æuo tota machina practica prudentiæ rectoriæ à multis multæ doctrinæ Viris felici facilitate glorioſissime commota

est. In hisce praxeos politicæ notoribus & vsus ipsissimi commonstratoribus, principem nunc locum meretur *Forstnerus*, quo cum crebro mihi per literas communio, atque continens quotidianaque propemodum necessitudo intercedit. Ei de Gallis comparo Silhonium, ex Italis Maluezzium, Verulamium è Britannis. Quibus si accedit prudentia Erasmi, rotunditas Lipsii, iudicium Grotii, Vossii eruditio, tum & Heinsii in paraphrasi Aristotelici operis politici elegantia, Erycii item Puteani, Vernulæi atque Boxhornii neruosa copia, denique si Sauedra quoque accesserit, habemus tunc ex Belgis & Hispanum vnum, bene subactos in re politica ad vnum omnes. Sed hæc dicere volui occasione memoriæ Tilemannianæ, quæ cum & socero tuo, optimo Hortiedero, semper grata fuerit, ideo mihi quoque vel sic altero tanto est iucundior.

BOINEBVRG. Ann. 1665. d. 21. Maii. *Francofurti.* Eopse, quo tuas accepi momento, rescribo ecce lætus, lubens. Quidni gaudeam sub hac fortunæ nouercantis pressura, nactus litteras à Viris sane optimis multæque Doctrinæ, Forstnero, Bœclero, Conringio, Gronouio, Hottingero, Sorberio, Biornclaio, aliis,

aliis, huius seculi luminibus? Omnes fidum bonumque ac prolixum erga me affectum abvnde ostendunt. De me coram. Forte isthac iter iniero vel eâ vnice fini te vt appellem. Ingens enim & vasta est illa philosophia, qua super sermo noster erit; scribi nequit. Demiraberis humanæ vitæ ludibundas vices, quas expertus sum ego. Eluctatus tricas infandas, iam dulcedinem quietis incipio primoribus velut labris deguſtare. Discam mihi vivere & Deo cumprimis, qui ita solet nostrarum rerum trituram temperare obiectu fortuitarum ærumnarum, quo recordemur quales simus. Putem, si per nimium in legendo continentemque feruorem vacare possem vel modice scriptioni, me tradere suffecturum iustam seriem ineptiarum fortunæ, & politices aulicæ fatorum cetera inexplicabilium. Simul interponi necessum esset plusçula de Imperii, quo inde à biennio agitantur, negotiis, variisque geniorum iis inerrantium præstigiis. Neque ethices immeminens ista tractatio foret, præsertim locus occurrit de ingratitudine. Cuius indignitas & ferocia quanta sit, qui experiundo sensit, optima eius est iudicatio. Livor, calumnia, exteris placendi suamque seorsim rem faciundi

lubido, obtrectatio, vindictæ insidiosa adornatio, illicita legitimæ auctoritatis abusio, & reliqua id genus nocendi meditamenta si accedunt, infinitum inde malignitatis insatiabilis venenum conflatur, odio in læsos immanissimo hodienum perefficax, nisi longo silentio & patientia cum Christiana tum & politica, nonnihil, procedente tempore commitigetur atque suffringatur. Pretium igitur studii erit conquiescere aliquantisper, & spectatorem agere dramatis, quod nunc multiplex sub ictu habemus, vetere sanoque præceptionum ciuilium, quarum munimine hactenus res nostra constitit, statu funditus conuulso, & musteis consultoribus in arenam prorumpentibus. Interim amabo nos communione epistolici solaminis recreemus, donec pristinam serenitatem ac dignitatem fortunæ Deus instaurauerit, vel alitercunque omnia nostra composuerit, placida in æternum stabilitate. Deus vtique, mentiri nescius, iustorum puta ipsi fisorum causas vindicat, &, vbi tempus, educit quasi lumen iustitiam tuam. Psalm. 36. v. 6. Cæterum si noscere voles Virum, qui de veterum scriptorum vsu commentatur meo instigatu, lege præfationem ante Seldeni Ius naturæ Argentinæ

tinæ recusum. Conspectus laboris pretium faceret, si quis scriberet, ac prudentiæ intra lineas, experientiæ astris rectas, *de Vsu errorum ac arumnarum in re tam priuâ quam publica atque remediis*. Eam in rem necdum omnia exprompta sunt à Petrarcha, Budæo, Cardano, Verulamio, ne dum ab antiquis, qui quoque nec satis attigere publicæ rei formulas. Vale.

BOINEBVRG. Ann. 1665. *Vlembergii* Liber de *Reformatione* cum ignotus sit, quæso fac vt noscam. Scripsit Vlembergius præter alia vitas Lutheri, Melanchthonis, Flacii, Georgii Maioris &c. Forte hicce libellus sub illo indigitamento latet.

Hodie vtique post sacras commentationes nihil mihi propius cordi studioque est naturæ scientia, qualis mathematicarum, cosmographicarum, anatomicarum & chemicarum operationum perspicientia præcipue absoluitur. Per harum enim contemplationum velut scalas ad Dei nostrique cognitionem quam rectissime conscenditur, quo vniuersa christiani hominis destinatio vnice spectat. Humanarum rerum meditamenta nonnisi exiguam partem efficiunt itineris ad metam illam. Accedit quod infa-

inſtabilitate ſua mentem hominis magis inquietant, quam exſatient. Sub Eccleſiæ autem catholicæ, & diuinarum ſcripturarum regimine directior ac lætior eſt tranſitus ad verum de Deo ſenſum, rectumque eius cultum, noſtrique notionem, per tramitem naturæ, Ducis incomparabilis.

De *Barthianis* ſubinde recurrit cogitatio & deſiderium plusquam votiuum. Soliloquia reliqua, & quæ *in Iuſtiniani Iuris Inſtitutiones* apparauerat, ſi edi poſſent, multa fieret & ad pietatem, & ad doctrinam veteris Iuris acceſſio. *In Auguſtinum de Ciuitate* Dei vtinam addantur! licet iis carere denique poſſit poſt Viuis & Coquæi operas. *Aduerſariorum Tomi cæteri* quidni accedant, Philologiæ & polymathiæ inſignia procul dubio illuſtramenta. Identidem laudat ſe quoque Barthius *de dubiis ſcriptoribus*. Is liber an ad conſummationem ſui pertigerit necne, neſcio. *Reineſii ad Voſſium* de vtriusque linguæ Hiſtoricis adiectamenta quare non promouentur ad editionem? Item *Gloſſarium* ſeu Onomaſticon eius cum antiquarum vocum mixto-latino-barbararum ad intelligendos barbaros ſiue medii ævi ſcriptores; tum ad veteres rite & ſolito intimius noſcitandos

randos : alterum quod parat ad Inscriptiones veteres Gruteri? *Bosius* vestras multum posset si vellet; vellet quoque, si posset. Eccurtam præclaros Viros omni ope destitui sinitis? *Thomasius* Lipsiæ huic iunctus efficit binarium excellentium eruditione virûm.

BOINEBVRG. Ann. 1666. Expeto *Varenii Apologeticon pro Ioh. Arndii* aureo libro de Christianismo vero. Memini id penes te videre vicennio abhinc plus minus, & scio te esse peramantem Arndii. Quem quanti & ego faciam, forte nec tu nescis ex pristina mecum consuetudine. Vtique iam in festo mihi felicique hoc otio vnice vaco probis eiusmodi omni in parte libris lectitandis, & vestratibus quinam *Melanchthoni Arndioque*, illi in lenitate & candore iudicii super dogmatibus, huic vero in pietatis doctrina antecellant, neminem recordor. Nisi si *Christianus Hobburgius* perinde in censum deuocari debeat, cuius mystica Theologia in vernaculo extat, opusculum sane præclarissimum, & quod mereatur ab omnibus penitissime nosci. Quare Varenii pro Arndio defensionem legere postulem, causæ est, quod nuper in *L. Ostandri contra Arndium censuram* incidi, cui quid opponi perlubenter

benter ex æquo ſpectarem. Obſecro proinde fac vt habeam Varenianum libellum. Schwenckfeldii, Weigelii & id genus cæterorum libros non laudo. Non diſplicent tamen quæ *Iacob Böhmius* ſcripſit: qualia vero intelligi nequeunt, niſi ab iis qui myſticæ Theologiæ & Chimicæ Philoſophiæ ſcientes iuxta ſunt. De noſtris Arndio Taulerum, Melanchthoni Eraſmum atque Caſſandrum comites iungo. Qui ante aliquot annos Aſcetica tradidit Schorerus (*an Forerus legend.*) Ieſuita, ſi vnà conſiderentur, vberrimum operæ fiet pretium. Ex Socini grege inſpice quoque poterit Ethice Chriſtiana Ioh. Crelli. Inter reformatos proteſtantes & excellentes pietatis laudatores ſunt Angli. Anglis etiam accedit *Dan. Tilenus*, qui in Remonſtrantibus celebre nomen eſt. Mirum itaque quare *Georg. Maioris*, qui boni Melanchthonis auditor fuerat, tam inclemens damnatio veſtratibus plerisque allubuerit, qui pietatis neceſſitatem ex vero vrgebat, dignus quem poſt illa ſequeretur cum Horneio Calixtus. Cui verò itidem dura & indigna acciderunt pariter ac olim Melanchthoni, meliora promerito. Iam ſub initium emendationis Eccleſiaſticæ, quam Luthe-

Lutherus orsus est, emicuit securitas & negligentia illa, qualem postea accuratiorem reformationem optantes, Schwenckfeldius & Socinus & Menno & alii & alii fastidire consueuerunt, & ob quam continuo tum vel hoc nomine à Lutheri parte ad catholicam Ecclesiam reuertit Georgius Wicelius, qui Grotio nostro audit Vir & eruditissimus & placidissimus. Certe in sola catholica verus pragmaticus Christianismus disci potest, in qua vna mysticæ contemplationis vsus doceri solet, vnde item Arndius & Holiburgius ad tam sublimem de Deo sensum & cultum proficere valuerunt, vsque adeo, vt ne quidem aliud quicquam sit, cur Osiandro cæterisque immitioribus & vehementioribus Theologis Arndiana displiceant. Sed ex Varenio plusculum eius rei edocebor, nisi memoria me mea decipit. Habes & alium, cui *Rostio* nomen, qui Arndii tuitionem suscepit, cum ipsi tot incumberent aduersarii. Si is vnà huc aduenerit, erit & ipse bene acceptus gratusque. Vidi fine Libri *Osiandrum* pollicitum aliam diatriben de *Christianismi cultu*. Velim eam videre, si qua prodiit vnquam. Qui enim extruas Christianæ pietatis doctrinam, qui efferas significanter quæ ipsi insunt, nisi mysticam calleas,

quam

qualem catholica profitetur, & cuiusmodi Osiandris non arridet? *Gerhardi* quæ extant bona, sed non satis sunt succosa, quoniam is ad maturitatem sensuum interiorum non peruenit, qui in talibus efferri verbis nequeunt aliis, nisi, quæ displicuissent Osiandris, Kempisii, Tauleri, Gersonis, & similium magnorum hominum hypercriticis censoribus. Besoldum & Milleterium quæ ad catholicam causæ reduxerunt, vnam potiorum indicant, sumtam à contemtu studii mystici quanquam nec reliqui eam prætermittunt, qui catholicis se reiunxerunt, & ex ICtis & Politicis multo numero constant.

BOINEBVRG. A. 1670. 27. Ianuarii. Ego die XII April. st. n. ingrediar annuente Deo annum quadragesimum nonum. Sic maturescimus tumulo, moniti, vt componamus nos ad cœlum, cuius beatam fruitionem dicit nobis misericors Dominus per Christum. *Idem A. 1672.* oro Superintendenti vestro (Isenacensi) Rebhanio mea officia deferas, eumque, obsecres velit in Albo vestro ad S. Georgii inspicere diem, quo ego baptizatus sum Anno 1622. Parens eius me bapizauit. Natus sum quidem 2. April. styli vet. postridie an serius sim baptizatus nusquam reperio. Forte ibi visentur, patrini quoque, quorum nomina perinde noscere certo expertam.

CON-

CONCLAVE ADRIANI VI.

QVantum artis, quantum astutiæ, quantum fuci etiam in eligendis Romanorum Pontificibus adhibeatur, omnes norunt, qui sedis papalis arcana penitius paullo introspexerunt. Separatim sæpius hæc post papalem electionem fuerunt promulgata in Conclauis Historia, ita vt historiam Conclauium præcipuorum Pontificum ex seculis recentioribus habeamus. Maxime vero coniunctim prodierunt Historiæ Conclauis Clementis VI. & Successorum vsque ad Alexandrum VII, quæ italico primum sermone editæ, post partim in gallicum atque latinum fuerunt translatæ, præter alias separatim editas, de quibus plenius Sagittarius. * Auctores qui talia collegerunt, licet non omnes artes describant, nec facile cognitas, multa tamen produnt exempla peruersæ politicæ. ** Eadem in hac ipsa electionis Hadriani VI. historia occurrit. Magna enim prudentia opus erat, cum sub initiũ reformationis, mortuo Leone X, nouus esset eligendus Pontifex, qui stabilire magis posset primatum Papæ

F iam

* *Introduct. ad Hist. Eccles. cap. XXVI. §. XCIII.*

** Maruille *Melange Tome II. p. 329.*

iam vilescentem; firmare coronam triplicem iam titubantem. Conclauis istius historiam exhibemus, quæ in Italica quidem habetur collectione, sed in quibusdam diuersa; nostra tamen in variis est auctior. Exemplar nostrum ab Italo quodam amplis ductibus, litteris longiusculis, prout alias solent, erat exaratum, idque nobiscum a Celeberrimo viro, Wilhelmo Ernesto Tentzelio, Consiliario & Historico Saxonico beneuole communicatum. Eiusdem beneficio debemus nummum, huius Conclauis historiæ conuenientem, eundemque rarissimum; quod ex eo facile patet, quod neque apud Claudium Molinetum, nec apud Philippum Bonnanum reperiatur. Antequam vero ipsum nummum adgrediamur, de ipso Hadriano VI eiusdemque conclaui prius erit dicendum. Natus hic erat Vltraiecti ad Rhenum 1459, patre Florentio Boyens, naupego, matre Gertruda, ciuibus Traiectinis, probis & religiosis. Puer admodum ob ingenii, quod in eo erat, facultatem, partim Traiecti, partim Swollæ, ea, quæ ad linguæ latinæ rudimenta pertinent, feliciter absoluit. Indeque Louanium ablegatus, sed cum parentibus curta esset supellex, in pædagogia Porcensi vna cum aliis

gratis

gratis educabatur. Gabriel Naudæus * auctor est, eum non secus ac Euclidem Megaris, & Augustinum Steuchum Eugubinum inter luctandum cum studiis & angustioris vitæ miseriis, sæpius visum fuisse ad ellychnios noctu in templis aut computis collucentes, legendi desiderio accessisse. In studio philosophiæ proficiebat plurimum, eloquentiæ tamen cultioris flores contemnere erat solitus. ** Pariterque in Theologia, Collegii S. Spiritus alumnus, cæteris facile palmam præripuit, donatus pileo laureaque Doctorali ann. CIↃ CCCCXLI die XXI Iunii, Margaretha, Caroli Audacis, Burgundiæ ac Brabantiæ Ducis vidua, impensas suppeditante. Nec multo post Canonicus ad D. Petri, eoque titulo Theologiæ Professor ob insignem scientiam, animique moderationem, communibus Canonicorum suffragiis pronunciatus, postea vero Decanus S. Petri & Vice-Cancellarius factus fuit, vocatus a Maximiliano I anno 1507, vt instrueret nepotem Carolum Archiducem, dum septennem, licet non ita proficeret in latina lingua, quod morum ipsius præfecto potissimum tribuendum. Missus postea

* *in pentade quæst. Iatrophilol. p. 91.*

** Iouius *in vita p. 223.*

legatus in Hiſpaniam, ad Ferdinandum Regem, qua legatione probe fuit defunctus, atque epiſcopus factus Dertuſenſis ab eodem Ferdinando. Hoc autem mortuo, vna cum Ximenio Cardinale, regimen geſſit, & poſtquam Carolus, Hiſpania relicta, ad capeſſendam coronam Imperialem in Germaniam iret, Hadrianus * cum imperio toti Hiſpaniæ præficiebatur, tanta cum dignitate, vt Cæſar recuſantem & præoptantem ſequi humaniſimis precibus, vt manere vellet, exorare cogeretur, quando rege abſente, in Hiſpania præſide opus foret præclaræ dignitatis & famæ, qui populos nequaquam adhuc parendi obſequio confirmatos, omnibus moderationis atque iuſtitiæ exemplis in officio contineret. Multa incommoda experiebatur, ſeditiones Hiſpanorum, inuaſionem Nauarræ per Gallos, quæ tamen reducta fuit, antequam eligeretur Papa. Cardinalem ipſum fecerat Leo X anno 1517, poſt cuius mortem auctoritate Caroli V, & præcipue Iulii Medicæi artibus ipſe eligebatur, quod tamen populo Romano admodum diſplicebat, eo quod peregrinus eſſet, ita, vt cum Cardinales, patefacto Conclaui domum redirent, paſſim

* Iouius *in vita Hadriani p. 120. edit. Florent.*

sim maledictis incesserentur. * Electus igitur 9 Ianuarii 1522, ex Catalonia soluens, Romam peruenit die 29 Augusti, verum papalem sedem per annum tantum possedit, mortuus 4 Septembris 1523. Et quidem Iouius testatur, mortem illum sibi contraxisse ex adsiduo cerevisiæ potu. Epitaphium in ecclesia S. Petri ipsi in monumento temporario positum *Adrianus VI hic situs est, qui nihil sibi infelicius in vita duxit, quam quod imperaret*, satis testatur, ipsum parum hac dignitate fuisse contentum. Quare etiam ipse dixit, *** sibi fuisse iucundius, Louanii gymnasium cum studiorum laude moderari, quam Romæ pontificia in sede Hierarchiam pontificiam administrare. Postea Guilielmus Enchauordius Cardinalis ab ipso creatus, non multo post magnifici operis sepulcrum extruxit in templo Deiparæ virginis, vbi inter Pium III & IV fuit sepultus. Solus quotidie locum Vaticani in accessum adiisse dicitur, sed compertum fuisse, postea testatur Battus apud Wolfium, **** illic

* Iouius *p. 131.*
** Augustini Oduini *Athen. Rom. p. 306.*
*** Iouius *p. 137.*
**** *Lect. memorabil. Tom. II. p. 192.*

lic mulierem forma egregia clam habuisse, cuius amoris caussa eo tam frequenter itasse vt eius amplexu frueretur. Datum est ipsi hoc insuper crimini, quod puerorum amoribus delectaretur, quia inter cæteros ministros nonnullos tenellæ ætatis & eximiæ formæ haberet. Contra hasce Batti iniurias tamen illum defendit in vita Adriani Gerhardus Moringus. * Singularia sunt, quæ de ipso narrat Iouius: *decreuerat*, ait, *vti poëtis non obscure subiratus, Pasquilli statuam, quæ erat in Passione, demoliri, atque eam in Tiberim præcipitare; sed Ludouicus Suessanus vrbano salsoque ingenio id fieri debere pernegauit, subdens Pasquillum vel in imo vado, ranarum more non esse taciturum, ad id vero pontifex, exuratur ergo, inquit in calcem, ne eius vestigii vlla omnino memoria supersit: Tum rursus Suessanus, recte inquit, sed tam crudeliter concremato poëtæ clientes non deerunt, qui patroni cineres inuidiosis carminibus prosequantur, & supplicii locum quotannis statuto solenni die concelebrent.* Hæc autem carmina sepulcro ipsius fuerunt affixa: ** *Quam*

* Baile *Dictionaire Historique* vbi etiam vitam eius late recenset.

** Iouius *in vita p. 149.*

Quam potes merito optimoque iure
inter pontifices Pios iacere
maxima pietatis Hadriane
Insignis pietas tua Hadriane
viuenti tibi profuit, decusque
aurei diadematis parauit.
Iure id mehercule, at aequius tuaque
certius pietatis hoc trophæum est,
defunctus quod honoribus tot, inter
duos contigerit Pios iacere.

Statura fuit proceriori, corpore neque obeso plus satis, neque gracili, fronte aliquantum depressa, oculis lucidis lætisque, naso nonnihil aduncо, aliisque corporis dotibus prædi-tus. Vitam illius fusius scripserunt Paulus Iouius, Onuphrius Panuinius, Gerardus Moringus, in Bibliotheca Belgica Dessellius, in Dictionario Bælius. Elogium Hadriano scripsit Aubertus Miræus & Io. Iacobus Boissardus. Orationem hortatoriam vehementem ad eundem, vt acceleraret iter Romam, scripsit Cyprianus Benetus. Itinerarium eius ex Hispania Romam confecit Blasius Ortizius ex domesticis Hadriani. De Aduentu eius ad vrbem librum conscripsit Conradus Vecerius. Hieronymi Nigri epistola de virtutibus Hadriani ad M.

Antonium Michaelium extat parte prima litterarum principum. In funere Pontificis Romæ in Cardinalium conſeſſu anno 1523 orationem habuit Conradus Vecerius, qui inter papæ clientes erat.

CONCLAVE ADRIANI SEXTI.

Romæ die dominica prima Decembris nocte ſequenti obiit Leo X 1521, Pontificatus ſui anno IX. Cardinales præſentes erant,

Epiſcopi.

Bernardinus Caruaial Oſtienſis tti. Sanctæ Crucis Hiſpanus.

Nicolaus Fliſcus ſabinen. Genuen.

Alexander Ianneſius, Tuſculanus Romanus.

Antonius de Monte, Albanen, Aretinus.

Presbyteri.

Petrus de Accoltis tti. Sancti Euſebii, Aretinus.

Achillis S. Mariæ in Transtyberim de Graſſis, Bononien.

Laurentius Puccius, SS. 4or. Coronatorum Florentinus maior Pœnitentiarius.

Iulius Medices Sti. Lauren. in Damaſo Vicecancell. Florentinus.

Ioannes Piccolomineus Ste. Balbinæ, Senen.

Ioannes Dominicus de Cuppis Sti. Io. ante Portam latinam Romanus.

Lau-

Laurentius Campeggius Sta. Anastasiæ, Bononien.
Raphael Petruccius Sta. Susannæ, Senen.
Andreas de Valle S. Priscæ, Romanus.
Ioannes batta Pallauicinus, S^{ti}. Apolinaris, Ianuen.
Scaramuccius Triuultius S^{ti}. Cyriaci, Mediolanen.
Pompeius Columna, XII Apostolorum, Romanus.
Ioannes batta Dominicus Iacobaccius, S^{ti}. Barti. in Insula Romanus.
Laurentius Campeggius Sanctæ Anastasiæ, Bononien.
Ferdinandus Ponzettus, S^{ti}. Pancratii, Neapolitanus.
Siluius Passerinus S^{ti}. Laurentii in lucina, Cortonen.
Franciscus Armellinus, S^{ti}. Calixti Perusinus, S. R. E. Camerarius.
G. Raymundus, S^{ti}. Marcelli, Hispanus.
Thomas de Vio ord^{is}. Prædicator. S^{ti}. Sixti Caietanus.
Aegidius ordinis heremitani, S^{ti}. Mathei, Viterbien.
Christophorus Foroliuien, Sta. Mariæ in Araceli, Franciscanus.

Diaconi.

Marcus Cornelius, Sta. Mariæ in via lata, Venetus.

Innocentius Cibo, S. Mariæ in Dnica, Ianuen.

Franciottus Vrſinus, S^ti. Euſtachii, Romanus.

Alexander Cæſarinus SS. Sergi, & Bacchi, Romanus.

Paulus Ceſius, S^ti. Euſtachii, Romanus.

Ioannes Saluiatus Florentinus SS. Coſmæ, & Damiani.

Ercules Rangonus, Sta. Agatæ, Mutinen.

Nicolaus Rodulfus S^ti. Viti, Florentinus.

Angelus Triuultius S^ti. Adriani, Mediolanen.

Franciscus Piſanus, Sta. Mariæ in Porticus Venetus.

Cardinales abſentes.

Dominicus Grimanus Epiſcopus Portuen. Venetus.

Franciscus Soderinus Præſtin Volterranus, Florentinus.

Franciscus Guillermus Sta. Præſedis, de Au, Gallus.

Matheus S. Potentianæ Sedunen. Heluetius.

Sigismundus Gonzaga, S. Mariæ nouæ, Mantuanus.

Thomas S. Cæciliæ, Eboracenſ. Anglus.

Boni-

Bonifacius Ipporegien.
Albertus Maguntinus.
Adrianus Florentinus SS. Ioannis & Pauli, Dertusen.
Ludouicus Borbonius, Gallus. *

Die luna 2ª. Decembris, summo mane conuenerunt in Palatio Aplico in aula paramenti; & venerato Corpore Pontificis mortui, congregati sunt in parua Aula, & elegerunt Dominum Constantinum Comninum, Ducem Achaie, & Macedoniæ, Capitaneum Vrbis, D. Vincentium Caraffam Archiepiscopum Neapolitanum Gubernatorem, Episcopum Spoletanum, & D. Annibalem Rangonum Custodes Sacri Palatii, & Rmos. DD. Antm. de Monte Episcopum, Io. Piccolomineum Presbyterum, & Paulum Cesium Diaconum, deputarunt pro funere, & aliis negotiis expediendis. Huic congregationi non interfuere, Medices, Cortonen, Cornarius, & Cibo. Singulis diebus fiebant Congregationes in 2ª. Aula, & inceptis exequiis in sacrario sancti Petri, tres deputati conueniebant in Palatio in cubiculo Dni. de Monte, simul cum Camerario, & multa expediebant pro custodia Vrbis, Via-

* *Hæc nomina Cardinalium non reperiuntur in Historia Conclauis Italica.*

Viarum, Pontium, & Portarum. Die X^a. venerunt Grimanus, Soderinus, Sedunen, Gonzaga, & Ipporegien. dum veniret, retentus est Papiæ; propterea Collegium scripsit ad D. Hier^m. Moronum, & alios Barones Mediolanen. noluerunt enim ingredi Conclaue, nisi prius liberaretur.

Die 21. ad ripam Tyberis in Domo Decani, facta est Congregatio generalis, peractis exequiis, & fuit locutum de ingressu Conclauis; Volterranus dixit, pedites qui erant ad custodiam Palatii, & Comitem Rangonum, esse suspectos, & triremes Cæsaris esse in Portu Ciuitatis veteris, & nisi fieret alia prouisio, protestari se de loco non tuto. Quare conduxerunt duos Barones Columnenses, Vespasianum, & Prosperum Iuniorem; & duos Vrsinos, Ludouicum Comitem Pitiliani, & Laurentium Caietanum ad custodiam; qui petierunt a R^mis. deputatis VI^m. ducatorum & cum eos non haberent, cogitauerunt R^mi. accipere mutuo, assignando creditoribus, anatarum communium, & minutorum seruitiorum, quæ obueniunt Collegio; sed noluerunt hæc referre in Congregatione generali, nisi potestatem haberent.

Die

Die 23. * *Congregatio generalis in domo Decani habita est, vbi omnes fuerunt praeter Grimanum, Mantuanum, & Cibo, & assensum dederunt assignationi.*

Die 26ª. Domini deputati, & Camerarius acceperunt mutuo a Chisiis mensariis 2m. & Thomas regis Elicus Camerae mutuauit totidem gratis.

Die 27ª. in Basilica Sancti Petri in Capella Sixti quarti habita Congregatione, & cantata missa Spiritus Sancti, ingressi sunt Conclaue, numero, 29. eo die nihil actum est de electione; sed de custodia Conclauis per Praelatos, & Barones, & legatos Principum facienda.

Die 29. deliberauerunt quod vota darentur secreta Schedula clausa, vbi est nomen Electoris, & sigillo obsignata; & ne accedendo ad eundem quem nominauerunt, aliqua fieret fraus, deliberatum est, vt omnes essent signatae aliquo signo; & qui vellet accedere, proferret suum signum, & aperiretur nomen suum, & tunc accederet cui vellet, modo non accederet nominatis a se; haec forma fuerat decreta prius die VIII Decembris, sed haec die fuit iterum proposita; & multi variabant sententiam, ordo eligendi Pontificem.

vt

* *Historia impressa alias dies habet 13. 14. 16. 20.*

vt seruaretur antiqua forma, & nota esset, tamen maior pars voluit vt darentur obsignata quoad nomen Electoris.

*Die 30. in Capella Niccolæ, celebrata missa per sacristam primum scrutinium electi scrutatoris, capita ordinum, & Dominum de Araceli. Pisanus circumferebat Schedulas, Cornelius legebat; finito scrutinio Cornelius legebat vota sigillorum, & fiebat collatio; singuli enim Cardinales legebant in suis scriptis. Ostien. habuit 4. vota, Grimanus 10. Volaterranus 5. Fliscus X. de Monte & Accoltus 5. de Grassis 6. Iacobatius 7. Medices 3. alii pauciora. **

*Die prima Ianuarii 3.** scrutinium, & fuit vna Schedula, qua nominauit 13. Quamobrem indignati sunt multi, & volebant aperire schedulam, tamen non est factum; in reliquis erant notata nomina ab vno vsque quinque. Ostien. 10. Fliscus Piccolomineus, Scaramuccius, Iacobatius, & Vrsinus. 7. de Monte, Ponrettus 6. Accoltis.*

Medices, Tranen. Araceli, & Cornelius 5. reliqui pauciora.

Die 2ª. 4. scrutinium, Ostien. 14. Accoltis 5. Fliscus,

* *Aliquantum abit historia impressa.*

** *Historia impressa hoc secundum & sic porro.*

Fliſcus, Iacobatius, & Sancti Sixti 7. Sedunen. Valen. Araceli, & Mantuanus, 6. de Monte, Vrſinus quinque Volaterran. Bononien. de Medicis, Campegius, & Aegidius 4. reliqui pauciora.

Die 3ª. 5. ſcrutinium, Soderinus, 12. Fliſcus, 9. Dertuſen. abſens 8. de Monte, de Accoltis, Eboracen. abſens, Iacobatius 7. Oſtien, Medices abſens de Vio, & Aegidius 4. reliqui pauciora. *

Die 4ª. Sabati. 6. Oſtien, Fliſcus 4. Sedunen. SS. 4or. Iacobatius, & Araceli, 8. de Accoltis, Volaterr. Campeggius, & Vrſinus. 7. reliqui pauciora.

Die quinta 7. ſcrutinium Fliſcus 7. Sedunen. 8. SS. 4or. & Viterb. 7. Oſtien. de Accoltis, & Bononien. Medices, & Iacobatius 6.

Die 6ª. 8. ſcrutinium de Accoltis, & Vrſinus attulerunt Schedulam Domini de Cibo agroti, & antequam inciperetur ſcrutinium, ſuadendente Coſarino, mutauit ſententiam, & aliam miſit. D. Farneſius habuit 12. vota, & SS. 4or. dixit Papam habemus, & incepit accedere ad illum, quod fecerunt Medices, Petruccius, Valen. Campeggius Cortonen. Armellinus, & Ran-

* *Varia hic & in ſequentibus ſcrutiniis diuerſitas.*

Farnesius Pontificatui prosimus 1521.

Rangonus. Cesarinus accessit ad Aegidium, non accedendum ad Farnesium cui dederat votum. Cepta est contentio, an accedendo ad alium, auferat votum ab electo prius, & non fuit decisa, & Papam non habuimus. D. Grimanus propter inualetudinem, & quia videbat multa que sua conscientia ferre non poterat, recessit a Conclaui, dissuadentibus omnibus Reuerendissimis.

Dissensio Cardinalium de accessibo.

Aegidius contra Farnesii.

Aegidius fertur circumiuisse omnes Cardinales, & multa mala dixisse de Farnesio, quod suus confessor fuerat multos annos.

Die 7. 9. Grimanus, & Fliscus 10. Ostien. 9. Sedunen. & Iacobatius 8.

Die 9. 9. Ostien. & Dertusen. habuerunt vota 15. D. Sancti Sixti dictus de Minerua dixit, eum Dertusen esse virum bonum, & doctum, & accessit rogans alios, vt accederent; inde accesserunt Columna, Caualicen, de Monte, Triuultius, Piccolomineus, de Accoltis, Araceli, Armellinus, Iacobatius, Tranen. D. Sancte Crucis accessit ad Montem, vt offerret votum ad Dertusen, Bononien. dixit se non accedere quia non nouerat hominem, qui nunquam fuerat in Curia; tamen omnes conuenere, & rogatus

*gatus est D. - - - * de Grassis Episcopus Pisaurien. de hac electione vt Hor. Papam habemus R^mum. Dominum Adrianum Florentinum, natione Flandrium, ex Ciuitate Traiectensi tituli S^tor. Ioannis, & Pauli Presbyterum Cardinalem, Dertusensem absentem in Hispania in Ciuitate Victoria. & fuit publicatum per D. Cornelium, die 9. Ianuarii. hora 13. 1522. Deinde R^mi. Congregati in aula pro fabas albas & nigras, deputauerunt legatos ad S^m. D. Nrum de Columna, & Cesarinum; & apertum fuit Conclaue.*

Die X^a. R^mi. elegerunt Vrsinum 3^m. legatum. Item decreuerunt, ecq^o. aduenire Pontifex, tres ex quolibet ordine singulis mensibus gubernarent, & manerent in Palatio; ardua ad generalem congregat^m. referrent, primi fuerunt Decani ordinum, sequente Mense die X febr^ii. D. Grimarus, & Cibo, Diaconi excusauerunt a Gubernatione propter agritudinem; & fuit deputatus Fliscus, qui se excusabat, sed non fuit admissa excusatio, sed noluit manere in Palatio.

Die X^ma. Aprilis D. Michael Euicauort **

* *Monsignor Dario de Grassis.*

** *In impresso dicitur Signor Guglielmo.*

datis litteris credentialibus publicauit nomen Pontificis Adrianus VI. Aliquibus non placuit, quia non mutasset nomen. Die V. Augusti D. soluit a Portu Liburno cum Classe 14 triremium prefecto Linando Dominos Medicem, Piccolominæum, Petruccium, Cortonen. Presbyteros, & Rudolphum Diaconum, ad osculum pedis, manus & oris susceptit, in triremi, ibique pernoctauit. Die 26. cum 18. triremibus venit ad Ciuitatem. Die 27. in oppido susceptus a R^mis. de Columna, & de Vrsinis, qui in triremi prius litteras Collegii presentauerant, & osculati fuerant pedes deputati, & de loco coronationis propter pestilentiam Vrbanum SS^tum. fuit nocte in triremi. Die 28. venit Hostiam ingressus tyberim in Bregantino, multæ triremes descriptæ vix Caietam appulerunt D. Nr. venit ad S. Paulum, cui obviam venerunt multi R^mi. Domini, & legati Principum, & Romanus Populus. Die 29 indutus pluuiali, & mitra in sacrario S^ti. Pauli recepit ad osculum pedis, manus, & oris, & omnes Reuerendissimos vocatusque est iterum Adrianus VI. Deinde venit cum cantoribus ad Altare maius, & sedens ibidem recepit iterum omnes R^mos. ad osculum, vt supra.

Eodem die venit cum pileo, & stola, equitans per vicum Iudeorum, & Campum Florę ad sanctum Petrum; vbi sedens in Altare tertio recepit omnes R^mos. ad osculum, quod visum est nimium esse, vt tot oscula repeterentur. Die vltima Augusti paratus pontificialiter in Capella Sancti Andreæ, celebrauit in altare Sancti Petri; deinde ante scalas a D. Cornelio coronatus est; & factum est conuiuium in aula Innocentii Octaui.

Absoluta Conclauis Historia, pergendum est ad ipsam nummi explicationem, quam breuibus absoluemus. Nummum huncce ab Vltraiectensibus fuisse cusum in honorem ciuis sui satis testantur eorundem insignia, quæ adiecta. Prior pars exhibet effigiem Papæ, habitu suo Pontificali amicti, cum triplici Corona, hac addita inscriptione: M. ADRIAEN. VAN. GOD. GHEKOREN. PAVS. VAN. ROMEN. T'VTRECHT. GEBOREN, Pallium autem Papale tres habet acus aureas, ternis vnionibus luculentissimis ornatas, quarum prima, (quæ hic etiam exprimitur) ad pectoralem decussim, altera ad humeri dextri cruciformen lineam, tertia in tergo sedet. * Insignia a dextro latere

 sunt

* Tuldenus *Hist. part. I. Lib. IV.*

sunt quadripertita, cuius primum et quartum latus tres vncos habet, quales alias in insignibus Schenckiorum de Winterstetten, Prabeckiorum atque aliorum licet conspicere: secundum vero & tertium leonem præ se ferunt. Cuiusnam hæc sint adsignia, liquidum oppido non est, Pontificis inferiori loco nati insignia non esse facile patebit, maxime, cum ipsi Panuinius plane alia adsignet. Leonem veterem Vltraiecti esse tesseram, ex sigillo Philippi II, Hispaniarum Regis apud Vredum, * constat. Quid si dicamus, eosdem hos vncos conuenire quoque Vltraiectinis, maxime quod similem baculo adfixum teneat puer. ** Alia sinistri lateris insignia Vltraiectinæ sunt ciuitatis; scutum scilicet argento & Coccino, in obliquum bipertitum: argentea pars, contra leges Fecialium, vt Ciuitatum mos est, aurea Martini, equum insidentis atque partem chlamydis egeno impertientis imagine, exarata, prout eadem videmus in sigillo Alberti & Elisabethæ apud Oliverium Vredum, *** licet in hoc ipso ectypo ege-

* p. 215.

** apud Bizotum loco oncorum crux additur in signibus Vltraiect. Hist. Metallique d' Hollande supplem. p. 126. 133. 140.

*** Sigillis Comitum Flandriæ p. 281.

egeni effigies haut satis recte videatur expressa. Auersa nummi pars amoris typum habet. Nec dubium, Numisma illud cusum fuisse in grätiam Papæ vrbisque honorem a ciuibus Vltraiectinis, qui illa dispensarunt in ludis solennibus, illius caussa institutis. Nec Molinetus, nec etiam Bonnanus hunc nummum in sua Historia Pontificum Numismatica habent, quod alias nummum satis esse rarum arguit. Vnicum saltim Hadriani VI numisma adfert Molinetus, cuius pars altera aliquot repræsentat libros, sub quibus duo visuntur claues decussatim positi, de super volitante columba, cum inscriptione *Spiritus Sapientiæ*. Molinetus * quidem per libros eius doctrinam; Sapientiam eius per columbam, tanquam Spiritum sanctum denotari dicit. Verum claues & corona Papalis numisma arguunt in honorem creationis eius cusum, dum ob eruditionem per inspirationem diuinam electus dicebatur. Duo, præter hoc & alia refert Bonnanus ** in creationem Adriani VI cusa, cuius altera pars Papam repræsentat pluuiali indutum throno insidentem, cui Cardinalis tiaram imponit. Al-

* *Hist. Pontif. p. 39.*

** *Numism. Pontificum Tomo I. p. 181.*

terum Papam monſtrat throno inſidentem, veſte ſacerdotali, duobus Cardinalibus tiaram imponentibus, adſidentibus etiam aliis, cui inſcriptum: *quem creant adorant.* Facile patet, nummum iſtum cuſum fuiſſe in ritum illum, * dum, poſtquam habitu pontificio indutus, Cardinales pedem, manum dextram & os primo oſculatum admittat, quod die 29 Auguſti factum, vt hiſtoria Conclauis dicit.

* Becman. *notit. dign. illuſtr. diſſ. XVI. c. II. §. III.*

IN-

INDEX
RERVM PRAECIPVARVM

De Casp. *Barthio* iudicium p. 31. 52. 60.
Io. Henr. *Boeclerus* p. 18. 19
Io. Andr. *Bossii* elogium. 51
M. Aur. *Cassiodorus*. 1.
Coronandi Imperatorem ius. 48
Io. *Eichelius*. 17
I. Nicii *Erythraei* scripta 8. sqq.
Honoratus *Faber*. 45.
Grotius cuius religionis. 39.
liber de iure B. et Pacis. 3
Hadrianus VI historia, Conclaue & nummi. 65. 66.
Hildebrandi moriendi ratio. 49
Christian *Hoburg*. 61
Zacharias *Hogelius*. 2.
Iesuitarum scripta. 26
Librorum selectus. 4. seqq. 22
Thomæ *Reinesii* scripta. 51.
Religionum concordia. 24.

Sal-

Salmasius in Miltonum. 49
Spormacheri iustitia vulnerata. 2
Frid. *Tilemannus*. 50. 51. 55.
Tuldenus de causis corrupt. iudic. 2.
Varenius pro Arndio. 61.
Volrathi iurisprudentia analytica. 53
Vorburgius. 20.

ACTA LITTERARIA

EX

MANVSCRIPTIS

ERVTA

ATQVE COLLECTA

CVRA

BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII.

FASCICVLVS QVARTVS.

Bibliotheca Anglica

IENÆ,
Apud IOANNEM BIELCKIVM.
MDCCVI.

Continentur hoc fasciculo.

I. Inuentarium Bibliothecæ Sixti IV. per B. Platinam.

II. Ioannis Maioris synodus auium cum annotationibus Ioachimi Felleri.

III. Conradi de Monte Puellarum Oeconomica.

IV. Viti Winshemii epistola ad Ioannem Stigelium, de capite Mauritii statuæ in arce Berolinensi auulso.

INVENTARIVM BIBLIOTHECÆ PLATINÆ SIXTI IV. PONT. MAX.

Bibliotheca Angelica

INter præstantissimas nostrorum temporum Bibliothecas recenseri Romanam, in Vaticano expositam, Manuscriptorum quæ ibidem reperiuntur, antiquitas, tum etiam copia atque præstantia testantur. Neque tamen ab vno tempore ista Bibliotheca in tantum erecta est fastigium, sed per multorum Pontificum curas, aliarum accessionem, spolia etiam Germaniæ in tantum prouecta. Mittimus nunc illos, qui vel Petro, vel Hilario Pontifici prima eiusdem initia adscribunt, cum priora sint falsissima; hæc, vera quidem, sed leuia saltim; potiora tribuimus Nicolao V, qui ad promouenda studia erat propensissimus. Verum, ab isto quoque tempore diuersis subiecta fuit mutationibus, cum Clemens V. illam cum papali

sede Auenionem transportaret, Martinus V. vero Romam reduceret, & in Vaticano collocaret. Aſt, diffuſi ſparſique erant libri, quos Sixtus IV. certo atque opportuno loco digeſſit, armariis inſtruxit, auxit, & per Bartholomæum Platinam in ordinem redegit. Quod ſi non minora debentur illis, qui ordinem rei, quo omnia conſeruantur, concedunt, quam primo eiusdem auctori, non minimam certe Vaticanæ Bibliothecæ partem Sixtus IV. ſibi vindicabit. Hic enim, prout ante papatum ſummo ferebatur in ſtudia feruore, vt, antequam Papa fieret, non ſolum communem eruditorum fauorem in ſe excitaſſet, ſed etiam diuerſis in Italorum gymnaſiis, Patauino inquam, Bononienſi, Papienſi, Senenſi, Florentino & Peruſino publice profiteretur, multis etiam ſcriptis clarus eundem ardorem, Papa adhuc, continuauit. Licet autem bellis vltra meritum implicaretur, curam tamen ſtudiorum non intermiſit, ad quæ promouenda nihil iudicauit eſſe vtilius, quam debitum Bibliothecæ ordinem adſignare. Teſtatur de eo Onuphrius Panuinius in vita: (a) *Bibliothecam Palatinam in Vaticano*

toto

(a) *p. 348.*

toto terrarum orbe celebrem Platina prafecto, aduectisque ex omni Europa libris construxit, certosque prouentus, vnde custodes & librarii Graeci, Latini & Hebraici menstrua salaria, quibus ali possent, haberent, librique emerentur, assignauit, opus omnium praeclarissimum, & pontifice maximo dignum. Hinc etiam eiusdem simulacro in Bibliotheca Vaticana versus hosce ait esse adscriptos:

Templa, domum expositis, vicos, fora, moenia, pontes,
Virginiam Triuii quod repararis aquam,
Prisca licet nautis statuas dare commoda portus.
Et Vaticanum cingere Xyste iugum
Plus tamen vrbs debet, nam qua squalore latebat.
Cernitur in celebri nunc Bibliotheca loco

Idem testatur Mutius Pansa in discursibus de libraria Vaticana. (b) Neque tamen minora debemus industriæ Platinæ, quam in ordinanda & publico exponenda hac Bibliotheca exhibuit. Bartholomæi Sacci nomen habebat, Platina vero dictus a vico Cremonensis agri, qui hodie dicitur Piadena. Baptistæ

(b) *disc. VI. p. 25.*

ſtæ prænomen ipſi concedunt, Voſſio tamen & Bælio potius adſentimur. Humili loco erat natus, vt ob patrimonium, vel nullum vel plane exiguum, arma ſequi cogeretur, his tamen poſt aliquot tempus relictis, ſtudia multo cum fructu fuit adgreſſus, vt philoſophus non ſolum, ſed etiam Rhetor haberetur diſertiſſimus. Romam ſub Calixto IV. papa adiit, in familiam receptus a Ioanne Beſſarione, Cardinale. Huius commendatione a Pio II. minora quædam beneficia obtinuit, poſt & opimo ſacerdotio & munere abbreuiatoris Apoſtolici fuit donatus. Paulum II. Pii ſucceſſorem ipſe cum ſociis minus propitium fuit expertus. Hic enim abbreuiatores omnes, quos in ordinem redegerat, tanquam inutiles & indoctos exauctorauit. Quid ad hæc egerint, ipſe teſtatur in vita Pauli II. (c) *tentarunt tamen hi, ad quos res ipſa pertinebat, hominem e ſententia dimouere. Atque ego certe, qui horum de numero eram, rogando etiam, vt cauſſa ipſa iudicibus publicis (quos Rotæ auditores vocant) committeretur: tum ille toruis oculis me adſpiciens, itanos, inquit, ad iudices reuocas, ac*

ſi

(c) *p. 331.*

si nescires, omnia iura in scrinio pectoris nostri collocata esse? sic stat sententia, inquit, loco cedant omnes, eant quo volunt, nihil eos moror, pontifex sum, mihique licet pro arbitrio animi, aliorum acta & rescindere & approbare. Cum autem Platina per XX. dies continuos, vt pontificem adloqui liceret, frustra quæsiuisset, epistolam Papæ scripsit his ferme verbis: *si tibi licuit indicta causa spoliare nos emptione nostra iusta ac legitima, debet & nobis licere, conqueri illatam iniuriam iniustamque ignominiam. Reiecti a te, ac tamen insigni contumelia affecti, dilabemur passim ad reges, ad principes, eosque adhortabimur, vt tibi concilium indicant, in quo potissimum, actionem reddere cogaris, cur nos legitima possessione spoliaueris.* Paulus vero, lectis hisce litteris, Platinam reum maiestatis accersit, in carcerem trahit, compedibus reuincit, mittit Theodorum, Taruisinum episcopum, qui quæstionem habeat, obiecto læsæ maiestatis crimine: Sic, media hyeme, sine foco, celsa in turri ac ventis omnibus exposita, coërcitus fuit mensibus quatuor: liberatus tandem precibus Pauli Francisci Gontzagæ, Cardinalis, ita tamen, ne Romana

vrbe exiret. Triennium vix ita transegerat, cum vanus rumor esset, adolescentes multos duce Callimacho in Paulum conspirasse. Rapiebatur cum aliis Platina, tormentis crudeliſſime subiicitur, vt coniurationis seriem explicaret, cum tamen vana essent omnia. His licet compertis, neque ille, nec alii liberabantur, ne leuitatis & sæuitiæ argueretur pontifex. Neque hoc tamen contentus Paulus, quos paullo ante coniurationis & maiestatis accersierat, eosdem mutata sententia, ob diuulgatam fabulam hæreseos accusat, cuius etiam inculpabatur Pomponius Lætus. Potissimum obiiciebatur, legere illos scriptores antiquos, atque inter hos Platonem: negare illos immortalitatem animæ: in dubium disputando Deum vocare, & quæ sunt alia. Sed ipse se defendit Platina: *nullum mihi facinus impingi potest, non furtum, non latrocinium, non sacrilegium, non depeculatus, non parricidium, non rapina, non Simonia. Vixi, vt Christianum decebat, confessionem & communionem in anno, semel præsertim intermissi nunquam. Nil ex ore meo excidit, quod contra symbolum esset, aut hæresin saperet.* Post annum demum liberatus, vanis pollicitationi-

tationibus ineſcatus, vsque dum Paulus II. apoplexia extinctus, papalem ſedem Sixto IV. relinqueret, qui ipſi ordinandæ Bibliothecæ curam demandauit, quo etiam regnante, anno 1581. peſte fuit demortuus, Quirinalem domum cum Laureto ad coronandos poëtas Pomponio relinquens. Pleraque ipſe de ſe in Pauli II. vita teſtatur. Reliqua Ferrarius in proluſionibus, Bælius & Iouius docent.

Hoc ipſum igitur Manuſcriptum induſtriæ Platinæ debemus, quo non ſolum ordinem Bibliothecæ Vaticanæ, quam inſtruxit, ſed etiam Codices, qui iſto tempore in eadem continebantur, deſcriptos videmus. Codicum iſtorum plerique ſunt membranacei: ordo non iniuſtus, quæ de Platinæ peritia ſatis teſtantur. Licet tanta Vaticanæ non fuerit præſtantia, quanta per ſpolia Germaniæ, atque Vrbinatenſis Bibliothecæ acceſſionem poſtmodum fuerit facta. Manuſcriptum hoc ex Bibliotheca patris ſui, venerandi olim viri, Adami Tribbechouii ſeruat filius eiusdem, Ioannes Tribbechouius, Profeſſor apud Halenſes eximius, cuius beneficio eiusdem debeo communicationem. Ex Bibliotheca Dalburgiorum promanaſſe teſtantur in priori pagina picta Dalburgiorum inſignia,

quæ quadripartita in prima atque quarta area clauem repræsentant in scuto nigro aureis stellis sato : secunda & tertia vero Caput dentatum aureum, cœruleo scuto & sex liliis albis instructo impositum, quæ gentilitia sunt Camerariorum de Dalburg insignia. Magis illud adhuc patet ex epistola, quam integram inseruimus, Iacobi Aurelii Questenbergii, Germani, quam ad Ioannem Dalburgium, episcopum tum Wormatiensem scripsit, ex qua concludimus, integrum Inuentarium a Questenbergio, dum Romæ esset, descriptum, atque ad Ioannem Dalburgium fuisse transmissum. Industrius vir erat Questenbergius, neque tamen fama adeo notus, eo quod nihil scriptorum monumentis consignauit. Memoriam eiusdem nobis reliquit Petrus Albinus. (d) Freibergensis erat patria, atque primum Lipsiæ studiis incubuit, in iisdemque multum profecit. Romam postea adiit, ibidemque in familiam Marci de S. Marco, Cardinalis Veneti fuit adoptatus, qui eum ob ingenii facultatem plurimum adamauit. Græcas autem literas eodem auctore tractare cœpit, doctore vsus Argyropulo, has,

(d) *Chron. Misn. Tit. XXV. p. 689.*

has etiam magno ardore prosecutus, ac frequentissime Græcis describendis auctoribus operam dedit. Multum inde profuit Ioanni Capnioni, in sua cum monachis controuersia. hic enim cum Romæ esset, eiusdem amicitia vsus, aliquos etiam Codices Græcos eiusdem manu descriptos in Germaniam secum tulit, quos postea in Dalburgii Bibliothecam delatos fuisse dicit Albinus, & licet saltim contrarias Aeschinis atque Demosthenis Orationes, Athenæum & Proclum memoret, inter hosce tamen nostrum etiam fuisse Manuscriptum facile constabit. Magnæ auctoritatis erat apud Romanos, vt eundem etiam grauissimis adhiberent consiliis, neque tamen beneficiis ecclesiasticis, quæ ipsi offerebantur, fuit vsus. In epistola tamen ad Capnionem hoc titulo vtitur. *Iacobus Aurelius de Questenberg, Decretorum Doctor & breuium Apostolicorum scriba.* Ex quo videmus, eodem munere, quo Platina ante, fuisse præditum. Prædicat illum insignem antiquarium in Roma sua, capite primo Fabricius, licet male Hieronymum vocet. Mortuus in eadem vrbe, cum multum ciuibus suis profuisset. Hic autem sine dubio ex ipso Bibliothecæ Vaticanæ Codice hoc Inuentarium descripsit.

Diuidit Platina libros ſecundum Banca, ſiue Repoſitoria, ita, vt primum Bancum contineat Biblia cum Patribus, qui in certos S. Scripturæ libros fuerunt commentati. Secundum Bancum continet Scripta Hieronymi & Auguſtini ſpecialia. Tertium alia adhuc Auguſtini, Ambroſii, B. Gregorii. Quartum ſcripta Chryſoſtomi, Euſebii atque aliorum, Thomæ etiam. Quintum & Sextum Thomæ & Scoti, aliorumque Scholaſticorum. Octauum & Nonum Ius Canonicum & Ciuile. Sequuntur Philoſophi ſecundum repoſitoria, ſua, atque inter hos primum Ariſtoteles cum Commentatoribus, Euclides cum Aſtrologis, Poëtæ, Senecæ Opera. Inter hæc, cum Epiſtolis Ciceronis adnexus ſit Laurentius Valla de donatione Conſtantini M, additum in margine rubris litteris de donatione Conſtantini *hic liber amotus eſt & repoſitus in Bibliotheca ſecreta.* Oratores, & inter hos Ciceronis Opera. Hiſtorici Veteres, Hiſtorici eccleſiaſtici, Grammatici. Sequitur Bibliotheca Græca ſecundum ſua repoſitoria, in quibus primum Teſtamentum Vetus & Nouum, Patres, Philoſophi, Oratores & Rhetores, Hiſtorici, Poëtæ & Grammatici. Sequitur Bibliotheca

ſecre-

secreta, secundum banca sua, Biblia, Patres, Theologi, Canonici, Concilia, atque inter hæc vti Rubrica testatur: *Gestorum & decretorum in concilio Basileensi pars 2. ex papyro in tabulis*, licet etiam inter hæc aliqua contineantur historica. Vltimus huius Bibliothecæ liber est, qui appellatur flos Chronicarum, littera Sclauonica. Secreta quidem dicitur hæc Bibliotheca, licet secreti nihil contineat, meliores tamen aliqui videntur esse Codices. Hanc excipit Bibliotheca Pontificia, quæ Testamentum Vetus & Nouum, Commentatores, Patres, Theologos, Scholasticos, Philosophos, Cosmographos Canonicos, Iureconsultos, Græcos comprehendit. Alia sequitur Bibliotheca Secreta, cuius armarium primum, libros sacros, Missales, pontificales, Breuiaria & de diuinis officiis continet. Sequuntur Gregorii, Ambrosii, Bernhardi, Chrysostomi, Augustini, Cypriani, Lactantii, Cyrilli & Io. Casiani Opera, plerumque verò Homiliæ & Commentarii. Secundum armarium Iure consultos, tam Canonici quam Ciuilis Iuris Scriptores, Commentatores in S. Scripturam, Sententionarios, Poëtas, Grammaticos & Historicos Græcos,

Mathe-

Mathematicos & Astrologos, Oratores & Rhetores, Philosophos, Chrysostomi & aliorum scripta, Theologos, aliosque diuersæ facultatis, Historicos, atque inter hos, tres Tomos voluminum & priuilegiorum litterarum Imperatorum, Regum, Principum ac summorum Pontificum Romanorum, Constitutiones etiam Pontificum, taxas Romanas, Arabicos, Philosophos, Historicos ecclesiasticos, Ceremonialia varia, Poëtas, Oratores, Rhetores, Sermones, & de diuinis Officiis Scriptores, Concilia & Canones de potestate ecclesiastica, Scriptores, Medicos, Astrologos. Sequuntur auctores Græci, quos impensis Laurentii Medicis, Lascares ex Peloponeso in Italiam aduexit. Succedit Index librorum repertorum Mediolani ductu & auspiciis Georgii Merulæ. Demum reperitur index librorum Plutarchi, qui in Bibliotheca Pontificia extant, quem Aurelius Questembergius confecit, auctoritate Ioannis Dalburgii, vti præmissa testatur epistola:

Optimo Clementissimoque Puincipi Ioanni Dalburgio Camerario, Pontifici Vormacien. Dignis. Iacobus Aurelius Questemberg Germanus.

Quam

QUam plurima sunt, Reuerendissime Pater, Plutarchi Stobaique Graeca volumina, quibus si adfulserit benignitas tua, latina fient. Cupis id potissimum: Quoniam à prima dignitate bonis artibus & ingeniis fauere cœpisti, fauesque in ista sublimi atque amplissima bonorum Maiestate. Indices librorum ipse transtuli, iudicium Sapientiæ tuæ subituros. Multa e graeco in latinam versa sunt: Sed longe plura desunt. Auctores bi quiquid ad ingenium humanum accommodari potest, explicuerunt, nihilque quod salubre fore intelligebant, prætermisere. Hæc, si beneficiis amplitudinis tuæ, quæ cumulatissima, impendere non fatigaris, præcipue studiosis, quos singulari cura foves, legerint mortales: & qui sunt, & qui nascentur, habebunt ductui & auspiciis tuis gratias: Laudabit itaque seculum nostrum quo te florere contigit, talem Principem atque Pontificem qualem semper optabit posteritas. Recte ac feliciter proroget tibi annos DEUS.

Deinde, omnes fere singulares Quæstiones in Plutarchi libris pertractatas in-

indi-

indicem hunc retulit. Sic etiam, cum antiquissimus Stobæi Codex in Bibliotheca Pontificia reperiatur, singulos titulos in eius sententiarum libris repertos indicat. Sequitur Ausonii Periocha Iliados & Odysseæ Homeri, quæ inter eius opera reperitur, Eiusdem quoque Catalogus vrbium nobilium, Epistola de ludo Septem Sapientum.

IOAN;

IOANNIS MAIORIS SYNODVS AVIVM, SEV CARMEN DE CERTAMINIBVS INTER PHILIPPISTAS ET FLACIANOS SECVLO XVI. AGITATIS, CVM NOTIS IOACHIMI FELLERI.

NOtissimæ sunt vel omnibus Ecclesiasticæ Historiæ cultoribus, quæ inter Philippum atque Flacium fuerint contentiones, ipsæ quoque ad horum adsecias promotæ. Originem hisce dedisse videtur ipse Flacius, qui Wittebergæ licet viuens, iniurius tamen erat in illos, quibus plurimum debebat, vt clanculum illos suggillaret. Augebant easdem diuersa, quæ inter Melanchthonem & Flacium naturæ erat ratio, quanto enim iste timidior, tanto magis hic ebulliebat: accedebat Flacianæ eruditionis æmulatio. Nolumus iam ipsas controuersiarum periodos hic enumerare, cum sufficere possit Arnoldi Historia Hæresium parte secunda libro XVI. c. XXIX, solum dicendum erit de nostro poëmate, quod singularia multa continet, e quibus hæc illustrari possit controuersia, licet facile

facile pateat, ipsum maiori in Philippum studio fuisse ductum. Elegans tamen est poëma, impressum quidem iam olim cum aliis eiusdem Maioris poëmatiis, post, Lipsiæ recusum & a Ioachimo Fellero publice expositum. Ex his autem publicis lectionibus ortæ sunt præsentes notæ eruditissimæ, quas ex Mstis paternis nobis cum communicauit amplissimus Vir, Ioachimus Fridericus Fellerus. Secretarius Vinariensis. De celeberrimo Auctore, Ioachimo Fellero, poëseos olim Professore apud Lipsienses meritissimo nihil addimus, cum vitam ipsius integram exposuisset parte quarta Clarmundus: vnicum adhuc, quod omisit ille, indicasse sufficiat, coniunctam cum comitate eruditionem debitis laudibus exornasse Iacobum Tollium epistola itineraria tertia, cui plene subscribimus.

SYNO-

SYNODUS AVIUM,

depingens miseram faciem Ecclesiæ, propter certamina quorundam, qui de Primatu contendunt, cum oppressione rectè meritorum. 1557.

EX quo Cygnus ouans flauentis ad Albidos oram
Clauderet emeritos fatorum numine cursus,
Vitaque cum cantu finita volaret ad auras:
Continuò visum est avibus cantare peritis
Cogere conuentum, vacuis vt forte reponant
Sedibus artificem, cuius censura sonoras
Digerat alituum linguas, qui iura vocatis
Poneret agminibus, melior qui carminis autor
Inter aues dubiam posset dissoluere litem.
Accingunt se omnes sorti, pars asserit ipsum
Portendi fatis Cuculum, lætisque vocari
In regna auspiciis, voluat quia pectore sortes
Augur, & aduentu tempus præcurrat apricum.
Sunt quoque, qui Gallum suadent in sceptra reponi
Indice cum Petri lapsum clangore notarit,
Quando fides linguæ renuit temerata magistrum.

Idem etiam indicio rudibus solet esse colonis,
Æolii fratres quanam regione ferantur.
Nec minor est numerus Merulam qui poscere sortes
Inculcant, pronoque ferunt suffragia vultu.
Fallitur & fallit, vulgi qui pendet ab ore
Pronum iter ad lapsus vulgi sententia ducit.
Sed volucres, quarum melior sententia menti,
Mansuetæ volucres, operam quæ nempe canoris
Vocibus impendunt, vno omnes ore loquentes
Vota ferunt, Philomela, tibi, tibi pectore toto
Gratantur venienti omnes, dominamque salutant,
Cui Deus & Musæ blandas in carmine vires
Suffecere, fugant curas hominesque feraque,
Illa canit, plausu cordis salit abdita vena.
Non illam stimulis carpendi sæva cupido
Suscitat, haut rostro metuenda ac vnguibus vncis,
Sola auium summæ non horret acumine linguæ.
Dumque in conspectu primo sors cæca vagatur,
Atque animus nunc huc celeres, nunc dividit illuc,
Extemplo se quisque suis è sedibus aufert.
Incertus quo fata cadant, quem numina poscant.

Nec

Nec minus hi tabulæ mandant consulta fideli,
Inque fori rostro facti monumenta relinquunt.
Interea volucres, quarum data nomina sorti,
Æstu rem superant, & partibus agmina furtim
Ascisunt conflata suis, & fœdere pacto
Sollicitant, qui frena fori commissa gerebant.
Nec Philomela dolos agitat, nihil illa moratur
Turpia laturos spertis suffragia diuis.
Progeniem, nidosque fouet cum gente canora,
Nec se passa loco est Borea stridente mouere,
Quamuis multa piam iaciebant Saxa volucrem,
Et circum Illyrica pice nigrior horruit æther.
Sedit ouans animis, atque in statione remansit
Laude Dei plenas jactans ad sidera voces,
Circum Prata volat, riuis quæ semper ab albis
Sparguntur, pinguesque creant animalibus herbas.
Dumque noui rursum conuentus copia facta est,
Instructi sociis obeunt tempusque, locumque.
In Merulæ causam descendit in ordine primo
Turdus edax, cujus fruticans de stercore viscum
Editur in ramis sterilisque in tempore bruma
Frende micat viridi, quod non sua seminat arbos.

Cognati & generis volucres se cœtibus addunt,
Queis victum e baccis serũ dumeta ministrant.
Hinc Vireo, tepidis nostras qui mensibus oras
Visit, & Arcturi rursus sola mutat ab ortu,
Composuit Merulæ se partibus, & fora presit.
Mox se congressu in medium tulit æmula Pica,
Quique Merops maculis dorsum variatur amœnis,
Ac Vlulæ, irriguam dira quæ voce quietem
Discutiunt, radios exosæ lucis apertæ
Addunt se socias, atque agmina conscia iungunt
Cristatæ volucri, rostro quæ clangit, & alis
Plangit ovans alti fumoso in culmine tigni.
Pone latus Cuculi incedunt, quæ liquida stagna
Sectantur volucres, mergi, fulicaque marinæ,
Autores pluuiæ, tempestatumque sonantum.
Cernitur hos inter Vulcani subdolus ales
Clandestina ferens Cuculo suffragia Phœnix.
Rara avis illa quidem circum cava littora, sævi
Impatiensque maris, nec consociabilis vlli,
Improba quæ soluit garritibus ora, volucri,
Attamen adplaudit Cuculo, nec secius illum
Ipse suis plausum facientibus excitat alis,
Quam faber admotis qui follibus excitat ignem.

Stant

Stant contra innumera volucres, queis carmina cura,
Præsertim Cuculo vires intendit Alauda,
Et victum in dumis quæ carpere gaudet Acanthis,
Atque alacrem Fringilla sonans arguta tenorem,
Et Curruca timens ingrato ex hospite stragem.
Sunt obnixæ omnes Philomelam poscere regnis
Illam laude vehunt, præstet quia laude canendi.
Verum hæc non voluit se cœtibus addere pravis,
Vidit enim Cuculum magna volitare caterva.
Tum quassans caput hæc Coccyx ex ore profudit:
Non latet, o volucres, Cygnum quod fata tulerunt,
Atque ideo regnis ductorem poscere sortes,
Quem penes arbitrium est, & vis & norma canendi:
Consulite in medium, quem sors volet, arbiter esto.
Nam vereor scissam studia in contraria gentem.
Prædonum arripiat nostris ne exercitus unci:
Quare agite o lapsi generis, reparate ruinam,
Ut coëant stabili fatorum numine mentes:

Fas etiam premere imperiis, ac addere mulctam,
Olim qui nostras tenuatim evertere vires
Conati, & plumis inoperta relinquere membra.
Quos ego: sed mediis vox rupta in faucibus
hæsit
Collisu, & fœdis singultibus impulit auras,
Inuenti tamen interea qui pingue sonantem
Exciperent plausu, dū flaccida carmina stultus
Collibus & Saxis delyro narrat ab ore.
Stulta placent vulgo, studiis certamina crescunt.
Præsertim Merula adplaudens his vocibus infit:
Fas tibi me cessisse loco, tibi Jupiter æquus
Annuit imperium, tu nunc eris alter ab illo,
Quamuis tu niger es, quamuis sit candidus ille,
Et te vulgus amat, vulgo tua carmina curæ,
Tu pueris responsa refers cum tempora vitæ
Scitatum balbis poscunt oracula linguis.
Sis bonus o felixque tuis, tua jura volentes
Accipimus, nec nos Cuculo parere pigebit.
Non tulit ulterius Bubo, sed talibus infit:
Non o non volucres, non hoc rationibus illis
Sors velit, a diuis meliorem poscite mentem.
Non o non volucres, non si mihi Jupiter autor
Spondeat, hoc sperem pacem contingere rege:
Quandoquidem a nobis fatorum exquirere
sensus.

Agmi-

Agmina vestra solent: nec vos latuisse putandum est,
Quod lini segetem præcepi auellere sulcis,
Dum rudis exigua latuisset messis in herba,
Ne vos texta olim traherent, & abire vetarent.
Quare agite, ac animis quæ dicam expendite vestris:
Non Cuculum ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt Cuculum gregibus dare jura volantum.
Sors cadit in Gallum, namque illum poscere fata
Et reor, & monitis si quis locus amplius, oro.
Non somno indulget, sed cum intempesta silet nox,
Plumeaque in sylvis repetunt animalia nidos,
Scilicet & rostrum tepidas fixere sub alas:
Clangit ad arma furens, & voce silentia turbat,
Et rostro fractos sonitus imitante tubarum
Excubitor lucem mortalibus indicat ales.
Idem etiam pugnis aptus, nemo acrior illo
Ungue notare hostes, & rem decernere rostro.
Tum vocem excepit Fringilla loquentis ab ore:
O si non pluuia, nec tempestatibus atris
Serviret, pennasque ad motum verteret aura
Gallus, quem variis in cœlum laudibus effers.
Sitque vtinam pugnis aptus, ne turgida pulsu

Soluere labra queat: certe nemo acrior illo
Ante aciem, Solus non mille verebitur hostes.
Stare loco nescit, micat eminus, & remit alte,
Et leuior foliis quauis impellitur aura.
Quanam igitur, volucres, qua vos sententia cogit
Præficere imperio Gallum, qui in sorde solebat
Stridenti miserum rostro disperdere carmen,
Qui rostro petit, & pedibus qui spargit arenam,
Qui Cuculum non odit, amet tua carmina, Galle.
Nos legimus regno volucrem, cui cura modestæ
Pacis erit, docta cui copia vocis in ore est.
Sed veterem repetit Coccyx in fronde tenorem,
Nec certa ratione loci, nec lege tenetur,
Nec præsens habet ille fidem, licet arbore in illa
Consessu medium sese tulit, ocior Euro
Turpe iter arripuit, sedemque in voce reliquit,
Et singultanti inuoluit nemus omne vlulatu.
Pone sitat, & mœsto tundit sua pectora planctu
Suppositum Curruca vocans in crimen alumnum,
Et Cuculi nomen defert de cade peracta.
Hospes vt hostis erat, generis nam funere nostri
Ingluviem expleuit, natosque ante ora parentum

Im-

Immersit rabidam, quod nec bene vertat, in alvum.
Me quoque ab infido nil hospite tale timentem:
Plura locuturæ lacrimæ super ora fluebant,
Substitit, & vocem mediam indignata repressit.
Excipiens Fringilla sonum mox talia subdit:
Hic quoque cum tropico Sol vertitur in Capricorno,
Vertit terga fugæ, & putri se occultat in aluo
Arboris, eque hominum aspectu sua subtrahit ora.
Hinc illi obiiciunt vates pro carmine crimen,
Quod salice exesa lapsus discrimine vitæ
Pressit humum, turpi fœdatus pulvere vultum.
Occidit exesa delapsus ab arbore Coccyx,
Quis poterit longos cantu nunc fallere soles?
Tu Philomela potes, dominam te regna tenere
Fata volunt, tibi vox, tibi sancta modestia vocis,
Tu cantare potes, & respondere parata es.
Vidi ego, nec fallor, dum lustro volumina juris,
Censuræ exemplum flammis quæ destinat ipsum.
Nam sarmenta focis postquam congesit alendis
Cultor agri, & trunci nemoris cauaroborapassim
Voluit, & hyberno jam insidere subdidit igni:

Ecce cauo latitans Cuculus sub stipite, flammam
Sensit, & ardenti sonitus emisit in antro
Ver ratus apricum mediæ sub frigore brumæ.
Si quis in ambiguo est, quantum focus ætheris igne
Discrepet, ille foci crassus vapor, & leuis ignis
Ætheris inter se quæ sint ratione repulsa,
Et quantum hyberno tepidum ver frigore distet:
An volucrum norit discrimina ponere linguis?
Quin etiam furiæ quas ipsæ e stirpe parentum
Induit, incessunt stimulis præcordia, vt acri
Insultans odio Philomelæ barbarus instet.
Illa canit, strepit opposito radis agmine Coccyx
Certandi studio, crudeque fatiscit biatu,
Quo morsu appetiit mansuetus prædo volucres.
Quod superest, quoniam cœtu conuenimus illo,
Non raucas inflare tubas, sed dicere versus:
Tum missum facite, o proceres, genus omne volucrum
Quod curuo increpitat nostro, strepitumque retusum
Mittit, & offendit diris stridoribus aures:
Heu valeant omnes, genii qui iura canore
Inuertunt ficto, peregrinisque æmula linguis
Soluere rostra student, hominumque illudere voci,

Vt

Vt Merula, & nigris velata Monedula pennis,
Picaque, quæ varias emittit stridula voces,
Et picta volucres rutillis in tergore guttis.
Occinit his contra ferali carmine Bubo:
Hæc Fringilla tibi potior sententia visa est
Forsitan, & proprio sic digeris omnia solus
Arbitrio, & cantu tua guttura soluis equestri,
Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?
Cui Fringilla refert, o narrans plurima Bubo,
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui, & vocum iussit discrimina nosse,
Et suaues auium cantus discernere sensu
A Cuculi strepitu, Coruorum a carmine crasso,
A Galli crepitu, & Picæ stridore loquacis.
Idcirco resonam quia poscunt fata volucrem:
Debentur merito Philomelæ sceptra canoræ.
Nec me quisquam adiget vocem mutuare, piumque
Consilii fœdus, dum spiritus hos reget artus.
Annuit, & partes assensibus implet Acanthis,
Tandem pauca refert: ego te, quæ dulcia grato
Ora sono soluis, nunquam Philomela negabo
Promeritam, nec me mea carmina ab ore pigebit
Composuisse tuo, nec Musis gratior ulla est

Quam

Quam sibi si quatuum præscripsit pagina nomen.

Tum sic incutiens cristas excepit Alauda:
Idem animus nobis, nec erit qui tendere contrà
Jure queat, sacrasq; infectum reddere sortes.
Scitis aves, scitis quòd idem mihi nomen & omen.
Et me jam pridem vates à laude vocarunt,
Nec mihi jam subeat nomen mutare vel omen.
Ergo ego laude vehar gratis hominesq; deosq;
Per liquidos aurea tractus cum carmine tendens.
Dumque cano, pulsæ referunt ad sidera Valles,
Et linguam solvo supra caput arva colentum,
Qua soleo curas animis avertere mœstis:
Huic volucri acceptum, si quid mea carmina possunt,
Et ferimus, vobisque illam hæc in regna vocamus.
Sic ait: & misso rursus velut ante Senatu
Tollunt se volucres celeri super aëra lapsu,
Nam sors eventu congressum lusit inani.
Grammatici certant, & adhuc: velut aspera versis
Flatibus imbigui committunt prælia venti.
Carpendi studio paulatim longius itur.

Jam-

Jamque in procinctu Cuculus per tesqua volu-
tus.
Errat inops animi, & putri se condit in an-
tro,
Qualis sæpe rubis latuit nocturnus abactor,
Qui pecudum numeros minuit, fessosq; viantes
A tergo superans lethalibus obruit armis.
Cumque novum vegetis reparabat flatibus
orbem.
Verna dies, denso spargens rus omne virore,
Et tepidam volucres mulcentes cantibus auram
Signa dabant: Cuculus plumis petit arua
renatis,
Atque rudes fœtus Curruca in tecta reponit,
Et morsu violans parva bibit ova parentis:
Cumque infirma parens intenso ardore recluſit
Ambiguam prolem, toto quæ vertice supra est:
En rabie pastus ventrem stimulante, tenellis
Præripuit victum natis, dehinc vertere morsus
Exiguam in matrem penuria adegit edendi.
Ecce autem, Philomela, tuos postquam hausit a-
terque
Concentus, & vox offensa resultat in aurem:
His super accensi confusa mente ruebant
In fremitus, quianam cantus exosa strepentes
Gens avium docto Philomelæ ex ore pependit.

Qua-

Quapropter volucres iam rursus in agmina cogi.

Edicto jubet, hæ cœtu subiere frequenti,
Et Cuculum tentant placidæ sociare volucri,
Aut, quod fata prius convertant omen in ipsas,
Seu vi, sive dolis Philomelam absumere certum est.
Sensit enim se ignominiam pro laude referre,
Seque pati turpem spreta cum voce repulsam,
Carmina dum sanas Philomela sonaret ad auras.
Id metuens, trahit in partes, qui pacis iniquæ
Imponat leges, & pectora fœdere jungat,
Atque hujus fidei res componenda relicta est.
Et quia felle caret, caussa est commissa columbæ,
Sepe vicem fidi quando cursoris obivit:
Nuncia quæ quondam ramum frondentis olivæ
Ore vebens, specimen dilapsæ præbuit undæ:
Sed renuit, duramque vicem versare recusat
Non operam impendens ullam non æqua roganti.
Antra colo, & teneros labor est educere fœtus,
Non nostrum inter vos tantas componere lites.
Mecum habito, & vitæ cursum sine fraude peregi.
Sed si tantus amor paci submittere mentes,
En adsum, tuaque en ultro mandata facessam,

Neu

Ne me alias tanto exponat mens læva periclo,
Ut vellem diræ gentis penetrare latebras,
Et Cuculi præsens audire & reddere voces:
Non bene cum placidis immitia corda cohærent,
Et si ritè memor majorum exempla revolvo,
Suevit in Accipitris Cuculus migrare figuram,
Ut quondam exuuiis Eruca blatta creatur,
Crines, non animum mutat lupus intus avarum.
Hæc ubi dicta, vovent furiarum in jura columbam,
Et numero excludunt hei plana & sana locutam.
Jamque iterum sors missa cadit, teque Ispida Coccyx,
Adjunctam Merulis quæ liquida stagna frequentant,
Ire jubet, jaculis instructam ac arte Pelasga.
Pauca sed huic Philomela refert, quia verna subibant
Tempora, cum dulcem sub apertis ætheris oris
Funderet illa sonum, carmenq; referret ad auras.
Parva mihi vox est, parvi sine viribus artus,
In statione mea mandato munere fungor
Ora Dei jussu solvens, teneramque laborq

Pro-

Progeniem antiqua ſub relligione tueri,
Quæ potui feci, commiſi cetera Chriſto.
Sed paſſim tot monſtra fero, obſcœnaq; volucres
Intentant mortem, nec qua ſit cauſa videmus,
Omnibus inviſi vitales carpimus auras.
Sæpè mihi ſcrobibus fraudes poſuere cavatis,
Sæpe ſub exitium dapibus traxere repoſtis.
Sed Deus eſt, cui grata cano, ſortemque laboris
Impendo, & teneros educo in regna nepotes.
Ille meas ſuperare preces, ut cernis, & ipſum
Ludere quæ poteram ſylvis permiſit amænis,
Ille tegit juſtos, illi mea carmina curæ.
Non mihi cum Cuculis in fœdere gratia conſtat,
Nec meæ ad immanes inflectam guttura voces,
Ipſi more ſuo feriant clangoribus auram,
At mihi tranquillæ placeant ante omnia Musæ.
O mihi quàm tumulo tum molliter oſſa quieſcant,
Si purum pietatis opus, pacemque relinquo.
Vis ergo inter nos quid poſſit uterque vicisſim,
Edamus ſpecimen, per me mora non erit ulla.
Incipiat, finemque exacto carmine tangat.
Hæc contra Cuculo retulit mandata volucris
Singultum in dumis ſolito de more canenti.
Tum ſe quisq; fori rurſum è ſtatione movebat:

Fata

Fata obstant, viresque negant in cœpta secundas.
Sed quid agunt? illis nil linquere suasit inausum
Seu dolus aut virtus, nam tanti in fœderis ictu
Non operæ parcit Trochylus, qui providus auræ
Impendere nivem, Cuculi quæ cantibus obstet,
Sensit & hinc volvens sua membra iterumque revolvens
Ora volubilibus contorquet stridula cannis,
Tinnitusque ciet lenes, ceu quando magister
Torquet agens circum luteas vertigine testas
Levore inducens speculi de more nitentis.
Atque his, atque aliis innoxia cantibus ales
Tunditur, & voces diras tractabilis audit,
Mens tranquilla manet, non ullis illa movetur
Ictibus, haud avium fora, nec rabida ora moratur.
Et iam finis erat, postquam sententia lata est,
Quæ volucres cantus pro rostri fingere sorte
Imperat, ut fissis didicerunt carmina linguis.
Sint vice suggesti Corvo crudelia tigna
Furcarum. atque illic generi det iura rapaci.
Stridula porticibus iactet se Noctua vastis,
Plaustra premat Gallus spoliis armata cruentis,

Aut ubi cortis aves fœtus in cratibus edunt.
Sed sedem in tilia teneat Fringilla virenti,
Æriferis Casita iugis, Philomela sub albis
Montibus, in viridi saltu cantillet Acanthis:
Donec tempus erit, quo corruat ardua cœli
Machina, complexuque premat genus omne volantum.

PROEMIUM.

PRiusquam carmen isthoc, quod *Synodus avium* inscriptum est, elucidemus, non abs re fuerit in limine veluti dispicere, ecquid ansam scribendi illud Johanni Majori, Poetæ Wittebergensi, quondam dederit. Fuit autem eius rei non alia occasio, quam intestinum Theologorum Lutheranæ Ecclesiæ post Lutheri excessum, qui Anno 1546. contigit, dissidium, aliis Philippum Melanchthonem, aliis Flacium Illyricum tanquam adversarum partium duces sequentibus. Quamvis enim cum alias, tum Anno inprimis 1557. tentata inter illos fuerit conciliatio, nihil quicquam tamen fuit effectum, credo, ob tot satyricas chartas a Philippistis in Flacium sparsas; quas inter & hæc Synodus avium referenda est, quippe

copse

copse anno ab Autore edita Introducuntur autem in hoc carmine aues mortuo Cygno, hoc est Luthero, comitia celebrantes, consiliaque agitantes de successore ejus, ubi alii Cuculo, hoc est Flacio, alii Gallo, hoc est Nicolao Gallo, alii Merulæ, hoc est Nicolao Amsdorffio, meliores vero ex Maioris iudicio Philippo Melanchthoni deferunt principatum. Fuit enim hic Maior Philippicæ doctrinæ amasius tenacissimus, & capitalis aduersæ partis, Flacii inprimis ipsius, hostis, quem etiam non in hoc tantum carmine, sed & alibi diris deuouet, dicteriisque ad stuporem usque aculeatis perstringit. Præter istas autem, quas diximus, aues & aliæ inducuntur, sed symbolicæ omnes, certasque personas exprimentes; plane ut in alio eiusdem autoris Poëmate, cuius titulus est: *Hortus Libani, in quo Deus salutares plantauit herbas, & degeneros irrepserunt, & eum deformarunt.* Nam & in illo sub herbarum tam salutarium quam noxiarum nominibus certæ personæ occultantur. Cum igitur Synodus auium non minus, quam Hortus Libani aliquid ænigmatici præ se ferat, nos Oedipi partes suscipiemus, in quibusdam non tam certi quid affirmaturi, quam ἐνδόξως coniectaturi. Sed

antequam id agamus, de Autore carminis ipso nonnihil adhuc præfandum est. Fuit is in Valle Ioachimica oriundus, Theologiæ postea doctor bullatus, & Poeta Academiæ Leucoreæ insignis, imo optimus, Victorini Strigelii iudicio *ad Psalm. 104. fol. 470;* quod & tot eius tersa & perpolita poemata, quæ certatim recusa sunt sat loquuntur; sed & non obscurus Crypto-Calviniſmi fuit fautor, & amarulentus orthodoxorum omnium lancinator & lacerator, imo indiuulsus assecla illorum, qui Saxonicas turbabant Ecclesias, Crucigeri nempe, Stossellii, Widebrami, Molleri, Pezelii, Sagittarii, Cracouii & Peuceri. Atque hinc Maior æque ac cæteri in captiuitatem ex Academia est abductus; liberatus a) tamen inde per intercessorias ad Electorem Saxoniæ Augustum perscriptas, quæ, prout Academiæ nomine eas Philippus Melanchthon concepit, vna cum petitoriis Maioris ad Rectorem datis αὐτογράφοις in Bi-

a) *Memini legisse in libro quodam MSto, Frischlinum à Maiore captiuo rogatum, vt pro dimissione sua intercederet apud Augustum, Electorem Saxoniæ, hoc distichon composuisse.*

Dux Auguste Caue, caueâ dimittere captum,
In cauea melius nam modulatur auis.

Bibliotheca Paulina Lipſienſi aſſeruantur. Mortuus b) tandem eſt Serueſtæ Anno 1600. d.

b) *Natus eſt Joh. Maior. in Valle Joachimica A. C. 1533. quorſum ſe pater Joh. Maior ex Franconia ob metalli, fodinas contulerat. Mater fuit Lucia, civis Hasfurtenſis filia. Commiſſus primum Scholæ patriæ, ubi ob felicem venam valde amatus eſt à Ioh. Matheſio, Paſtore Ioachimico. Dein 16. Annorum adoleſcens miſſus eſt Wittebergam, & Philippo Melanchthoni a Matheſio commendatus. Poſt biennium, Witteberga Lipſiam ſe contulit, ſed poſt annos aliquot Wittebergam repetiit, & ſuaſu Philippi 1556. magiſterii aſſumſit gradum. Inde cum D. Sinapio Herbipolim profectus viuente Melchiore Zobelio Epiſcopo, vt Academiam ibi inſtauraret. Gradum vero Theologiæ prius indeptus eſt Moguntiæ, prout dixerat, & Theſes ventilandas dedit de ſumma Trinitate. A Rege Romanorum Ferdinando creatus poeta, nomine Caroli V. Fratris, accepit inſignia, quibus Lauri corona inſerta; in quo diploma. te Theologiæ Doctor vocatur. Interfecto Zobelic (qui in Maioris amplexibus exſpirauit) rediit VVittebergam, vbi & poſt obitum Philippi Anno 1560. Profeſſor Poeſeos factus eſt, aliisque poſtea negotiis ab Electore Chriſtiano adhibitus. Duas habuit vxores primam Magdalenam Schmideliam, A. 1558, natam in valle Ioachimica* vide die Hochzeit-Predigt Matthesii p. 229. *alteram Kunigundam Mauritii Babſtii, Conſulis Rochlicenſis filiam Anno 1575. Ex hac natus filius Iohannes, & tres filiæ, Anna, Concordia, Sibylla, Ter*

d. 13. Martii, quorsum & alii Caluiniſmo fauentes ex Miſnia ſe receperant. Plura de eo legere eſt in Polycarpi Lyſeri *Ebrenrettung p. 10.* in Georg. Mylii *Entvverffung der Calviniſchen Comœdie in Meiſſen*, in Hiſtoria Carcerum Peuceri *p. 404.* & Frimelii Witteberga a Caluiniſmo grauiter diuexata, & diuinitus liberata. Nos illud tantum Andreæ Pouchenii ex reſponſione ad Palmerium ſubjicimus.

Magnus erat nebulo, Maior nunc, Maximus olim,
Dur ocarnificis ni prius enſe cadat &c.

Et illud Ioh. Olearii ex Carmine in obitum Soceri ſui D. Tilemanni Heshuſii:

Nec minor es rabie maior, Ioachimice Vates,
Qualibet in quemuis confingere carmina ſeuus,
Nec ſanctis adeo, vt maledictis vtilis autor;

Dum incarcerem fuit abductus. Libro Formulæ non ſubcriſit. Legit Theologos Scholaſticos. Poeſi & Latinitate utebatur pura. Metrice reddidit Pſalterium & Evangelia Dominicalia, Pollebat ἀγχινοίᾳ. Saxis & lutopetitus Witteberga cum vxore. Zeruestam venit Anno 595. vbi & A. 1600. obiit, exactis in terris annis 67. Hæc deſcripta ex curriculo vitæ, quod additum eſt Concioni funebri a M. Wolffgang Amling habitæ, una cum variorum epicediis.

Dum fungi officio curas, primique Philippo.
Exequias anni tendis persoluere, diris,
Ut caput insanum, telis tua deuouet orco
Pieris Hesbusium, fidem famamque tuentem,
Sauitiamque trucem, linguamque adscribit acerbam
Ante lacessito, plagisque haud mollibus icto.

Vers. 1. Ex quo Cygnus ouans] Cygnorum nomine Poetæ semper sunt insigniti, Cujus rei cum rationes reddi non vnæ queant, quas penes Aldrouandum vide Ornithol. Lib. 19. fol. 14. & sq. nobis illa Angeli Politiani valde arridet, in epistolis sic dicentis: *Cygno Poeta similis, uterque candidus, vterque canorus, vterque fluuios amans, vterque Phœbo gratus, sed negatur canere Cygnos, nisi cum Zephyrus spirat. Quid igitur mirum, si taceo tuus poeta, cum tu tamdiu non spires meus Zephyrus.* conf. dissertatio nostra de *Cygnorum cantu* Anno 1660. habita cap. I. De cætero non Viri tantum candidi ac Poetæ, sed & Ecclesiastæ indicium est Cygnus. Atque hinc Hieron. Ruscellius hanc alitem in aquis natantem, quæque canere videatur, depinxit cum lemmate. *Diuina sibi canit & orbi:* Verbi diuini prædicatorem significans, qui

& eloquentia & candidis moribus in populo fit celebris. vid. Aldrouand. l. c. fol. 15.

Quæ cum ita sint, nihil quicquam profecto causa est, quo minus Lutherus, defecator ille Evangelicæ doctrinæ & restitutor, a Poeta nostro præ aliis cœlestium oraculorum præconibus Cygnus appelletur. Sed singularis adhuc subest ratio, cur Cygni Luthero nomen præter cæteros tribuatur. Nam cum Iohannes Huss, tanquam hæresiarcha in Concilio Constantiensi Anno 1415. viuicomburii subiret pœnam, exclamasse perhibetur: *Anserem hodie in necem datis* (nam Hus Bohemice anserem significat) *sed ex cineribus centum abhinc annis olor emerget, quem non assare poteritis.* vid. Rechenbergii dissertatio, cui titulus, *Iob. Huss Martyr.* & Walpurgeri Liber editus sub titulo, *Hussus combustus, non conuictus.*

Suggillat equidem hæc *Grammondus Histor. Gallicæ* Lib. 2. p. 178. Anni 1617. quo ob reformationem Lutheri Iubilæum solenne a Statibus quibusdam Euangelicis fuit celebratum, & præter alia numismata, Iohannis puta Georgii, Electoris Saxoniæ, Francofurtensium & Wormatiensium, etiam Noribergense quoddam in tantæ rei memoriam fuit procusum, quod

quod lampadem mensæ super impositam ostendebat, posito subtus modio cum his verbis: *Jam lucet omnibus modio remoto*; in altera parte olorem, capite coronato, cuius erat inscriptio: *Olor invictus virtute divina*; qua ipsa ad vaticinium illud Hussi combusti respiciebatur. Sed quid ad hæc Ludio Gallus? *nescio*, inquit, *vnde ducto ab olore in Lutherum augurio; nisi quod olor nigra intus carne, pelle extima albus est, quod probe hæreticis conuenit pasim hypocritis. Olor amphibium animal est, vtrique elemento æque debitum; qualis Luthero vita fuit, primum Catholico Romano, & inter Catholicos Monacho, postmodum Apostatæ & hæretico.* Quod si hæc obscæuandi bonis ratio valeret, næ omnes, qui olores unquam vel elegantiori dicti sunt ingenio, vel olorum instar vel carmine vel doctrinæ puritate orbi candorem approbarunt, nigredine illa carnis obiecta conspurcari possent. Sed nec cauillatio illa vltra tertium similitudinis, vt philosophi loquuntur, progressa obstitit, quo minus olor hic inuictus virtute diuina, vt habet illa inscriptio, in omnes orbis partes euolarit, ac, graculis licet Pontificiis doctrinæ Euangelicæ obstrepentibus, triumfarit.

Vers. II. *Portendi fatis Cuculum*) Cur Flacio, inquies, Cuculi (quæ vox à Plauto & Horatio rectius media producta effertur) nomen a Maiore datum? Factum id haud dubie non tantum ob vocis suauitatem; (Illyricus enim c) seu Slauus natione cum fuerit, linguæ Germanicæ, vtut in Germania degens, nunquam eam habuit notitiam, vt diserte loqui ac scribere potuerit, referente Melch. *Adamo in Vitis Theologorum p. 475.*) Sed ob mentem etiam minus gratam in Philomelam, hoc est Philippū Melanchthonem tanquam Præceptorem

c) *Camerarius in vita Phil. Melanchthonis p. 284.* Illyricæ gentis homo, qui sibi Flacii nomen imposuerat: fuisse enim familiare aliud ferebatur. *Bucholcerus Chronol. Append. omissorum, (p. 831. edit. Gorlienſis A. 1599. nam in edit. Francof. A. 1634. hæc non habentur)* Ad natalem Flacii Adde verum & integrum ipsius nomen, quod ego excertis autoribus cognoui esse tale: Mathias Francowizius, cognomento Flacius, gente Illyricus, patria Albonensis. *Mihi res suspecta. Proferuntur hæc a Philippistis, Camerario & Bucholcero, qui summo Flacii odio flagrabant. Neque vlla profertur causa, cur verum suum nomen mutauerit Flacius. Patrem quoque ipsius Andr. Flacium vel Flaccum fuisse tostantur Melchior Adami & Adrianus Beierus in Nomencl. Profess. Ienensium.*

rem suum deprehensam, vel potius sic visam. Nam Flacius in controuersiis Interi misticis atque Adiophoristicis Melanchthoni, nimis tum temporis tepido ac remisso d) in religionis negotio, vehementer se opposuit una cum Theologis

d) Rigidorum Lutheranorum Princeps *habitus est Flacius, quomodo eum appellat Iob. Bona Cardinalis Lib. I. Rer. Liturg. c. 12. p. 369. operum. Mollium vicissim Phil. Melanchthon.*

Dezelo Flacii, quo doctrinam orthodoxam aduersus hæreticos pariter & schismaticos propugnauit, videatur Petri Piscatoris, Theolog. D. & Professoris Ienensis, luculentum testimonium descriptum, a Werdenhagenio in Append. ad Psychologiam edit. Amstelod. 1632. in 24! p. 502. 503.

M. Caspar Heldelinus, Lindauiensis, edidit Anno 1575. Concionem funebrem, qua Flacii exequias decorauit, cui adiunguntur & alia : Nempe (1) Erzehlung der Religions-Streiten Math. Flacii von ihm selbst auf begehren der Prediger zu Strasburg beschrieben Ann. 1568. (2) bericht Math. Flacii, von dem Misverstand zwischen ihn und dem Ministerio aus Befehl eines erbaren Raths zu Strasburg geschrieben, und überantwortet d. 5. Iul. Anno 1572. (3) Beschlus an dem Christlichen Leser (*de Flacii morbo & obitu*) (4) der 88. Psalm Davids Frauen Magdalenen *Math. Flacii* seel. Wittfrauen (suppl. zu Troste geschrieben

durch

logis Lubecenſibus, Luneburgenſibus, Hamburgenſibus & Magdeburgenſibus. Reſpicit autem Poeta, dum Cuculum vocat Flacium, vno oculo ad Apologum de Philomela & Cuculo, altero ad declamationem Philippi de Cuculi ingratitudine, quæ extat in Tomo I. Declamationum Philippicarum, p. 563. & ſequ. vbi Flacium non obſcure tangens Philippus ait: *Sæpe fit, vt educatus atque inſtitutus magna fide, poſtea oblitus omnium beneficiorum, & incitatus ambitione aut naturæ maleuolentia, aut inuidia, impetum faciat in Præceptores, nec nocere tantum ipſis, ſed odio ipſorum bonas artes opprimere atque delere conetur. An hoc Cuculorum genus non odio videtur dignum?*

Verſ. 14. ſunt quoque qui Gallum.] Quæ de NicolaoGallo non ſine ſtyli naſo a Maiore proferuntur, facile tamen a nobis ἄνευ παθῶν iudicantibus conuerti in laudem poſſunt. Fuit enim

durch) *M. Cyriac. Spangenberg.* (5) *Epitaphium Flacii, cuius autor M. Ioh. Fraxineus.* (6) *Elegia de corruptione hominis. In fine additur quaſi nomen autoris:* Matth. Fl. Illyr. F. *Sed neſcio an τὸ F. interpretandum ſit,* Fecit, *an* Filius... *Cæterum ex hac Concione funebri locupletari poſſe videtur vita Flacii, quem deſcripſit Melch. Adami, & Adrian. Beier l. c.*

enim hic Gallus vere Gallus, qui non somnolentos tantum eius temporis Lutheranos e somno excitauit, sed quid *Æolii fratres* (vers. 18.) h. e. Interimistæ & Adiaphoristæ, quorum primipilus Philippus erat, moliantur, intrepide indicauit. Atque vtinam cantante hoc Gallo respuissent Petrus h. e. Melanchthon cum Interimistis & adiaphoristis suis. Fuit alias Cotæ in Saxonia natus Anno 1516. & Wittebergæ Melanchthonem æque ac Lutherum habuit Præceptorem. Scholæ Mansfeldensi cum aliquantisper fuisset præfectus, de consilio Lutheri Anno 1542. missus est Ratisbonam, vt Ecclesiam ibi ad Lutheranismum conformaret. Sed cum famosa illa religionis Chimæra, Augustanum nempe Interim, Ratisbonensibus obtruderetur, Wittebergam se recipit, vbi non minus quam Magdeburgi cum Flacio Illyrico Papatum, Adiaphora, & quæcunque Augustanæ Confessioni repugnare videbantur, masculè & ex pio quodam zelo oppugnauit. Vid. *Præfatio eius disputationi de Adiaphoris præmissa.* Restituta postmodum per Mauritium Saxoniæ Electorem Religionis pace Anno 1552. Magdeburgo, vbi pastor fuerat ad S. Vdalricum, Ratisbonam reuocatus, non illius tantum, sed

&

& vicinarum, imo Austriæ quoque ac Stiriæ Ecclesiarum Ephorus fuit constitutus, Gallique longe vigilantissimi laudem ad extrema usque retinuit. vid. Melch. Adami *in vita eius. pag. 324.*

Vers. 19. Nec minor est numerus merulam) Non alium quenquam hic intelligit Maior, quam Nicol. Amsdorffium quasi Amseldorffium, tanquam & huic principatus inter Theologos post Lutherum a quibusdam sit delegatus. Fuit is ex gente Nobilium Misnicorum ab Amsdorff prope Wurcenam natus Anno 1483. & in Academia Wittebergensi Anno 1502. tum recens a Friderico III. Electore Saxoniæ plantata, cum animum Philosophiæ pariter ac Theologiæ adiecisset, magister primum philosophiæ, dein & Theologiæ Licentiatus ex merito fuit renuntiatus. Raro profecto exemplo, hac potissimum tempestate, quanquam nec aliorum Nobilium exempla desint, qui tanquam Doctores ac Professores Theologiæ in Academiis alibique inclaruerunt. Nam & nobiles fuere D. Ioh. Staupitius & D. Ioh. Bugenhagen, Pomeranus alias dictus, in Academia Wittebergensi ante Amsdorffium, D. Bernhardus Ziegler in hac Lipsiensi. D. Ioh.

Pap-

Pappus in Argentoratensi, D. Ioh. Derschow & D. Gælestinus Mistenta in Regiomontana, D. Iacobus Reyhinc in Tubingensi, quibus & accensendus venit D. Mathæus Hoë ab Hohenegg, Theologus Saxonicus in Electorali Dresda. Sic inter Reformatos nobiles fuere Theologi Fr. Iunius, Amandus Polanus, Anton Sadeel & Maccouius. Vid. *Cocceii Oratio in funere Maccouii habita.* Quod si ad Pontificios quoque velimus excurrere, non chiliada sed myriada Episcoporum & Archiepiscoporum producere nobis liceret, qui Doctores, Magistri ac Licentiati assumere titulos non dubitarunt. Hi autem non Nobiles tantum fuere, sed & Barones, Comites ac Principes, sed hæc velut in transitu. Ad Amsdorffium vt reuertamur, is Wittebergæ degens, lucem veritatis Euangelicæ mox agnouit, simulac themata sua Lutherus aduersus nundinationes Indulgentiarum Anno 1517. euulgauerat. Luthero etiam Anno 1521. ad Comitia Wormatiensia tendenti, comitem se cum Iusto Iona & Hieron. Schurffio IC. addidit, & reuersus inde sacrificium missaticum & ipse abrogandum cum eodem censuit. Magdeburgum postea de sententia Lutheri euocatus, Ecclesiam illam ad faciem

Wit-

Wittebergenſis inſtituit, reque optime geſta, dignus infula Numburgenſi fuit viſus. Quamuis enim Epiſcopo Philippo, Comiti Palatino, vita functo a Collegio ſurrogaretur Iulius Pflugius, ſucceſſor tamen ei dabatur ab Electore Saxoniæ Amsdorffius. Sed obtinuit nihilominus Epiſcopatum Pflugius, opitulante Cæſare, poſt ſexennium. Magdeburgum itaque ſe recepit Amsdorffius, ibique tam Wittebergenſibus quam Lipſienſibus Adiaphoriſtis cum Flacio & Gallo ſeſe maſcule oppoſuit. Verum, vt nec ipſe fulgidiſſimus Planeta ſol macularum eſt expers, ita hic quoque inſignis alias orthodoxæ doctrinæ promachus humani aliquid fuit paſſus, Nam cum D. Georgius Maior, Profeſſor Wittebergenſis, bona opera ad ſalutem neceſſaria eſſe πύξ καὶ λάξ contenderet : (Ita enim is in præfatione ſua ſermoni contra Amsdorffium præmiſſa : *Hier vvieder mögen nun Amſeln oder Troſſeln ſingen oder ſchreiben, Hanen kreben oder gazen, verlauffene und unbekante Wenden oder Walen läſtern, die Schrifft verwenden, verkehren, calumniren, ſchreiben und mahlen wie ſie wollen, ſo bin ich doch gevvis, daß dieſe Lehre, ſo in dieſem Sermon ſtehet, die rechte Gottes Warheit iſt, vvieder vvelche auch die*

die hölliſchen Pforten nichts Beſtändiges und Gründliches können aufbringen, (e) *wie böſe ſie ſich auch machen.*) Nimirum vt Leonem quis fugiens, vrſo ſæpe fit obuiam, vt Amos loquitur, vel vti ruſticus ebrius ex vna parte leuatus in equum, ex altera præceps decidit, ita diſputator in fermento conſtitutus, dum ſcyllam declinat, in Charybdin incidit. Sic Victorini Strigelii nimis audaces de Liberi arbitrii viribus concluſiones diſſoluturus Flacius, in ſcopulos non minus periculoſos de peccati ſubſtantia promebat. Sic Calvini Homericum fatum de paucorum electione abſoluta & Stoica expugnaturus D. Huberus omnes promiſcue in Chriſto electos eſſe arbitrabatur. Talis lapſus olim ex Neſtorianiſmo in Eutychianiſmum, & ex Prædeſtinatiſmo in Pelagianiſmum contigit; & nonne Berengarius cum transſubſtantiationem Pontificum impatientius vlciſceretur, in alterum extremum, quod panis & vinum figuræ duntaxat ſint, incidebat? Media itaque via inter nimium & minimum incedendum, quam & ipſa Scriptura Sacra tanquam Hermathena

D præ-

(e) *Amsdorffius contradicens aſſeruit bona opera ad ſalutem eſſe noxia & perniciosa.*

præmonstrat; vti in disputatione nostra inaugurali Anno 1671. pro Licentia, *de Media orthodoxæ religionis inter excessum & defectum via* pro virili nostra ostendimus. Et sane uti semper Christus inter duos latrones, ita puritas virginea inter duo extrema remigat.

Vers. 23. Sed volucres, quarum melior) Hactenus tres potissimum aues recensuit vel potius perstrinxit Maior, quæ de primatu post obitum Cygni contenderint, Cuculum, Gallum & Merulam, h. e. vti iam exposuimus, Flacium Illyricum, Nicol. Gallum & Nicol. ab Amsdorff. Sed, his nonnisi ab indoctis & plebeiis lata suffragia esse Maior innuit, dum dicit *Fallitur & fallit &c.* A melioribus vero & doctioribus soli *Philomelæ* h. e. Philippo Melanchthoni, partes palmarias fuisse delegatas. Scilicet, vti soli sapere sibi videbantur Philippistæ, ita Flacianos tanquam insulsa insipidaque capita præ se contemnebant, & quoniam Flaciani à Lutheri doctrina ne latum quidem pilum recedebant, Lutherum ipsum quoque de ponte veluti deiiciebant, vt tanto maior Philippo autoritas sic accresceret. Dicebant enim satis speciose,

in

in Lutheri vastis voluminibus συμμικτα & ατακτα esse omnia, in Philippi vero Corpore doctrinæ in nuce quasi omnia contineri, Lutherum loqui vt plurimum germanice, Philippum tersa & limpida vti latinitate, Lutherum impetuosum fuisse virum, raptatumque a torrente affectuum, Philippum vero placidissimis esse moribus; quemadmodum & Erasmus Lutherum fulminare sed Philippum leniter pluere dixerat. Vid. *Frimelius in Witteberga a Caluinismo diuexata* p. 17. & seqq. & p. 74. 75. Atque hinc factum quoque vt Maior in parentalibus quibusdam, non Philippum tantum Luthero præposuerit (ita enim habet titulus: *Parentalia anniuersaria facta Philippo Melanchthoni & Martino Luthero*) sed & in pictura quadam vulgari, quæ coniuncti hi Duumviri conspiciebantur Philippus a dextris, Lutherus a sinistris, tanquam illo inferior fuerit constitutus, id quod D. *Georg. Mylius*, Professor tum temporis Theologiæ apud Ienenses primarius inter manifesta Caluinistici spiritus signa non abire refert in Oratione Jenæ 1593. habita, quam Comœdiæ Misnicæ Synopsin appellauit.

De cætero diffiteri non possumus, Me-

lanchthonem cum Philomela comparari non inconcinne posse. Philomelæ nulla vox peculiaris ascribitur, cum omnia ferme vocum discrimina possit edere. Est etiam non φιλόμουσος tantum sed & φιλόλογος. Iam Philippus siue doctrinam eius multiplicem, siue poëtandi felicitatem spectes, omnino ἀηδὼν μουσῶν hoc est Musarum luscinia, secundum proverbium meretur appellari: φιλόλογος autem fuit insimul cum solus αὐτὸς ἐφ' haberi post obitum Lutheri voluerit. Cetera, vir placidissimi fuit animi, atque adeo a carpendi & calumniandi studio, quod & in ipso Maior commendat, totus alienus, vt ex Camerarii vita Melanchthonis patet, vbi characteres Philippici animi accurate describuntur. Erat præterea non minus quam Philomela, paruo ac tenui admodum corpore, at magnus tamen eruditione & animo, quam vocem & Ioh. Stigelius, felicissimæ venæ Poëta, epitaphio Melanchthonis volebat inseri. Nam cum Philippus aliquot ante mortem annis Lipsiæ in mercatu esset, petiit à Stigelio, vt sibi mortuo Epitaphium scriberet, idque breue ac simplex, atque vt melius intelligas, dicebat, quale velim, extempore tum argumenti loco hoc distichon pronunciabat:

Hoc

Hoc tumulo parui requiescunt ossa Philippi,
Qui qualis fuerit nescio, talis erat.

Stigelius vero, mihi, inquit, unum tantum verbum in versibus tuis mutare liceat, & habebo epitaphium sepulcro tuo non indignum, nimirum vt pro *talis* scribatur *magnus*. Vid. *brevis narratio de morte Philippi, Witteberga excusa. 1560.*

Vers. 34. dumque in confessu primo) Tentata fuit non semel inter Theologos Philippicæ & Flacianæ factionis conciliatio, quod & in proœmio iam indicauimus. Nam anno inprimis 1557. *duæ sunt missæ* (verba sunt Mylii in Chronologia scriptorum Melanchthonis) *ad Philippum Legationes. Prima legatio fuit Flacii propter conciliationem superiore anno tentatam, altera Ducis Megalopyrgensis.* De prima, quam & Maior videtur innuere, intelligenda haut dubie sunt ea, quæ gener Philippi, Caspar *Peucerus* ad Ioach. Camerarium perscripsit, cuius verba ex epistola αὐτογράφῳ καὶ ἀνεκδότῳ non possum non non data occasione interspergere. *D. 10. Ianuarii, scribit, Venerunt huc apostoli ciuitatum Saxonicarum inuitati vel conducti potius a Flacio, vt ceu arbitri controversias, quas*

mouit, & cum applausu theatri Saxonia repetiuit crebro & vrsit, cognoscant, disceptent, ac dirimant, salua & integra ipsius existimatione, etsi se fingunt ab Ecclesiis suis missos esse non vt iudices vel Censores, sed pacificatores. Flacius ipse ne procul absit, iusta coborte suorum manipularium stipatus ἀκρόπολιν Coswicianam occupauit, unde & leges ac conditiones pacis fert arbitris & expectat responsa. Ceperunt itaque postridie, qui fuit 12. Ianuarii de consilio suo referre quadam ad socerum meum solum, reliquis ad quos eadem pertinent exclusis, nec carebat compellatio prima aculeis satis mordacibus & minacibus, quos cum retunderet Philippus ac refutaret vehementiore oratione, quam existimabam eum facturum, miteſcebant, & cum deprecatione quadam de sua erga Philippum voluntate & affectione prolixe testabantur. Conuenerunt tandem volente & requirente Philippo, vt conditiones ipsi ineundæ proponerentur. Id cum de præscripto fecissent, etsi omnibus illis pregrauabatur, quasdam tamen recepit, quasdam repudiauit. Sed indulsit ac tribuit eis nimium, & ne hac lenitate nouum sibi periculum conciliet,

ciliet, & mox nouis implicetur certaminibus, suoque iuguletur tandem gladio, metuo. Sententiam de oblatis conditionibus Philippi ad suum retulerunt Pontificem legati, cuius decreta iam expectamus. Historiam totius tractationis scribam, vbi finita fuerit, aut in nouum & priori maius incendium eruperit. Nam & ipsi inter se pacificatores manifeste dissentiunt, & plerique a Flacio repudiantur tanquam Philippo addictiores. Sed tota actio insidiarum & periculi plena est, necdum intelligo quid quaratur, quorsum consilia spectent aut Flaciana aut legatorum, etsi plerique haec praese ferunt, queri coniunctionem Saxonicarum Ecclesiarum cum nostra.

Et vero nihil quicquam profeciſſe legationem iſtam Flacii ad Philippum, euentus Magiſter optimus docuit. Ratio autem intermiſſæ pacificationis fuit nimia Philippi, Maioris & Collegarum vt & Theologorum Lipſienſium ad Pontificios in adiaphoris, vt vocabant, συγκατάβασις. Nam & Lipſiæ poſt Interim illud Auguſtanum, Interim minus, quod & Lipſienſe appellatur, non ſine maxima Theologorum orthodoxorum offenſione prodiit, Procuderat illud, vt nonnulli

optinantur, D. Joh. Pfeffinger, Superintendens Lipsiensis, subscripseratque illi D. Bernhardus Zieglerus, nobilis Misnicus, Theologiæ doctor, & Hebraicæ linguæ Professor, qui & eo tempore, Orationem *de coniunctione & unitate Christianorum contra non necessarias separationes & æmulationes perversas* in templo Collegii Paulini recitavit; a quorum sententia nec Camerarius, quippe totus alias φιλιππίζων, fuit alienus, teste vita Melanchthonis ab ipso perscripta. Vide vitam hanc *p. 285. & p. 383.* vbi indignabundus & fervore plenus in Flacium & Flacianos mirum quantum inuehitur. Fuit alias Zieglerus iam dictus Vir exquisitæ in Hebraicis scientiæ, candidæ præterea hilarisque mentis, & expromtæ in re non lautissima liberalitatis in pauperes, qui Lipsiæ Kal. Ian. 1552. diem suum obiit. V. Camerar. in Vita Melancht. *p. 327.* qui & funus eius latina oratione cohonestauit. Sed in orbitam iam redeamus. Videntes autem Theologi Saxonici, Lubecenses, Luneburgenses & Hamburgenses, Papismo bipatentes iterum fenestras per adiaphora tam a Wittebergicis quam Lipsicis Adiaphoristis patefieri, scripto euulgato

gato decretum illud Augustanum prolixe confutarunt, cuius scriptor potissimus fuit D. Ioh. Æpinus, Pastor Hamburgensium primarius. Nec suarum partium non fategerunt Doctores Magdeburgici, Amsdorffius, Flacius & Gallus, quin Wittebergensibus æque ac Lipsiensibus gravissime se opposuerunt, multique editis libellis eos incusarunt, quod dissimulanter agerent, & per adiaphora seu res medias pontificiæ religioni viam aperirent; regulam etiam tunc posuere, omnes ceremonias atque ritus, quamvis natura sua sint indifferentes, non amplius esse adiaphora, si vis & opinio cultus & necessitas accedat, & cum impietatis detur occasio. Hamburgenses præterea datis ad Wittebergenses literis, quid ipsi vocent adiaphora seu res medias enumerarunt, & cuiusmodi admitti possint demonstrarunt, rogantes insimul vicissim & ipsi aperte scriberent, quid eo nomine comprehendi velint, vt haberent videlicet homines quod sequerentur, nec animis fluctuarent, neue nomen illud adiaphoricum multis aliis erroribus, qui sensim insinuare se possent, occasionem præberet. Sed quid ad epistolam illam

Philippus respondebat? Omnia eo tendebant, seruitutem aliquam ferendam esse dixit cum pietate haut coniunctam, quæ responsio nonnisi Interimistica est. V. *epistola Hamburgensium* ipsa *ad Philippum* cum eiusdem responsione. conf. *Sleidan. in Comment. de Statu religionis* & Reip. ad Ann. 1549. p. m. 658. Hæc omnia non obscure tangit Maior. Nam vt v. 49. per *picem Illyricam* scripta Illyrici, ita per *Boream stridentem* v. 47. & per *multa Saxa* v. 48. Theologorum Saxonicorum Scripta anti-adiaphoristica intelligit, quos v. 73. *mergos fulicasque marinas* vocat. Innuit autem & hoc, Melanchthonem tanquam Hippoclidem quendam nihil quicquam curasse hæc omnia, qui & ipse aliquando dixisse fertur, se generosum caballum imitari, qui allatratu canium minorum non magnopere moueatur. V. Flacius *wieder die neue reformation D. Pfeffingers des Meißnischen Thumherrn sub init. D. Pfeffinger denckt ohn Zweiffel auch, wie jener vornemste adiaphorist sich hören leßt, er thu gleich wie ein guter reisiger Gaul, der für den kleinen bündlein fürüber trabt, und nach ihren bellen gar nichts fragt.*

Vers. 45. Dumque noui rursum, Nouum

auium

auium conuentum describit satyricus noster ornithologus, inque eo alias Merulæ, alias Gallo, alias Cuculo gregales se dedisse narrat. Sed hæ omnes causæ sociæ erant pro una stantes, & Philomelæ eiusque sequacibus auibus se opponentes. Nam Amsdorffiani, Gallicani & Flaciani easdem inflabant tibias, coniunctisque viribus Philippum ac Philippistas oppugnabant. Respicit autem citra dubium Maior ad conuentum Wormatiensem Anno. 1557. mense Septembri inter Theologos Pontificios & Euangelicos institutum, qui in Comitiis Ratisbonensibus antegressis decretus fuerat. In eo præses erat Iulius Pflug, Episcopus Numburgensis. Collocutores ex parte Pontificiorum Michael Sidonius, Episcopus Martisburgensis, Canisius, Staphylus alii; ex parte Evangelicorum Phil. Melanchthon, & qui a Saxonicis Principibus missi erant, Erhardus Schnepfius, Ioh. Stosselius, Ioachimus Morlinus, & Erasmus Sarcerius. Hi vero, quia Melanchthon cum reliquis Wittebergensibus in negotio Interimistico Pontificiis plus iusto concesserant, condemnandas prius Interimisticas & Adiaphoristicas actiones censebant, quam vlterius

terius (nam de norma iudicii in controuersiis Theologicis iam actum fuerat) cum Pontificiis disputaretur. Wittebergensibus vero intempestiuas iam condemnationes illas esse dicentibus, Saxonici, quos diximus, Theologi rebus infectis donum sunt revocati. V. *Lucas Osiander Histor. Eccles.* Cent. XVI. Lib. III. c. 28. ad Ann. 1557.

Sed quisnam, inquies per *turdum* vers. 57. quis per *Vireonem* vers. 62. quis per *Picam* & *Meropem* vers. 65. & 66. qui denique per *Ululas* v. 68. indigitantur. Mirifica hic sane eaque varia oculatiorum quorundam lectorum Crisis seseexerit. Nos propriis, at verisimilibus tamen coniecturis vsuri, per turdum, D. Erhardum Schnepfium intelligimus, qui ob sphingem Augustanam Tubinga expulsus, Ienæ stationem commodam inuenerat. Nam is inter Theologos Principum Saxonicorum ad conuentum Wormatiensem missos erat primicerius, isque ob singularem facundiam valde celebris. Aliis turdus edax vel bacciuorus est Erasmus Sarcerius, sed nobis ille per vireonem non obscure videtur designari, nam is non a Merulæ tantum partibus h. e. Amsdorffianis stetit, sed

&

& *Arcturi rursus sola ab ortu* mutauit, & *fora pressit*, vt Poëta loquitur. Quamuis enim Annæbergæ in Misnia fuerit natus 1501. primum tamen bonas literas Lubecæ & Rostochii, atque adeo veluti sub Arcturo, vt poëtæ loqui amant, seu in plaga Germaniæ Septentrionali, dein Viennæ in Austria & Græciæ in Stiria, atque adeo in plagis Germaniæ Orientalibus bonas literas est professus. E Stiria Lubecam reuocatus iterum ludo literario præfuit, posteaque in Nassouiensi ditione ad Rhenum Ecclesias Lutheranas rexit vsque ad Ann. 1548. Ob Interim secedere inde coactus, Lipsiæ ad D. Thomæ ab anno 1549. & Islebiæ euangelium docuit. Obiit autem Magdeburgi 1559, doloribus calculi confectus, cum quatuor ibi conciones vix habuisset. Vir memorabilis grauitatis & constantiæ, vitæque castæ & integræ, concionator præterea disertus & copiosus, semperque aculeos in animis auditorum relinquens. Vid. *Albinus in Chronico Misneusi* tit. 25. f. 316. Sed quomodo *fora pressit* v. 64. inquies, Sarcerius. Id de conuentu Wormatiensi ab eo dissoluto intelligimus. Nam cum Wittebergenses Adiaphoristas & synergistas damnare tum nollent,

lent, pergendumque disputando contenderent Sarcerius cum Collegis, prolatis mandatis sciunctionem ab illis fecit, qua occasione arrepta & ipsi Pontificii procedere in colloquio noluerunt. V. *Osiander* l. c. f. 657.

Vers. 65. Mox in congressu) Per *picam*, quæ gamulorum alias solet esse hieroglyphicum, nonnemo Victorinum Strigelium designari existimauit. Causa coniecturæ illius exinde haut dubie nata, quod & ipse Strigelius cum Theologis Saxonicis iam dictis ad Conuentum Wormatiensem fuit ablegatus. Sed quo minus accedere coniectori illi queamus, obstat cum constans eius φιλιππισμὸς, tum verba potissimum illa, quæ manu suapte primo Tomorum Philippi Melanchthonis, in Bibliotheca Facultatis Philosophicæ Lipsiensis extantium A. 1565. d. 6. Aprilis inscripsit. Nam præmissis Eusebii de Aristotele verbis encomiasticis, & Philippo Præceptori suo accommodatis: *Ut*, inquit, *spumæ scopulis illisæ rursus defluunt, cum quidem ipsi scopuli stent immoti: Sic huius Viri scripta Theologica & Philosophica nulla vnquam ætas abolebit, etiamsi Flaciani inuidia & calumnia rumpantur, quorum quidem nomina & putidi libelli*

belli allatrantes, clarissimum & immortale nomen Philippi celerius quam corpora putrescent. Nobis pica hoc loco est M. Ioannes Aurifaber, Principum Saxoniæ concionator aulicus, qui & ipse Adiaphoristis se opposuit, & refutationem Joh. Stolzii, Ecclesiastæ ibidem antehac aulici, contra propositiones Pfeffingeri Ann. 1551. Is enim æmulari Schnepfium atque Sarcerium eloquentia sua velle videbatur. *Merops* autem nemo quisquam alius est quam Ioach. Morlinus, cordatus sui æui Theologus. Et vero vti auis migratoria est merops, nec in uno loco perseuerat, ita de loco quoque in locum, quoad vixit, commigrauit Morlinus. Fuit enim verbi diuini præco Wittebergæ in patria sua, fuit in patria Lutheri, in patria Bugenhagii Pomerani, Arnstadii in Thuringia, Gottingæ in Saxonia, Schleusingæ in Franconia. Digressus inde ob Osiandrismum ibi invalescentem Brunsvvicensi Ecclesiæ præfectus & tandem in Borussiam revocatus, Sambiensis episcopus fuit constitutus, vbi & anno 1571. mortalitatem expleuit. Fuit acer feruidusque Lutheri sectator, quod nec Philippus in epistola ad Albertum Hartenbergium Caluinistam dissimula-

mulauit; & quia sententiam Lutheri retinuit, quod scilicet Christi corpus sit in cum, & sub pane, sæpe numero dixit: *du muſt nicht ſagen mum, mum, ſondern du muſt ſagen was dieſes iſt, das der Prieſter in der Hand hat. V. Melch. Adami in Vit. Theolog. p. 457.* Sed Maiori tanquam Philippistæ hæc auis se non approbat, vti nec vlulæ lucifugæ & nocturnæ quietis turbatrices, h. e. pastores Ecclesiarum partim obscuri partim anonymi, qui tum temporis Adiaphorismum modis omnibus cum Nicol. Gallo sociisque eius oppugnabant. Innumeræ enim prouolabant chartæ contra Interimistas & Adiaphoristas, quorum autores quia aut minus clari erant, aut personati, lucifugæ vlulæ non latenter a poëta nuncupantur.

Verſ. 21. Pone latus Cuculi) Sectari Cuculum dicuntur *mergi fulicæque marinæ*; per has autem aues marinas non alios intelligit Theologos Maior hoc loco, quam; vti supra iam subinsinuauimus, Theologos Saxonicos, Hamburgi, Lubecæ, aliisque in vrbibus Hanseaticis tum degentes & Adiaphoristis se opponentes. Fulicæ alioqui Cygno comparari dicuntur, quoties personæ inter se plane-

ne dissimiles conferuntur. Quod prouerbium cum in mente citra dubium habuerit Maior, non obscure hoc ipso innuit, pro ea, qua vtebatur, maledicentia, Saxonicos Theologos nonnisi fulicas esse, quæ cum Cygnis h. e. Luthero ac Melanchthone comparari plane nequeant.

Vers. 76. ferens Cuculo suffragia Phœnix) Per phœnicem circumscribitur Georg. Fabricius, ad cuius nomen & v. 82. *quam faber admotis &c.* alluditur. Fabricius, inquam patria Chemnicensis, & primus illustris Scholæ ad Albim Rector, de studiis ac studiosa iuuentute immortaliter meritus. Is, quanquam ob multiplicem doctrinam & Melanchthoni & Camerario longe esset charissimus, adiaphoristicas tamen actiones penes animum suum approbare haud substinebat, & quoniam Camerarius in Somniis suis Flacianos iusto vehementius pupugerat, Eclogam, *Corydonis* nomine insignitam edidit, & somnia illa satis salse ac latenter perstrinxit. Atque hinc applaudere Cuculo dicitur. Phœnicis autem nomen id propter ei datum, quod Phœnicem in insignibus suis, nobilitatis à Maximiliano II. Cæsare sibi concessæ testibus, præ se ferret. Et

profecto phœnix, siue rara auis erat inter eruditos sui temporis, Grammaticus quippe, Poëta, orator, Antiquarius, Historicus admirandus, qui & doctissimus Misnicus cum Georgio Agricola salutari a quibusdam meruit, ob scripta longe plurima a se euulgata, quæ recensita vide in *Bibliotheca Gesnero-Simleriana* a Joh. Jacob. Frisio continuata f. 267. seqq. & *Albino in Chronico prouinciali Misniæ f. 364.*

Vers. 84. Vires intendit Alauda) Hoc loco per alaudam, vti & infra per cassitam v. 364, intelligendus venit deuotus ac disertus ille Ecclesiastes M. Ioh. Mathesius, Rochlicensis patria, sed Pastor Valle-Ioachimicus in Bohemia, post Rectoratum Scholæ ibidem administratum; natus 1509, denatus 1566, cuius Sarepta seu Conciones metallurgicæ sacræ, conciones item de vita Christi, Conciones de vita Lutheri lectu omnino sunt dignæ. Eius autem ideo hoc loco fit mentio, quod Philippo intima amicitia erat coniunctus, quod & Philippi ad eum epistolæ sat loquuntur.

Alaudam hanc excipit *Acanthis* h. e. M. *Iob. Stigelius*, Frimaria prope Gotham oriundus, & eloquentiæ poëseosque in Academia Salana tum noua Professor, qui Anno. 1562.

d. XI.

d. XI. Febr. obiit, nondum completo anno ætatis 47. Carduelem haut dubie appellasset, si vox isthæc intra hexametrum coarctari se pateretur. Hunc Stigelium ex amicis Philippi fuisse non tot carmina tantum, sed & centum Philippi ad eum epistolæ, volumini tertio Stigelianorum poematum annexæ, in quibus aut amicus, aut frater charissimus semper salutatur, luculentissimo sunt documento. Quanquam autem adamantina quædam Stigelio huic cum Philippo intercesserit amicitia, rumoribus tamen de Philippo in causa sacramentaria sparsis valde fuit perculsus; eamque ob rem Philippum ipsum, vt hanc suspicionem a se scripto aliquo amoueret, per literas obsecrauit, quas vide inter Philippicas ad ipsum datas p. 200. Acanthidi commodum subiungitur *Fringilla*, eaque, vti v. 363. describitur, *in tilia virenti*, hoc est Lipsiæ sedem tenens, Ioachimus videlicet Camerarius, Pabebergensis, sed postquam Tubinga huc vocatus esset Græcæ & Latinæ linguæ in hac & Philyrea Professor, doctissimus Germanorum ab exteris non abs re laudatus. Vide inter *Præfationes Thomasii* præfat. 7. *de laudibus Camerarii*. Hic amicissimum omnium Philippi

mouit, & cum applausu theatri Saxonia repetiuit crebro & vrsit, cognoscant, disceptent, ac dirimant, salua & integra ipsius existimatione, etsi se fingunt ab Ecclesijs suis missos esse non vt iudices vel Censores, sed pacificatores. Flacius ipse ne procul abfit, iusta coborte suorum manipularium stipatus ἐκπόλιν Coswicianam occupauit, unde & leges ac conditiones pacis fert arbitris & expectat responsa. Ceperunt itaque postridie, qui fuit 12. Ianuarii de consilio suo referre quadam ad socerum meum solum, reliquis ad quos eadem pertinent exclusis, nec carebat compellatio prima aculeis satis mordacibus & minacibus, quos cum retunderet Philippus ac refutaret vehementiore oratione, quam existimabam eum facturum, mitescebant, & cum deprecatione quadam de sua erga Philippum voluntate & affectione prolixe testabantur. Conuenerunt tandem volente & requirente Philippo, vt conditiones ipsi ineunda proponerentur. Id cum de praescripto fecissent, etsi omnibus illis pregrauabatur, quasdam tamen recepit, quasdam repudiauit. Sed indulsit ac tribuit eis nimium, & ne hac lenitate nouum sibi periculum conciliet,

ciliet, & mox novis implicetur certaminibus, suoque iuguletur tandem gladio, metuo. Sententiam de oblatis conditionibus Philippi ad suum retulerunt Pontificem legati, cuius decreta iam expectamus. Historiam totius tractationis scribam, vbi finita fuerit, aut in nouum & priori maius incendium eruperit. Nam & ipsi inter se pacificatores manifeste dissentiunt, & plerique a Flacio repudiantur tanquam Philippo addictiores. Sed tota actio insidiarum & periculi plena est, necdum intelligo quid quaratur, quorsum consilia spectent aut Flaciana aut legatorum, etsi plerique hac praese ferunt, quari coniunctionem Saxonicarum Ecclesiarum cum nostra.

Et vero nihil quicquam profeciſſe legationem iſtam Flacii ad Philippum, euentus Magiſter optimus docuit. Ratio autem intermiſſæ pacificationis fuit nimia Philippi, Maioris & Collegarum vt & Theologorum Lipſienſium ad Pontificios in adiaphoris, vt vocabant, συγκατάβασις. Nam & Lipſiæ poſt Interim illud Auguſtanum, Interim minus, quod & Lipſienſe appellatur, non ſine maxima Theologorum orthodoxorum offenſione prodiit, Procuderat illud, vt nonnulli

optinantur, D. Joh. Pfeffinger, Superintendens Lipsiensis, subscripseratque illi D. Bernhardus Zieglerus, nobilis Misnicus, Theologiæ doctor, & Hebraicæ linguæ Professor, qui & eo tempore, Orationem *de coniunctione & unitate Christianorum contra non necessarias separationes & æmulationes perversas* in templo Collegii Paulini recitavit; a quorum sententia nec Camerarius, quippe totus alias φιλιππίζων, fuit alienus, teste vita Melanchthonis ab ipso perscripta. Vide vitam hanc *p. 285. & p. 383.* vbi indignabundus & fervore plenus in Flacium & Flacianos mirum quantum inuehitur. Fuit alias Zieglerus iam dictus Vir exquisitæ in Hebraicis scientiæ, candidæ præterea hilarisque mentis, & expromtæ in re non lautissima liberalitatis in pauperes, qui Lipsiæ Kal. Ian. 1552. diem suum obiit. V. Camerar. in Vita Melancht. *p. 327.* qui & funus eius latina oratione cohonestauit. Sed in orbitam iam redeamus. Videntes autem Theologi Saxonici, Lubecenses, Luneburgenses & Hamburgenses, Papismo bipatentes iterum fenestras per adiaphora tam a Wittebergicis quam Lipsicis Adiaphoristis patefieri, scripto euulgato

gato decretum illud Auguſtanum prolixe confutarunt, cuius ſcriptor potiſſimus fuit D. Ioh. Æpinus, Paſtor Hamburgenſium primarius. Nec ſuarum partium non fategerunt Doctores Magdeburgici, Amsdorffius, Flacius & Gallus, quin Wittebergenſibus æque ac Lipſienſibus graviſſime ſe oppoſuerunt, multique editis libellis eos incuſarunt, quod diſſimulanter agerent, & per adiaphora ſeu res medias pontificiæ religioni viam aperirent; regulam etiam tunc poſuere, omnes ceremonias atque ritus, quamvis natura ſua ſint indifferentes, non amplius eſſe adiaphora, ſi vis & opinio cultus & neceſſitas accedat, & cum impietatis detur occaſio. Hamburgenſes præterea datis ad Wittebergenſes literis, quid ipſi vocent adiaphora ſeu res medias enumerarunt, & cuiusmodi admitti poſſint demonſtrarunt, rogantes inſimul vicisſim & ipſi aperte ſcriberent, quid eo nomine comprehendi velint, vt haberent videlicet homines quod ſequerentur, nec animis fluctuarent, neue nomen illud adiaphoricum multis aliis erroribus, qui ſenſim inſinuare ſe poſſent, occaſionem præberet. Sed quid ad epiſtolam illam

Philippus respondebat? Omnia eo tendebant, seruitutem aliquam ferendam esse dixit cum pietate haut coniunctam, quæ responsio nonnisi Interimistica est. V. *epistola Hamburgensium* ipsa *ad Philippum* cum eiusdem responsione. conf. *Sleidan. in Comment. de Statu religionis* & Reip. ad Ann. 1549. p. m. 658. Hæc omnia non obscure tangit Maior. Nam vt v. 49. per *picem Illyricam* scripta Illyrici, ita per *Boream stridentem* v. 47. & per *multa Saxa* v. 48. Theologorum Saxonicorum Scripta anti-adiaphoristica intelligit, quos v. 73. *mergos fulicasque marinas* vocat. Innuit autem & hoc, Melanchthonem tanquam Hippoclidem quendam nihil quicquam curasse hæc omnia, qui & ipse aliquando dixisse fertur, se generosum caballum imitari, qui allatratu canium minorum non magnopere moueatur. V. Flacius *wieder die neue reformation D. Pfeffingers des Meißnischen Thumherrn sub init. D. Pfeffinger denckt ohn Zweiffel auch, wie jener vornemste adiaphorist sich hören leßt, er thu gleich wie ein guter reisiger Gaul, der für den kleinen bündlein fürüber trabt, und nach ihren bellen gar nichts fragt.*

Vers. 45. Dumque noui rursum, Nouum

auium conuentum describit satyricus noster ornithologus, inque eo alias Merulæ, alias Gallo, alias Cuculo gregales se dedisse narrat. Sed hæ omnes causæ sociæ erant pro una stantes, & Philomelæ eiusque sequacibus auibus se opponentes. Nam Amsdorffiani, Gallicani & Flaciani easdem inflabant tibias, coniunctisque viribus Philippum ac Philippistas oppugnabant. Respicit autem citra dubium Maior ad conuentum Wormatiensem Anno. 1557. mense Septembri inter Theologos Pontificios & Euangelicos institutum, qui in Comitiis Ratisbonensibus antegressis decretus fuerat. In eo præses erat Iulius Pflug, Episcopus Numburgensis. Collocutores ex parte Pontificiorum Michael Sidonius, Episcopus Martisburgensis, Canisius, Staphylus alii; ex parte Evangelicorum Phil. Melanchthon, & qui a Saxonicis Principibus missi erant, Erhardus Schnepfius, Ioh. Stoffelius, Ioachimus Morlinus, & Erasmus Sarcerius. Hi vero, quia Melanchthon cum reliquis Wittebergensibus in negotio Interimistico Pontificiis plus iusto concesserant, condemnandas prius Interimisticas & Adiaphoristicas actiones censebant, quam vlterius

terius (nam de norma iudicii in controuersiis Theologicis iam actum fuerat) cum Pontificiis disputaretur. Wittebergensibus vero intempestiuas iam condemnationes illas esse dicentibus, Saxonici, quos diximus, Theologi rebus infectis donum sunt reuocati. V. *Lucas Osiander Histor. Eccles.* Cent. XVI. Lib. III. c. 28. ad Ann. 1557.

Sed quisnam, inquies per *turdum* vers. 57. quis per *Vireonem* vers. 62. quis per *Picam* & *Meropem* vers. 65. & 66. qui denique per *Ululas* v. 68. indigitantur. Mirifica hic sane eaque varia oculatiorum quorundam lectorum Crisis sese exerit. Nos propriis, at verisimilibus tamen coniecturis vsuri, per turdum, D. Erhardum Schnepfium intelligimus, qui ob sphingem Augustanam Tubinga expulsus, Ienæ stationem commodam inuenerat. Nam is inter Theologos Principum Saxonicorum ad conuentum Wormatiensem missos erat primicerius, isque ob singularem facundiam valde celebris. Aliis turdus edax vel bacciuorus est Erasmus Sarcerius, sed nobis ille per vireonem non obscure videtur designari, nam is non a Merulæ tantum partibus h. e. Amsdorffianis stetit, sed

&

& *Arcturi rursus sola ab ortu* mutauit, & *fora pressit*, vt Poëta loquitur. Quamuis enim Annæbergæ in Misnia fuerit natus 1501. primum tamen bonas literas Lubecæ & Rostochii, atque adeo veluti sub Arcturo, vt poëtæ loqui amant, seu in plaga Germaniæ Septentrionali, dein Viennæ in Austria & Græciæ in Stiria, atque adeo in plagis Germaniæ Orientalibus bonas literas est professus. E Stiria Lubecam reuocatus iterum ludo literario præfuit, posteaque in Nassouiensi ditione ad Rhenum Ecclesias Lutheranas rexit vsque ad Ann. 1548. Ob Interim secedere inde coactus, Lipsiæ ad D. Thomæ ab anno 1549. & Islebiæ euangelium docuit. Obiit autem Magdeburgi 1559, doloribus calculi confectus, cum quatuor ibi conciones vix habuisset. Vir memorabilis grauitatis & constantiæ, vitæque castæ & integræ, concionator præterea disertus & copiosus, semperque aculeos in animis auditorum relinquens. Vid. *Albinus in Chronico Misnensi* tit. 25. f. 316. Sed quomodo *fora presit* v. 64. inquies, Sarcerius. Id de conuentu Wormatiensi ab eo dissoluto intelligimus. Nam cum Wittebergenses A- diaphoristas & synergistas damnare tum nol-

lent,

lent, pergendumque disputando contenderent Sarcerius cum Collegis, prolatis mandatis sciunctionem ab illis fecit, qua occasione arrepta & ipsi Pontificii procedere in colloquio noluerunt. V. *Osiander* l. c. f. 657.

Vers. 65. Mox in congressu) Per *picam*, quæ gamulorum alias solet esse hieroglyphicum, nonnemo Victorinum Strigelium designari existimauit. Causa coniecturæ illius exinde haut dubie nata, quod & ipse Strigelius cum Theologis Saxonicis iam dictis ad Conuentum Wormatiensem fuit ablegatus. Sed quo minus accedere coniectori illi queamus, obstat cum constans eius φιλιππισμὸς, tum verba potissimum illa, quæ manu suapte primo Tomorum Philippi Melanchthonis, in Bibliotheca Facultatis Philosophicæ Lipsiensis extantium A. 1565. d. 6. Aprilis inscripsit. Nam præmissis Eusebii de Aristotele verbis encomiasticis, & Philippo Præceptori suo accommodatis: *Ut*, inquit, *spumæ scopulis illisæ rursus defluunt, cum quidem ipsi scopuli stent immoti: Sic huius Viri scripta Theologica & Philosophica nulla vnquam ætas abolebit, etiamsi Flaciani inuidia & calumnia rumpantur, quorum quidem nomina & putidi libelli*

belli allatrantes, clarissimum & immortale nomen Philippi celerius quam corpora putrescent. Nobis pica hoc loco est M. Ioannes Aurifaber, Principum Saxoniæ concionator aulicus, qui & ipse Adiaphoristis se opposuit, & refutationem Joh. Stolzii, Ecclesiastæ ibidem antehac aulici, contra propositiones Pfeffingeri Ann. 1551. Is enim æmulari Schnepfium atque Sarcerium eloquentia sua velle videbatur. *Merops* autem nemo quisquam alius est quam Ioach. Morlinus, cordatus sui æui Theologus. Et vero vti auis migratoria est merops, nec in uno loco perseuerat, ita de loco quoque in locum, quoad vixit, commigrauit Morlinus. Fuit enim verbi diuini præco Wittebergæ in patria sua, fuit in patria Lutheri, in patria Bugenhagii Pomerani, Arnstadii in Thuringia, Gottingæ in Saxonia, Schleusingæ in Franconia. Digressus inde ob Osiandrismum ibi invalescentem Brunsvvicensi Ecclesiæ præfectus & tandem in Borussiam revocatus, Sambiensis episcopus fuit constitutus, vbi & anno 1571. mortalitatem expleuit. Fuit acer feruidusque Lutheri sectator, quod nec Philippus in epistola ad Albertum Hartenbergium Caluinistam dissimula-

mulauit; & quia sententiam Lutheri retinuit, quod scilicet Christi corpus sit in cum, & sub pane, sæpe numero dixit: *du muſt nicht ſagen mum, mum, ſondern du muſt ſagen was dieſes iſt, das der Prieſter in der Hand hat. V. Melch. Adami in Vit. Theolog. p. 457.* Sed Maiori tanquam Philippistæ hæc auis se non approbat, vti nec vlulæ lucifugæ & nocturnæ quietis turbatrices, h. e. pastores Ecclesiarum partim obscuri partim anonymi, qui tum temporis Adiaphorismum modis omnibus cum Nicol. Gallo sociisque eius oppugnabant. Innumeræ enim prouolabant chartæ contra Interimistas & Adiaphoristas, quorum autores quia aut minus clari erant, aut personati, lucifugæ vlulæ non latenter a poëta nuncupantur.

Vers. 21. Pone latus Cuculi) Sectari Cuculum dicuntur *mergi fulicaque marinæ*; per has autem aues marinas non alios intelligit Theologos Maior hoc loco, quam; vti supra iam subinsinuauimus, Theologos Saxonicos, Hamburgi, Lubecæ, aliisque in vrbibus Hanseaticis tum degentes & Adiaphoristis se opponentes. Fulicæ alioqui Cygno comparari dicuntur, quoties personæ inter se plane-

ne dissimiles conferuntur. Quod prouerbium cum in mente citra dubium habuerit Maior, non obscure hoc ipso innuit, pro ea, qua vtebatur, maledicentia, Saxonicos Theologos nonnisi fulicas esse, quæ cum Cygnis h. e. Luthero ac Melanchthone comparari plane nequeant.

Vers. 76. ferens Cuculo suffragia Phœnix) Per phœnicem circumscribitur Georg. Fabricius, ad cuius nomen & v. 82. *quam faber admotis &c.* alluditur. Fabricius, inquam patria Chemnicensis, & primus illustris Scholæ ad Albim Rector, de studiis ac studiosa iuuentute immortaliter meritus. Is, quanquam ob multiplicem doctrinam & Melanchthoni & Camerario longe esset charissimus, adiaphoristicas tamen actiones penes animum suum approbare haud substinebat, & quoniam Camerarius in Somniis suis Flacianos iusto vehementius pupugerat, Eclogam, *Corydonis* nomine insignitam edidit, & somnia illa satis falsè ac latenter perstrinxit. Atque hinc applaudere Cuculo dicitur. Phœnicis autem nomen id propter ei datum, quod Phœnicem in insignibus suis, nobilitatis à Maximiliano II. Cæsare sibi concessæ testibus, præ se ferret. Et

profecto phœnix, siue rara áuis erat inter eruditos sui temporis, Grammaticus quippe, Poëta, orator, Antiquarius, Historicus admirandus, qui & doctissimus Misnicus cum Georgio Agricola salutari a quibusdam meruit, ob scripta longe plurima a se euulgata, quæ recensita vide in *Bibliotheca Gesnero-Simleriana* a Joh. Jacob. Frisio continuata f. 267. seqq. & *Albino in Chronico prouinciali Misniæ f. 364.*

Vers. 84. Vires intendit Alauda). Hoc loco per alaudam, vti & infra per cassitam v. 364, intelligendus venit deuotus ac disertus ille Ecclesiastes M. Ioh. Mathesius, Rochlicensis patria, sed Pastor Valle-Ioachimicus in Bohemia, post Rectoratum Scholæ ibidem administratum; natus 1509, denatus 1566, cuius Sarepta seu Conciones metallurgicæ sacræ, conciones item de vita Christi, Conciones de vita Lutheri lectu omnino sunt dignæ. Eius autem ideo hoc loco fit mentio, quod Philippo intima amicitia erat coniunctus, quod & Philippi ad eum epistolæ sat loquuntur.

Alaudam hanc excipit *Acanthis* h. e. *M. Iob. Stigelius*, Frimaria prope Gotham oriundus, & eloquentiæ poëseosque in Academia Salana tum noua Professor, qui Anno. 1562.

d. XI.

d. XI. Febr. obiit, nondum completo anno ætatis 47. Carduelem haut dubie appellasset, si vox isthæc intra hexametrum coarctari se pateretur. Hunc Stigelium ex amicis Philippi fuisse non tot carmina tantum, sed & centum Philippi ad cum epistolæ, volumini tertio Stigelianorum poematum annexæ, in quibus aut amicus, aut frater charissimus semper salutatur, luculentissimo sunt documento. Quanquam autem adamantina quædam Stigelio huic cum Philippo intercesserit amicitia, rumoribus tamen de Philippo in causa sacramentaria sparsis valde fuit perculsus; eamque ob rem Philippum ipsum, vt hanc suspicionem a se scripto aliquo amoueret, per literas obsecrauit, quas vide inter Philippicas ad ipsum datas p. 200. Acanthidi commodum subiungitur *Fringilla*, eaque, vti v. 363. describitur, *in tilia virenti*, hoc est Lipsiæ sedem tenens, Ioachimus videlicet Camerarius, Pabebergensis, sed postquam Tubinga huc vocatus esset Græcæ & Latinæ linguæ in hac & Philyrea Professor, doctissimus Germanorum ab exteris non abs re laudatus. Vide inter *Præfationes Thomasii* præfat. 7. *de laudibus Camerarii.* Hic amicissimum omnium Phi-

lippi erat corculum per annos quadraginta, neque enim quenquam, quod scimus, coniunctiorem post Lutherum habuit. Eluescit illud clarisime, tum ex peculiari volumine Philippi epistolarum ad Camerarium perscriptarum, in quibus secretisima illi quæque, sed nominibus obscuris atque ænigmaticis, insinuat, tum ex verbis Philippi σῶμα πρὸς σῶμα ad Camerarium prolatis. Nam paulo ante mortem tanquam ultimum vale dicturus Camerario: *Mi domine Ioachime*, dicebat, *fuimus iam amici ab annis quadraginta, & vera fuit atque mutua inter nos dilectio, ex qua neuter sibi quicquam quæsiuit: fuimusque duo quidem Ludimagistri, boni παραζάται suo quisque loco, & confido labores nostros multis profuisse.* v. brevis narratio de obitu Philippi Melanchthonis conscripta a Professoribus Acad. Witteb. 1560. Intimioris huius amicitiæ vel illud quoque evidentisimo est iudicio, quod Camerarius in adiaphoristico quoque negotio cum Philippo harmonice conspirauerit, & in βλακικὰς h. e. Flacianos quacunque occasione data vehementer de tonuerit, testibus epistolis ad Philippum, & vita Philippi ab eodem scripta.

Vers.

V. 87. Et curruca timens) Existimauit nonnemo Iustum Menium per hanc avem innui Lipsiæ ad D. Nicolai adiutorem, vbi & 1559. obiit; Nam & hic Philippo & adiaphoristis adhærebat totus, & scriptis quoque publicis Amsdorffium & Flacium impugnabat. Verum rectius Alma Mater h. e. Academia Wittebergensis intelligitur; Nam illa tum temporis Flacium tanquam cuculum h. e. ingratum agnoscebat hospitem, & quia ab eo & sociis Adiaphorismi accusabatur, stragem exinde non exiguam extimescebat quippe quæ tota Philippica tum erat, sed hac de re post paulo, plura.

Vers. 92. Tum quassans caput) Postquam aues tam canoræ quam minus canoræ conuenerant, ita enim fingit Maior, *Coccyx* seu cuculus eas alloquitur, vtque in locum Cygni alium præsidem s. regem eligant, consuadet. Dumque id agit, in eos quoque animaduertendum censet, qui hactenus sese ob adiaphorismi impugnationem vellicauerint. Quanquam autem Cuculus ἀπὸ ὑγιὲς ex mente Maioris (nam ei non singultientem tantum vocem v. 105. 163. & v. 339. sed & ad nomina eius alludens; *flaccida Carmina* & *delirum*

lirum os. v. 107. & 108. tribuit) protulerit, principatum tamen Merula ei assignat, vbi & hæc ridicula vel ironica potius additur ratio, quod pueri responsa a Cuculo de vitæ longæuitate soleant petere. Verum Bubo vlulis maior h. e. M. Ioh. Stolzius, Concionator Aulicus Vinariensis, qui non adiaphoristicas tantum Pfeffingeri propositiones confutauit, sed & *Somnium Lutheri* edidit, inque ea Somnia Camerarii non obscure carpsit, Gallo, non Cuculo, primarias partes deferendas esse contendit tum ab vigilantiam, tum ob singularem in canendo & pugnando alacritatem. Fringilla autem siue Camerarius Buboni seu Stolzio, aduersario suo, se opponit, Gallumque reiicit, quod mutabilis in horas sit, nec satis aptus controuersiis dirimendis. Nec æquior est in Cuculum, quod non perstet tantum in suo proposito, sed & Planetam quendam terrestrem agat. Nam Flacius cum & Wittenbergæ, & Magdeburgi & Ienæ consedisset, aliquamdiu Ratisbonæ, aliquamdiu Antwerpiæ, aliquamdiu Francof. ad Mœnum nidificauit, vbi & Anno. 5575. obiit. Et sane vti φιλοπρώτατος erat Camerarius, ita Flacium quoque & Gallum, antagonistas Phi-

Philippi non odisse non poterat, tanquam *exitiosæ pervicaciæ* (ut vocat in vita Melanchthonis p. 287.) *adiutores & incitatores strenuos & vehementes.* Fringillæ succinit curruca h. e. Academia Wittebergensis, deque Cuculo, quod multos pullorum suorum deuorauerit, h. e. multos studiosorum suorum ex gremio suo discedere fecerit atque in partes suas pertraxerit, cum lacrymis conqueritur.

Vers. 173. Excipiens Fringilla) Postquam Curruca h. e. Academia Wittebergensis de damnis sibi a Cuculo illatis fuisset conquesta, Fringilla h. e. Camerarius eum tanquam lucifugam incusat. Dicit autem, intra cancellos allegoricos se continens, cuculum in arbore excauata se illatebrasse, vnde carmen Germanicum Poëtis exciderit de cuculo ex cauo salice delapso. Est autem hoc carminis illius initium: *der Guguck hat sich zu tode gefallen von einer holen Weyden, wer wird unß denn den sommerlang die lange Zeit vertreiben.* Quod ipsum quoque initium duobus versibus 180. & 181. exprimere Maior voluit. Quemadmodum autem dignum censet cuculum, qui vel flammis exuratur, ita a

viui comburio non proxime ab fuisse fingitur, cum arbor vetusta, in qua latitaverat, ab agricola incensa esset. Si coniicere quid licet, dixerimus ad obsidionem Magdeburgi hoc ipso respici, iussu Caroli V. à Mauritio Electore Saxoniæ susceptam, eo quod Interim Augustanum a Ioh. Agricola conscriptum detrectarent recipere. Nam cum Magdeburgum se tandem dederet, sed citra susceptionem τῶ Interim, Flacius nescio quid sibi timens excesit, & tuciora loca quærens non cessauit Philippum & Adiaphoristas, qui mansuetæ volucres a Maiore v. 203. vocantur, scriptis publicis incessere. In eum itaque & manipulares eius tanquam aues asperas ac streperas inuehitur fringilla, in Merulam inprimis, Monedulam, picam & meropes, h. e. in Amsdorffium, Ioh. Wigandum, Ioh. Aurifabrum, Erasmum Sarcerium, & Ioach. Morlinum. Nam & Wigandus, qui tum Magdeburgi, tum Ienæ tum alibi Theologum orthodoxum egit, in Borussia tandem tanquam episcopus Pomezanensis 1587. mortuus, contra Adiaphoristas mascule & invicte dimicauit. Fringillæ autem occentat iterum Bubo h. e. Camerario Stolzius, eique non dictatu-

ctaturam tantum, quam sibi arrogare videatur, sed & studium equitandi v. 218. (scripsit enim Camerarius Hippocomum h. e. librum de arte equestri, & ipse, vti Henrico Stephano appellatur, fuit ἱππικώτατος) & somnia a se edita exprobrat. Camerarius autem perstat in sua sententia, & quemadmodum Græcæ Linguæ, quam & publice profitebatur, erat callentissimus, ita Græcis inprimis musas elegantiores transcribit, seque adeo, susque deque habitis auibus, philomelæ vnice se adhærere iterum iterumque profitetur. Nec aliter sentiunt Acanthis & alauda h. e. Stigelius, Poëta Ienensis, & Ioh. Mathesius, Pastor Valle-Ioachimicus, à quo Maior tanquam Ioachímicus valde amabatur.

Vers. 249. Sic ait, & misso) Suffragia hactenus diuersarum auium non sine poëtica fictione recensuit Maior, & Cuculo vel Coccygi a Merula, Gallo a Bubone Philomelæ a Fringilla, nec non abs Alauda, Acanthide & Curruca primatum fuisse assignatum commemorauit. Sed & hoc addit:

Tollunt se volucres celebri super aera lapsu,
Nam sors euentu congressum lusit inani.

Culpam dissonantiæ huius in calumnias Flacii

Maior tanquam Philippista coniicit, quem etiam non erronem tantum lucifugamque appellat, & cum nocturno pecudum abactore ac latrone comparat, verum etiam denuo tanquam cuculum in currucam suam ingratum describit. Collimat autem Maior v. 276. ad legationem illam, de qua supra nonnihil ex MSta Peuceri epistola retulimus. Venerant enim sub initia Anni 1557. Theologi Saxonici Wittebergam, iique a Flacio excitati, vt concordiam inter Philippum & Flacium restabilirent. Conuenerant etiam Coswici, & articulos anti-adiaphoristicos ab vtraque parte approbandos proposuerant. Philippus autem tantum abest, ut se facilem in conuentu illo præbuerit, vt potius id responsi præter spem dederit: *Non volo de adiaphoris aliquam disputationem nouam mouere, aut damnare nostros, quorum aliqui mortui sunt, qui retineri ritus, quos Lutherus retinuit, maluerunt, quam pelli pios pastores, & miseras familias, & fieri vastitatem in Ecclesiis. nequaquam volo meo aliquo præiudicio viros honestissimos, qui in illis deliberationibus fuerunt grauari &c.* V. Flacii Responsionem Germanicam *auf das Ausschreiben zweier*

Uni-

Uniuersitäten, und die Inuectiuam, Scholasticorum Wittebergensium Ienæ 1558. editam, litera G. quinimo stomachosus in id verborum prorupit tum Philippus: *Ihr seid kommen, daß ihr mich unterdrucket, nehmt mich hin, martert mich, kreutziget mich, würget mich.* Atque hinc & Maior v. 280. *Seu vi siue dolis Philomelam absumere certum est.* Flacius, cum legationem hanc Saxonicorum Theologorum non minus, quam tot ad Philippum scriptas epistolas & blanda alloquia in vanum videret recidere, Virum magnæ autoritatis Petrum Paulum Vergerium precibus instantissimis inflexit, vt eum Philippo & reliquis adiaphoristis ageret, & Palæmonis partes inter partes dissidentes obiret. Verum, quamuis is nihil suarum partium in hoc negotio faceret reliqui, frustra tamen & ipse erat, semper responsi isthoc a Philippo accipiens. *Lieber sagt mir nichts dauon, last uns von was anders reden.* Per *columbam* felle carentem idem Vergerius est intelligendus, non Paulus Eberus, Theologus Wittebergensis, neque Hubertus Languetus, Augusti Saxoniæ Electoris in Aulis Regum & Principum internuncius, quorum ille a quibus-

dam

dam, hic ab amico per columbam designari fuit creditus. Vergerius alias Legatus erat pontificius, & anno 1532. non cum Electore tantum Saxoniæ aliisque Protestantibus de Concilio Mantuæ cogendo, sed cum Luthero quoque, cæterisque Theologis Wittebergæ colloquebatur. vid. Petrus Suauis Polanus in Histor. Concil. Trident. Lib. I. p. 81. Idem Anno 1536. ad Pontificiam reuersus legationem renunciabat; cuius hæc erant capita: Protestantes Cæsaris promissionibus fretos Concilium postulare liberum loco opportuno intra Imperii fines; de Luthero ac sociis nihil spei esse reliquum nisi continuo armis opprimantur, quo tempore & Vergerius Episcopatum Iustinopolitanum retuiit. Factum autem, vt idem Vergerius apertis a Luthero oculis tacite in castra Lutheri transierit. Lutheranismi itaque ab Inquisitore Hannibale Grisonio fuit incusatus, ideoque & nullus ei locus tanquam Præsuli, cum Tridentum venisset, in consessibus tributus. Discessit itaque ex Italia siue metu siue indignatione perculsus & libellum de fugiendo Concilio emisit, artium Pontificis probe conscius. Ipsum quoque pontificium diploma scripto publico im-

impugnauit, & tam in Papam quam in Curiæ Romanæ luxum ambitionemque fuit inuectus, quin & contra Synodi Tridentinæ decreta apud Heluetios in Valle-Telina fuit concionatus. Vid. *Petrus Suauis lib. cit.* p. 169. 491. 631. *Sleidan. de statu relig. L.* 21. ad Ann. 1548.

Verſ. 301. Non bene cum placidis) Tametſi Flacio ipſo teſte Columba h. e. Vergerius Epiſcopus, nihil quod ad conciliandum cum Flacio Philippum facere videbatur, intermitteret, Maior tamen tanquam virulentiſsimus Flacii hoſtis, columbam non fidere cuculo voluiſſe fingit, veritam quippe, ne ſi cuculus in accipitrem, vti eruca in papilionem transmutetur, ab eo deuoretur; reiectam itaque a cuculo fuiſſe, & auium congenerum numero excluſum. Columba ſic valere juſſa (vti Maior fingit) *Iſpida*, quæ eadem cum Alcyone eſſe creditur, & circa aquas volitat, cum merulis ad philomelam ad alcyonia reducenda mittitur h. e. *D. Paulus ab Eizen*, Theologus Hamburgenſis & Sleswicenſis Superintendens, cum Theologis Magdeburgicis ſ. Amsdorffianis. Verum, & hæc auis cum adiunctis meruis voto ſuo excidit.

Philip-

Philippus enim, postquam iterum de insidiis sibi structis conquestus fuerat, diserte profitetur, se nihil cum cuculis h. e. cum Flacianis commercii habere, sed sibi potius suisque Musis ulterius velle canere. Quoniam vero quercus non uno, secundum prouerbium, cadit ictu, viam aliam, quia hæc non successerat, aggressus est Flacius. Nimirum celsissimum iustum ac piissimum Principem Iohannem Albertum, Ducem Megapolitanum verticordiis literis permouit, vt Theologos & Consiliarios quosdam cum pacificationis formula ad Philippum ablegaret. Atque hic operæ nulli pepercit *Trochilus*, seu regulus auium omnium minima, quæ pugnare tamen contra aquilam conatur, quæque, si deplumata in paruo veru igni apponatur, se ipsam voluit, quod & ipsum non minus quam cantum trochili, quem autor Philomelæ zinzilulare ait, poëta exprimit. Intelligitur autem D. Dauid Chytræus, germanice Rochhase/ Theologus ducis Megapolitani iam dicti primicerius, Philippi olim discipulus domesticus, imo & contubernalis, quem

&

& poëta ad cognomentum eius respiciens cum figulo ollis leuorem inducente comparat. Hic enim formulam illam pacificationis iussu Principis sui conceperat. Sed quia hæc formula. Philippo & adiaphoristis captiosa & plena insidiarum videbatur (qui & architectum eius astutum vocabant) hæc legatio tam sumptuosa quam operosa longe alium, quam quem Princeps Flaciusque cum Chytræo speraverant, euentum sortiebatur. Nam philomelæ vel Philippi mens tranquilla manet, non vtilis illa mouetur ictibus. Ne autem huic synodo auium desint terminalia, poëta hanc sententiam latam esse fingit, vt quælibet deinceps auium pro sorte rostri sui pergat canere. Coruo autem h. e. Flacio loco cathedræ assignat furcas, vt ex illis dictatorem Flacianorum agat, noctuæ vastas porticus vel ædes, Gallo plaustrum militare (solent enim milites gallos gallinaceos in curribus, vt horologii vicem sint, circumferre) aut corbem. Fringillam vero in Tilia virenti h. e. Lipsia, casitam in æri-

æriferis iugis h. e. in Valle Ioachimica, acanthidem in viridi saltu h. e. Ienæ vsque ad ruinam cœli persistere iubet & canere.

CON-

CONRADI MAGDEBVRGENSIS OECONOMICA.

MAnuſcriptum hoc eſt, quod ſeculo decimo quarto, quo auctor vixit, eſt exaratum. Seruat illud Bibliotheca illuſtris viri, Chriſtiani Wilhelmi ab Eyben, Status apud Sereniſſimum Holſatiæ Ducem Conſiliarii, qui ſequentia mecum beneuole communicauit. Auctor Conradum ſe vocat de Monte Puellarum, Germanice dictus, *Curt von Maidenburg*, item *Pfaff Cuntz von Meydenburg*, Parochus & Myſta Reginoburgenſis. Hunc Ioannes Auentinus Annalium Boiorum libro VII. p. m. 633. laudat inſignem Philoſophum atque mathematicum, Bzouius poſtea illius mentionem iniicit, quod Guilielmi Ockami & Lupoldi Babenbergenſis libris reſponderit, & Ockamum hæreſiarcham atque deprauatorem tum Philoſophiæ, tum Theologiæ & Imperatoris ſeductorem nuncupauerit. Defendit autem Conradum noſtrum Ioannes Georgius Herwartus ab Hohenburg, in Apologia Ludouici Bauari p. 1005, qui Bzouium potius hiſtoriæ deprauatorem nuncupat, qui pronunciatum hoc ſuum Conrado tribuat,

quod eidem tamen nec Auentinus, nec Annales etiam Franciscanorum tribuant. Immo si hæc ipsa quæ sequuntur verba, ponderemus, nihil tale inde concludemus. Ipse enim gentem Teutonicam furiosam adpellat, eo quod Imperatori suo non obediant, potius inuideant. Imo requirit principem sapientem, diuitem & fortem, fortitudine quidem militari, qui imperium possit redintegrare, atque vti ex verbis facile coniectandum, Imperium contra Pontificem defendere. Ipsa quoque præfatio ad Lupoldum Babenbergensem est directa, vt falsum esse inde pateat, ipsum contra Lupoldum scripsisse. Hæc autem ex dicta Operis Præfatione sunt Excerpta, ex quibus plura in recessu habere MStum, quam titulus promittit, facile patebit. *Reuerendo in Christo Patri, Domino Lupoldo de Bebenburg, venerabili Bambergensi Episcopo, Conradus de Monte puellarum, Ratisponen. Ecclesiæ Canonicorum minimus. - - Nunc autem mihi non suppetunt nisi iunci marini, maris in quam huius, in quo, vt nostis, multis miseriis nauigamus. Ex quibus vt sic dicam rusticanis contexi digitis tres calathos presentem pernuncium vestre sapientie destinatos. In quorum*

rum primum flores vulgarium hominum non campestres sed domesticos redegi. In secundum lylia collegi Principum secularium & praecipue Cesaris augusti. In tertium autem rosas vernantes tandem apposui honestatis clericalis. Totam etiam speculationem a Grecis vocatam yconomicam. Nobiscum vero de dispensatione domestica scientiam in tres libros, partiales, vno tamen tripartito volumine dives ego affectu, licet pauper effectu, transmisi vestre dignissime correctioni imo me totum pariter cum illa.

Primus liber est de regimine domesticopopularium hominum, id est omnium eorum, qui circa Principes sunt seculares, & continet quatuor tractatus, quorum quilibet in capitula specialia partitus. Tractatus primus est de communicatione Viri & vxoris in domo, ex viginti tribus capitulis constitutus. Secundus tractatus est de communicatione prolificatiua, scilicet Parentum ad filios & econtra, in XXX capitula subdiuisus. Tractatus tertius est de communicatione dominatiua, que est principantis & subiecti in domo, continens quinquaginta capitula, & est copiosus iste, qui species omnium seruorum peragrat,

tam honestorum quam vtilium & delectabilium ministrorum, in quo siquidem tractatu capitulo de seruo agricola vberem scientiam posui Philosophorum de agricultura seminum & bladorum, atque scientiam colendi vineas capitulo de seruo vineatore, scientiam quoque de cultura ortorum tam deductionis quam herbulariorum & pomariorum, vbi capitulo de seruis viredis artem de plantatione arborum secundum Patrum philosophantium sententias perspicuas, quorum semper priores sunt auxiliati posteriores. Vnde quasi Patrum decreta in hoc volumine collegi, si qua etiam proprio ex ingenio addidi, patebunt per singula transeunti. Quanta qualique diligentia Patriarche veteris testamenti agrorum culturis insudauerint gregumque armentis, scripture veteres protestantur, sanctissimi namque sunt homini labores & ritus viuendi mundissimi rebus in illis. Tractatus quartus est de rebus possessoriis yconomi siue dispensatoris domestici, & continet capitula viginti, & in capitulo octauo huius de modo viuendi pascuali artem apposui de culturis agrorum pascualium, que vtilis est ad pecorum atque pecudum nutriciones, adieci etiam capitulo nono

quali-

qualitates vescibilium terre, sicut sunt species bladorum herbarum esibilium fructuum arborum qualitates fragrorum & fungorum quibus homines vescuntur populares. Capitulo etiam decimo differui de qualitatibus carnium animalium mundorum quibus humana cibatur natura, & primo gresibilium debinc volatilium atque tertio animalium aquaticorum sicut piscium mundorum. Sunt etiam iumenta non minima in his cum sumuntur vt oportet, & nocumenta plurima quando sumuntur vt non oportet. Secundus liber est de regimine Curiensium populorum vtpote Principum secularium atque ministrantium eis in curiis eorum precipue tamen de regimine Cesaris augusti continens quatuor tractatus, quorum primus est de electione in communi, in cuius participationibus vsus sum philosophicis fundamentis, in XV. autem capitulo stabilitus est & idem tractatus plura ponderans de condicionibus Principum eligendorum, vbi disputaui cum fratre Egidio Heremita de comparatione Principatuum & policiarum secundum melius & peius in imperiis, atque hanc questionem, vtrum melius sit Principem succedere electione aut hereditaria successione.

Secundus tractatus est de electione in speciali Principis Romani atque de confirmatione ac coronatione ipsius in Roma XVIII. capitulis contentus, vbi disputaui de translatione imperii in Germanos, an scilicet Papa iure humano vel diuino potuerit imperium transferre. Aliquoties autem in eodem tractatu sicut & in sequentibus sumo ius diuinum pro iure naturali secundum quod in lege & evangelio continetur, quandoque vero in aliis collationibus sumo ius diuinum pro eo quod dictauerat Deus humano generi in statu innocentie sue & quod homines sancti atque perfecti vicinantes ad eundem statum sibi pro lege stabilirent, si qui essent, quomodo beatus Augustinus dicit de iure diuino omnia esse communia, hoc modo enim legimus Apostolis omnia communia fuisse. Tractatus tertius est de auctoritate & potestate imperatoris XVI capitulis sustentatus, quam precipue assumpsi propter rationes Iohannis de Gandauo & Marsilii de Padua astruere nitentium, quod imperator habeat constituere Papam, non perpendentes, vt cum pace dicam, quod magna differentia est inter imperatorem & olim & inter nunc reges & imperatores, de primis enim Prophetа dicit, astiterunt Reges terre & Principes conue-

venerunt in vnum adversus dominum & adversus Christum eius, de secundis autem vtpote fidelibus subiungit, sed nunc Reges, intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite domino in timore & exultate ei cum tremore, si namque sancti in gloria vbi regnat Ecclesia triumphans gladios in manibus habent ancipites ad faciendum vindictam in nationibus increpationes in populis ad alligandos Reges eorum in compedibus & nobiles eorum in manicis ferreis, non est incongruum vicarios eorum in quorum gutture est exultacio Dei & meditacio veritatis atque in labiis eorum detestatio impiorum, regibus & principibus preesse in ecclesia militante. Totus enim mundus est in Ecclesia quamuis totus mundus Ecclesiam odiat, sicut dicit Augustinus in quadam omelia & si Imperatorem Pape obedire magistro, Papam tamen iniuriari augusto non commendo. Interdum etiam fateor me forsitan metas debiti non tamen viri aliqualiter accessisse in construendo Pape auctoritatem & hoc propter oppositarum opinionum factum est confusionem. Quandoque vero dedi verba cum salibus asperiora nostris theutonicis amica tamen monitione precipue tamen propter discordiam eorum. Quid enim proderit Re-

gem Romanorum elegisse & sibi minime obediuisse, imo quid proderit principem habere & principi suo inuidere, vtinam prima saperent & intelligerent ac nouissima prouiderent. Gens plerumque furiosa & sui capitis est, sepe tum & multum hoc mecum cogitaui qualiter aquila romana iam a longis retro actis temporibus vtplurimum deplumata forsitan aliquali volatu restaurari valeret, & potissimum ad hanc deueni considerationem, vt princeps eligeretur sapiens diues & fortis, fortitudine inquam militari, quorum si vnum defecerit, imperium nemo recuperabit, diuitie namque potentiam implicant & sapientiæ fortunam vincere videtur, & forsan iam talis adest in foribus nostris, in persona videlicet magnifici Caroli serenissimi augusti, cui Deus misericors successus suos augeat in aduocatie sue venerabilis incrementum. Dico tamen vnum, quia stultus tacere non potest, quod displicet mihi id quod audio, videlicet Regem vtplurimum immunitum incedere & inermem, nemo etenim tot tantis talibusque venatur insidiis, quot quantis qualibusque princeps defensor equitatis. Subuenire igitur deceret serenissimo Augusto, predecessorum pericu-

riculum cumulatum, maxime tamen res adhuc recens incliti aui sui Diui quondam imperatoris Henrici, qui vbi pax ab omnibus fidelibus queritur non solum terrenorum tranquillitatis sed eternarum viaticus deliciarum miserę fuit interemtus. Sed hec hactenus, regrediendo itaque dico, quod tractatus quartus secundi libri est de regimine curie Imperatoris XV. capitulis congregatus, nam secundum Apostolum qui domui sue preesse non potest quomodo preesse poterit ecclesie Dei, sic etiam ego dico, princeps qui curie sue preesse non potest, quomodo sanctissime aduocatie Christi, videlicet Romano imperio, poterit preesse.

Liber tertius de domibus diuinis tres tractatus continens, quorum primus est de regimine domus scholastice XXIV. capitulis integratus, nam sicut nutrix materialis bona requirit ad futuri domini venerabilem educationem corporis infantilis ipsius sic reuera scholastica nutrix luminarium ecclesie fertilis & egregia exigitur ad prelatos ecclesie quoad causas illorum feliciter nutriendas, in isto siquidem tractatu plusquam ducentos articulos inanium philosophorum inserui olim per vene-

rabilem dominum Stephanum Parisiensem Episcopum condempnatos, & ostendo circaquemlibet eorum de ingenii mei parvitate, quomodo contra fidem catholicam laboret. Secundus tractatus est de regimine Prelatorum ecclesie, & de differentiis cleri atque de officiis diuinis quibus domus diuine regulantur, & continet viginti vnum capitula, in quibus - - - me gaudeo imitatur, precipue tamen ysidori in libro suo de ecclesiasticis personis. Tractatus tertius est de auctoritate summi Pontificis atque de regimine curie ipsius continens similiter XXI. capitula, in quo non aliem doctorem quam beatum Bernhardum secutus sum per omnem modum, nam in procellosis fluctibus tutis rectoribus indigemus. Accipite igitur Pater & Domine reuerendissime hoc opus exiguum humile quidem facie, sed magnum cordis affectu & animi intentione, omnes etenim facultates alloquitur, quia primus artistis familiaris est & medicis arridet in plurimis rebus, secundus canonistarum clipeis militat, & tertius theologorum luminibus exultat.

Incipit Yconomica Conradi de monte puellarum Canonici ecclesie Ratisponen, cuius liber primus

primus est de regimine domus episcopalis & continet quatuor tractatus, quorum primus est de communibus huius scientia & de communicatione viri ac mulieris in domo & habet capitula viginta tria.

Capitulum primum est prohemiale distinguens & ordinans partes philosophie moralis. Omnes moralis phie professores tres ipsius partes, monasticam videlicet, Iconomicam & politicam fore magistrant, & siquidem ordo naturalis monasticam aliis protulit duabus, eo vt oporteat hominem prius claresce re moralibus in seipso & virtutibus intellectualibus insignis &c. &c.

VITI

VITI VVINSHEMII EPISTOLA AD IOANNEM STIGELIVM DE CAPITE MAVRITII ELECTORIS SAXONIÆ, STATVÆ IN ARCE BEROLINENSI AVVLSO.

RElatum est hic ab hominibus fide dignis mirabile prodigium, quod mihi, Vir clarissime D. Præceptor observande ad te scribendi occasionem præbuit. Nisi enim de illo iam antea ad vos fama permanauit, gratam tibi eius fore recitationem non dubito. Nocte, si modo recte memini 8. Ianuarii, cum iam profunda quies oculos hominum ubique somno captos teneret, & horæ quæ intempestæ dici solent, laberentur, in Arce Berlinensi, quæ sedes est aulæ Brandenburgensis, immensi fragores veluti fulguantis tonitru: Cum tamen circum vndique in locis Vicinis vt postero die explóratum fuerat, altum esset silentium: totum ædificium concutere cœperunt, quibus Elector ipse, totaque familia somno excitati, ac tremulo pauore anxii, solicita ad Deum æternum vota fecerunt, vt, si quid mali imminerer

neret auerteret. Opinantes enim aut diem Domini adesse, aut omnia corruitura ipsosque simul oppressura, quilibet se precibus quantum potuerunt ardentissimis Deo commendarunt, & quod fortasis antea vix vnquam in mentem venerat, vitæ præteritæ errata, crebris gemitibus deprecati fuerant. Paulo post, cum ita speque metuque dubii hærerent, horrendo cum impetu, ac funesto sono traxit aliquid immensam ruinam, ita vt iam totam molem collapsuram, videretur. Quo demum præterito magis atque acrius precando institerunt, ac vitæ ac morum emendatione multa cum Religione Deo pollicitati fuerant. Quibus ita factis, paulatim iterum motus ac fragores sedati, optataque quies redierat. Ac nemo non, pro præsentis periculi ac mortis liberatione, non secus, ac si e naufragio euasisset, Deo officiose gratias egerat. Postero die, cum primum rosea surgente Aurora illuceseeret, iussu Principis opifices conuocati, qui singulas partes ædificii inspicerent cum forte tecta pluuiis computruerint quæue aliæ tantæ ruinæ causa fuerit. Hi integre omnia præter statuam quandam lapideam, quæ Ducis Mauritii effigiem repræsentauc-

tauerat: illi enim caput avulsum fuerat, atque in tres partes disiectum; animaduerterant. Nam vt ferunt in vestibulo arcis Berlinensis statuæ lapideæ ducum præcipuorum Germaniæ repræsentantes arte sculptæ & regio luxu ornatæ positæ sunt. Hoc quoque opifices addiderant non sine magna vi atque impetu cum solidissimæ ac firmissimæ Saxeæ quidem statuæ omnes sint, hanc partem, a reliquo trunco deiici potuisse. Hoc prodigium, omnes enim vere prodigium esse arbitrantur, tibi viro grauissimo, qui iudicio atque experientia præstas, considerandum committo. Deus æternus propter D. N. I. C. imminentia pericula mitiget & hæc qualium cunque euentuum signa sunt, ad nominis sui gloriam Ecclesiæ & piorum salutem dirigat. Idem tequoque omnemque tuam familiam custodiat ac tueatur, per Christum vnicum Mediatorem ac Saluatorem nostrum, cui sedulam vestri curam esse non dubito. Beneuale, datæ Vitebergæ 26. Marcii 1553.

FINIS.

43

ACTA LITTERARIA

EX

MANVSCRIPTIS

ERVTA

ATQVE COLLECTA

CVRA

BVRCARDI GOTTHELFFII STRUVII.

FASCICVLVS QVINTVS.

IENÆ,
Apud IOANNEM BIELCKIVM.
MDCCVII.

Continentur hoc Fasciculo.

I Zachariæ Prüschenckii vita & epistolæ variæ ad Helmstadienses potissimum.

II Caſparis Scioppii epistola ad Conradum Rittershusium.

III Carmina varia.

EPISTOLARVM PRV SCHENCKIANARVM FRAGMENTA.

Bibliothe ca Angelica

INter illustres superioris seculi viros Saxonia nostra numerat Zachariam Prüschenckium a Lindenhouen, Principis Locum olim tenentem in Ducatu Isenacensi. Tanta apud litteratos non solum, sed etiam magnos Aulæ Ministros eiusdem adhuc superest fama, vt operæ pretium ducerem, tanti viri memoriam publice exornare. Antiquissima Prüschenckiorum gens plurium seculorum historiis celebratur. Stiriorum esse familiam non solum Gabriel Bucelinus Germaniæ Stemmato-Topographicæ parte tertia p. 174. adserit, sed etiam ante eum Cyriacus Spangenberg im Adelspiegel p. I lib. 7 c. 23, qui inter nobiles Stiriæ familias numerat Alendorfios, Algersbachios, Aspachios & Prüschenckios, Barones de Stettenberg. Primus

in genealogiis memoratur Sigerl Prüschenck, qui temporibus Henrici IV claruit. Hic ex Eua Grottin genuit Alberonem, patrem ex Margaretha de Pintzenau Friderici, hunc ex Brigitta de Rosenhart Stephani Prüschenckii, cuius circa annum 1195 & 1204 est memoria. Huic tres adsignantur filii, Leopoldus, Henricus & Ruegerus. Primogenitus sine liberis occubuit, reliqui duarum linearum sunt auctores. Henrici progenies nimium fuit euecta. Huius enim filius Fridericus, Dominæ de Stubenberg maritus fuit, ex qua genuit Vdalricum Prüschenckium, Alberti Austriaci aulicum, & Henricum, Dominum Castri Haimburg qui coniugem habuit Annam, Comitem Hardecciam ex Burggrauiis Magdeburgicis. Ex hoc matrimonio ortus est Iodocus Prüschenck pater Vdalrici & Friderici. Vdalricus filium habuit Henricum, Dominum in Steinsdorf, qui genuit Iodocum, hic Balthasarem præfectum in Mureck, Stiriæ inferioris & Stephanum, Dominum in Stettenberg. Huius bini erant filii, Sigismundus & Henricus, quorum ille supremus aulæ Marechallus sub Friderico III; hic Maximiliani Imperatoris Consiliarius, Camerarius & in bello Mediolanensi Dux fuit.

Isti

Isti primum Barones de Stettenberg, post in Comitiis Wormatiensibus anni 1495 Comites Hardeccii a Maximiliano I fuerunt procreati. Ita enim Cuspinianus in vita Maximiliani I p. m. 606 *Celebrata sunt inde Comitia Wormatiæ, quibus Comes Eberhardus Barbatus, Wirtenbergensis creatus est primus Dux ac Henricus Prüschenck, Baro Comes factus de Hardeck.* Eundem sequitur Gerhardus de Roo Annalibus Austriacis lib. II p. 54. nempe, Comitibus Hardecciis Rabenswaldensis lineæ emortuis, eadem dignitas ad ipsos fuit delata. Hinc etiam Henricus Comitatum Hardeck vna cum aliis Dynastiis in Austria sitis redemit, atque ab eodem hodierni Comites Hardeccii suam adhuc ducunt originem. Tantæ autem apud Maximilianum existimationis erat hic Henricus, vt dum videret Imp. eundem multis Imperii Principibus esse inuisum, diceret, conducere, vt singuli Principes Prüschenckium in aulis suis haberent. Altera Prüschenckiorum linea a Ruegeri Stephani filio tertio fuit enata. Hic enim pater fuit Rüdigeri, Burggrauii in Freyenstein, circa annum 1224. Huius nepotes Vlricus & Fridericus Freyenstein anno 1333 vendiderunt. Fri-

derici abnepos Nicolaus, relicta Auſtria militatum in Bauariam conceſſit anno 1403, inde in Superiorem Palatinatum, vbi Lindenhouen emit: ex quo tota proſapia Prüſchenckiorum de Lindenhoven. Sed cum prædium illud adeo opulentum non eſſet, atque inſuper ob teſtamentum Georgii diuitis, Bauariæ Ducis multæ turbæ inteſtinæ in Palatinatu ſuperiori orirentur, direptioni quoque aliisque fatis fuit ſubiectum. Quo factum, vt hæc ipſa gens maioribus ſuis illuſtris ad incitas redigeretur, vt vix ſeruata nobilitate ex plebeiis ſibi in matrimonium ducerent. Vlricus quidem a Ferdinando I Imperatore non ſolum augmentum inſignium obtinuit, ſed etiam nobilitatis confirmationem, id quod in Stephano, huius natu minore fuit continuatum, qui Supremus Quæſtor aulæ Regiæ Bohemicæ anno 1577 factus. Neque tamen reſtituta penitus hæc familia fuit, quin denuo a Rudolpho II datis deſuper litteris anno 1599 confirmaretur. Poſt hancce confirmationem plures ex eadem familia in Auſtriam venerunt, cum aliis familiis nobilibus ſe iunxerunt, atque hodienum adhuc ibidem ſuperſunt. Ipſum autem familiæ prædium Lin-

den-

denhouen anno 1615 ob debita alienatum in aliorum peruenit manus, atque insecuta anno 1641 Suecorum irruptione, fere fuit dirutum.

Ex illustri hac stirpe progeniem suam habuit Zacharias Prüschenckius a Lindenhouen. Lucem adspexit Sulzbaci in Palatinatu superiori die XIX Ianuarii anni 1610. Patrem nactus fuit Sebastianum Prüschenckium a Lindenhouen, Consiliarium Palatinum, Reddituum Prouincialium Ducatus Neoburgici Præfectum, Matrem Catharinam Pöderiam a Pöderstein. A prima statim iuuenta sub oculis parentum probe fuit educatus, studiis etiam in Gymnasio Neoburgensi vacauit, vsus partim priuatis Præceptoribus. Orta vero anno 1627 in dicto Ducatu reformatione Pontificia, cum destrueretur plane hoc Seminarium, ex quo tot egregia prodierunt ingenia, pater eundam Nicolai Kirchmayeri, Oratoriæ ac Poëseos Professoris & Ioannis Manci, Gymnasiii Exrectoris priuatæ commisit informationi. In tantum autem in eadem profecit, vt dignus haberetur Academiæ. Altorfina primum erat, in quam recipiebatur anno 1628. Andream Dinnerum

ibidem sequebatur Præceptorem, atque præside Erasmo Vngebauero primum pro Cathedra theses de donatione inter virum & vxorem ventilauit. Eodem anno Ienam adiit conuictu, vtens Ortholphi Fomanni Iunioris, sub cuius præsidio de crimine læsæ Maiestatis disputauit. Dein ab ore quoque Valentini Riemeri pependit, & cum anno 1631 domum abiret, mense Martio Ienam fuit reuersus. Sed, cum statum religionis in patria plane videret immutatum & rebus domi admodum attritis parentes suos Noribergæ in exilio viuentes, in nostram Academiam fuit reuersus, eo consilio, vt studiis vacaret penitius, & summos Iuris honores impetraret. Anno 1632 eosdem decenter petiit, atque Decano Valentino Riemero ad consueta examina non solum fuit admissus, sed etiam his probe exantlatis, cathedra ipsi præside Ortholpho Fomanno fuit aperta. Anno 1634 Erfurtum abiit, sperans a Suecis se aliquam spartam esse obtenturum; hoc licet frustraneum esset, ibidem tamen per tempus aliquod hæsit. Anno 1635 d. XIX Ianuarii Doctoris honores obtinuit, id quod patri Noribergæ viuenti admodum quidem displicuit, putans ipsius Nobili-

bilitati non conuenire, ipse tamen Prüschenkius viam iisdem ad subsequentes honores apertam probe adgnouit. Eodem anno professioni Iuris admouebatur, & locus in Curia Prouinciali adsignabatur, habita pro loco disputatione de Iuramento in litem. Hinc studiosæ iuuentuti sedulo docendo ac disputando præfuit. Paullo post ipsi munus Consiliarii Arnstadiensis, mediante Iohanne Gerhardo offerebatur, quod tamen certis de caussis renuit. Annus erat 1639, cum ipse Consiliarii munus a Serenissima Altenburgensi vidua oblatum acciperet, retento tamen priori domicilio, ad idemque munus Eisenbergæ per Rudolphum de Bunau inuestiebatur. Anno 1640 Consiliarii munus in aula Vinariensi ipsi offerebatur, ita tamen, vt relicta Professione Vinariam concederet, hoc cum renuisset, idem Limnæo & postmodum Carpzouio Lipsiensi fuit oblatum, vtrisque recusantibus. Iterato res ad Prüschenckium fuit delata, ita tamen, vt deposita quidem Professione, Senior Collegii Iuridici & Curiæ Prouincialis Adsessor remaneret. Illo ipso die 31 Ianuarii anni 1641 cum Vinariam concederet, Ernestus Pius, Saxoniæ Dux, qui

Gothæ ſedem habebat, eidem per litteras Conſiliarii aulici munus offerri fecit, quod tamen recuſare fuit coactus. Anno 1644 inter ſocios Frugiferæ Societatis recipiebatur, nomine adſumto *des Fördernden*. Anno 1645 d. xx Iunii a Sereniſſimo Saxoniæ Duce Wilhelmo Vinarienſis lineæ Conſiliarius intimus & Director Territorii Iſenacenſis fuit conſtitutus, dato ea de re diplomate Ducali ad Status Prouinciales. Hanc ſpartam exornauit egregie, tanto amore ab omnibus habitus, vt cum ad Comitia Ratisbonenſia anni 1652 legatus eſſet mittendus, Ordines Prouinciales, datis ad Sereniſſimos litteris illud deprecarentur, vt eundem ſibi retinerent, ſupplicantes. Hoc licet non impetrarent, finitis tamen Comitiis ad eosdem rediit. Anno 1654 Enno Ludouicus, Friſiæ Orientalis Princeps, mediante Hermanno Conringio munus ipſi Cancellarii offerebat, quod tamen recuſabat, ne ingratus videretur Domui Saxonicæ, cui prima honorum initia debebat. Inſequenti anno per Boineburgium Baronem, Moguntinus Elector Conſiliarii Imperialis aulici Munus offerebat. Quid inter vtrosque actum fuerit hac de re, teſtantur litteræ, quarum ſumma hæc eſt: BOINE-

BOINEBVRGIVS

in litteris datis Moguntiæ IX Febr. MDCLV.

Ecce Electoris pro Te Tuisque litteras ad Curtium. Iis vt multum iuuentur propinqui illi tui, precor. Idem Elector meus cum te plurimi sane faciat, optat allegi te in censum aulæ Cæsareæ Senatorum der Reichs-Hof-Räthe. Offert tibi per me istud munus solenniter, & petit admitti abs te quam primum optimam suam pro meritis tuis prouidentiam. Ego iure amicitiæ hortor te & oro peramanter, rem istam omnem sedulo expendas, neue tibi tuisque sic desis. Rationes suasoriæ longe plurimæ suppetunt, quibus tamen impræsens vti supersedeo, ne diffidere tuæ prudentiæ videar. Scio, quid causari quidam contra pertendunt, sub obtentu cumprimis relligionis: sed pro cætera tua æquanimitate & hasce tricationes te superaturam esse peruideo. Proxime responsum à te expecto obligatorias assensionis tuæ tabulas.

PRV-

PRVSCHENCK

in litteris datis Isenaci d. VIII Febr. MDCLV.

Non possum mihi præ nimia indignatione temperare, quin nouissimis litteris tuis quam celerrime respondeam? Quid? inquies, indignabundus ne meas accepisti? Hanc de Te meritus sum, honorificam maxime conditionem in aula Cæsarea ex sanctissimo Electoris Moguntinensis Eminentissimi iussu ac voluntate tibi offerendo? Neutiquam hoc volo; quin potius mi Domine, pro insigni ista beneuolentia, qua me magis magisque prosequeris, & cuius hæc mei laudatio summo S. R. Imperii Cancellario a Te facta perluculentum Testimonium, gratias Tibi ago habeoque quas possum maximas. Imo etiam, quæ in hac re firma sit atque sincera animi mei sententia (cunctationis enim nonnihil intercedere oportet, ne præcipitantur quid statuam) in fidissimum pectus suum propediem effundam uberius. Quid ergo? Pessime me habet &c.

BOI-

BOINEBVRGIVS
in litteris datis Mogunt. XXIV Apr. MDCLV.

Cæterum eccur tam infinite differs amplecti conditionem nuper oblatam Tibi in aula Cæsaris? Elector perlibenter præstabit, quicquid iudicaueris tibi profuturum, & ab ipso fieri potest. Idem in litteris datis VVirzeburgi 20 Maii 1655 Tu vero? Interim Senatus aulicus. Cæsaris pene suppletus est. Scilicet. Quatuor tamen iam Senatores Euangelicos habemus. Si tu accedere voles, tempus est: neque pœnitebit. Sed sodes, dic verbum.

PRVSCHENCK
in litteris datis Isenaci d. VIII Aug. 1655.

Responsi mei, quod tam diu desideraſti, summam hanc cape. Non possum amplecti illam alias functionem in aula Cæsaris obeundam, etiamsi vel maxime vellem. Ætas namque mea iam ingraueſcit, & mutantur indies mores hominum, quibus ferendis atque diiudicandis integritas mea

atque

atque simplicitas fortassis impar esse possit. Accedit deinde liberorum multitudo, & summus ille fidelitatis nexus, quo Principi meo benignissimo, etiam ob nobile prædium non ita pridem mihi donatum ferme indissolubiliter sum obstrictus. De acumine ingenii, iudicii dexteritate, solida rerum gerendarum prudentia, atque hinc hausta experientia (quæ omnia tanti muneris gravitas exposcit, ego autem in me ipse desidero) nihil nunc dicam: hoc saltem addo, me nescio quod tædium honoris mundani a finitis statim nouissimis Comitiis Ratisbonensibus inuasisse, vtut minime diffitear, animum meum antehac ad capessenda altiora paulo fuisse procliuiorem. Cum tu vero, amicissime Boineburgi, honeste adeo de me senseris, dignum ratus eum inter aulæ Cæsareæ Consiliarios numerari, qui se magis tanto officio nouit indignissimum; nescio profecto, quibus verbis grates te tuaque merita satis docenter agere Tibi aut debeam,

debeam, aut valeam, verum tamen ago habeoque quas possum maximas ea sponsione annexa, nunquam ex memoria deletum iri insigne isthoc animi benevoli & mirifice mihi fauentis indicium.

Thori ipsius socia fuit Gertrudis Romana a Möckershausen, quam 6 Martii 1635 duxit, eademque defuncta ἄπαις. Altera coniux fuit Anna Catharina Hortlederia, Friderici Hortlederi filia & hæres vnica, quam die xv Augusti 1636 in matrimonium duxit, ex eademque vndecim sustulit liberos, e quibus Christianus Fridericus Prüschenckius, Consiliarius factus est Saxonicus. Tertia eiusdem Coniux Leuicka de Kampen, Colonelli Reis de Eisenberg vidua. Plures ex iisdem liberos sustulit, inter quos Christianus Fridericus Prüschenck Consiliarius factus est Saxonicus. Neque tamen apud Isenacenses semper perstitit, quin potius a Duce Bernhardo in aulam suam, quam apud nos instituerat, fuit vocatus, vt Consiliarii intimi officio frueretur, & Regiminis Præses esset. Neque tamen in hoc munere diutius perstitit, cum mortuo anno 1678 Bern-

Bernhardo Duce, ipſe inſequenti anno vitam cum morte commutaret, Vir magnæ prudentiæ erat, quam ſæpius fuit teſtatus in legationibus & negotiis aliis. Eruditione plurimum pollebat. Docet illud Iuris Profeſſio cum laude geſta, commonſtrat collectio magni operis Hortlederiani de cauſis belli Germanici, iteratæ editionis. Quanti æſtimatus fuerit ab eruditis, hæ ipſæ, quas exhibemus, docent epiſtolæ. Has beneuole nobiscum communicauit Vir maxime Reuerendus, Sebaſtianus Schrammius, verbi Diuini apud Iſenacenſes Miniſter fidelisſimus. Hic, vti (quantum quidem munus diuinum concedit) litterariam rem pro viribus promouere ſtudet, nec in hoc deeſſe voluit. Reperimus in iisdem, plurima quæ certe lectu & ſcita ſunt dignisſima, & Calixtinam potisſimum concernunt controuerſiam, vt exinde multum poſſint illuſtrari.

EPISTO-

EPISTOLAE PRÜSCHENCKIANAE

PRVSCHENCK AD CALIXTVM.

SVscepta quidem hodie passim est virtus, solidaque eruditio, audacia contra & ruditas in precio, omnia sunt soluta, turbata atque etiam in contrarium versa: ast tu; vir optime & inter præcipua seculi ornamenta numerande, sincere sancta omnino colis studia, sincerioris-que Theologiæ studiosos amas, foues, provehis, multorumque hactenus, vt Latermanni & aliorum, qui & ipsi aliqua cis paucas tempestates vtiliter composuere, portus, sinus, præmium, imo exemplum fuisti; ipsarum denique antiquitatum Ecclesiasticarum de-

nuo iam seneſcentium reductor ac inſtaurator. Tu modo perge ea in via, quam per tot annos pie ac laudabiliter calcaſti, porro incedere ſtrenue; nec morare illorum obtrectationes, liuorem atque publica molimenta, quibus, ob deprædicatam paſſim eruditionem tuam ſingulari cum pietate coniunctam, tu ſtimulus ſemper odiumque fuiſti. Nimirum exiſtimant, imperium ſe in foro Theologico vnice exhibere; quod quia tu haut agnoſcis deprehendens potius eorum nonnullos melioris litteraturæ plane vaciuos eſſe rerumque ſacrarum parum intelligentes, fit inde, vt collatis ſignis, nunc plurimi aduerſus te depugnare in animum induxerint. Quo vero tandem improbior iſte tantas turbelas facientium conatus ſit euaſurus, quilibet ſane, cui cerebrum e capite nondum eſt emunctum, facile coniectare poterit. Dum enim inſanum magnum illi negotium moliuntur; Eccleſiam ingentibus periculis exponunt: quem profecto errorem magnis ſuis detrimentis aliquando expiabunt in ſummum diſcrimen adducti, illi præſertim, qui neſcio vbi locorum decretum inſuper aduerſum nos Helmſtadienſes (ſi rumor vera nunciat) cudere parant, ſimile forte decretis triginta virorum, qui

Athe-

Athenis olim ciues damnabant sine cognitione. Adeo tetra est huius deliræ senectæ mundi confusio: Sapientia Theologorum lenire publica mala debebat; horum vero non paucorum petulantia nunc magis etiam auget. O tempora! o mores! Tenesne sic, quid animi mei sit super motis hactenus in foro Theologico litigiis? Imo certe tenere te arbitror, cum aperte omnia sim professus: atque vel hinc tanto tu certius tibi habebis persuasum, ex eorum me esse censu, qui non tantum studia veræ pietatis, solidæ eruditionis & concordiæ Christianæ aduersus barbaros huius seculi centauros (lubentior enim tuis hic vtor verbis, quam meis) pro virili vobiscum asseruerim hactenus; verum etiam in eruditis quorundam atque venenatis iudiciis de studiis & laboribus vestris, quotiescunque se obtulerit occasio, intrepide deinceps sim contradicturus. Aperto pectore hæc omnia more meo scribo & vberius de animi mei hac in re sincera sententia testabitur nupera quædam epistola ad amicum pariter in his talibus mecum animatum exarata, cuius te nunc fieri volui participem. Sed quid tandem ages, cum illo tuo, cui ab acumine quidem nomen est, parum vero acuminis atque aceti esse in

pectore videtur ? Homo forte vereri perdidit, dum Appendice sua nuper edita iniurias Prisciano illatas sero nimis atque tam audacter purgare annititur. Hoc scilicet est incepta efficere & defensitare pulcre! Imo vero miserum opus esse reor, igitur demum fodere puteum, vbi sitis fauces tenet. Quando enim principio negotium claudicat, vix in finem firmis poplitibus constabit, vt erigetur commode. Itaque nullus ambigo, quin tu eum victurus sis tam facile, quam (vt Plautus ait) pirum vulpes comest. tua namque, si dextre accipiantur, & cauillandi libido absit, nihil prorsus habent in commodi, sed ad veritatis similitudinem propensa est : & doctissimis Ecclesiæ antiquioris ritibus nituntur. Id saltem tua pace moneo, inane illud contentionis filum multis scriptionum velitationibus longius haut esse ducendum ; sufficere mihi videtur, si vel vno bono & solido scripto (vt tua solent esse) aduersarios tuos ad vnum omnes absolueris. Sin vero vlteriorem vltionem paras, non alia splendidior est ratio, quam si eorum calumnias vitæ innocentia, dicacitatem constanti silentio, imperitiam generoso contemptu vindicaris. Canem certe oblaterantem si meticulose caueas, vehementius con-

concitatur; si instar nescii prætereas, continuo iram ponit: ita ingenium est obtrectatoris, si despicientiam simules, sensim exolescit; si moueri te fatearis, tanto fortius debachatur. Dat Isnaci. anno 1649.

CALIXTVS AD PRVSCHENCKIVM.

QVemadmodum non potest me non turbare, & indignationi ac dolori caussam præbere, quod ita a nostris, qui Augustanæ confessionis socii audire volunt, exerceor, vt nec ad pertexenda ea, quæ contra Pontificios cœperam, nec ad respondendum amicorum litteris, vel quies vel tempus supersint: ita vicissim me recreauit Tua amicissima epistola, propensi affectus & beneuolentiæ plenissima, cui vtinam satisfacere vel vllo saltem modo possim. Dici autem non potest, quanto liuore & odio in me ferantur Mislenta Regiomontanus, Dorschæus Argentinensis, Hulsemannus Lipsiensis: quibus nuper Wittebergæ accedit Scharfius, exorsurus professionem ordinariam Theologicam, programmate, quo ad audiendam orationem inauguralem inuitauit, me proscidit, adeo autem stupide & insulse, vt nihil supra. Ego quam aliter non possem, amicis omnibus hortantibus,

programmati programma oppoſui, cui iam ille obiecit reſponſionem magis inſulſam, quam ipſum erat programma, & multis modis in Priſcianum iniurioſum. Ei me viciſſim vel inuitum reſpondere oportet. Tractatus eſt ſub prælo & propediem prodibit. Vbi prodierit, mittetur vna cum aliis nonnullis, quæ itidem ſub prælo ſunt, magis ſtudioſæ iuuentuti iſta neceſſariis, & magis lectu dignis, quam ſunt iſta, quibus ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam reſpondere cogor. Interea perſuaſiſſimus ſum, Te nobiſcum ſtudia veræ pietatis, ſolidæ eruditionis & concordiæ chriſtianæ aduerſus barbaros huius ſeculi centauros adſerturum, & non ſaltem nullam fidem habiturum iis, quæ de nobis tanquam impiis nouatoribus & Auguſtanæ confeſſionis deſertoribus in electoratu Saxonico impudenter ſparguntur, ſed etiam acriter contradicturum. Bene & feliciter vale. Ex academia Iulia: Non Sextil cIↃ IↃc. XLIX.

CALIXTVS AD PRVSCHENCKIVM.

NOn poteſt non magno mihi & gaudio eſſe & ſolatio, quod tantum virum cauſſæ noſtræ fauere, & pro ea etiam exponenda & defendenda laborem non detrectaſſe intelle-

xi.

xi. Res autem in eum locum deueniſſe videtur, vt omnino coram orbe Chriſtiano patefieri oporteat, num ineunda ſit ratio ſtudiorum, qualis Wittebergæ obtinet, vel qualis Helmſtadii; & num præceptis ad vitam & mores componendos vtendum ſit, qualia Wittebergæ proponunt, vel qualia nos hic in academia Iulia. Sereniſſimum Saxoniæ Electorem contra nos aduerſarii nòſtri excitarunt, qui ad Sereniſſimos Principes Guelfos, dominos meos clementiſſimos, acerbis litteris me proſcidit, quæ tamen e Boruſſia prius ſunt transmiſſæ, quam earum me Principes mei participem facerent. Ita videlicet hoſtes agunt, vt ſuorum etiam Principum ſecreta inuulgent, & ad remotiſſima loca transmittant, dum modo nobis ægre faciant. Nempe Sereniſſimi Electoris nomine & auctoritate abutuntur, ſub eius titulo & vmbone, quæcunque eis ſplendida bilis dictitat, effutiunt, & non ſaltem ad eos, quibus litteræ ſunt inſcriptæ, transmittunt, ſed longe lateque ſpargunt, neſcio autem num ſatis memores ſuæ fidei, & num honori Domini ſui recte conſulant. Ego enim in reſponſo adornando ſum totus. Salue & vale feliciſſime cum Tuis omnibus. Raptim ex acad. Iulia XIIX. Nouembr. cIↃ IↃCXLIX.

Ex Boinebvrgii Litt. ad Prvschenckivm.

DE meritis operum hic in mentem redit. Horneium illa neutiquam ſtatuiſſe vel minimum, patet. Inſtitutum eius ſanum, ac, prout hodie mores ſunt, neceſſarium fuiſſe, ne quidem Zelotarum peſſimus diffitebitur. Reor item, optimum virum in hancce diſputationem deſcendiſſe, quia videret, ſtudium pietatis noſtratium fucatis ſcriptis parum commendari, eamque doctrinæ de filio DEI ſecuritatem ſuperinduci, quam minus plena fidei iuſtæ pertractatio parit; inde excuti conſcientiis debitas pro ſui ſaluatione ſollicitudines, ac deinceps fore, ut Theologiæ cultus, nudis occiſæ fidei prædicationibus eiusmodi, diſpectui habeatur. Condonemus cætera candori hominis, qui certe multum veram religionem diligebat, illam puta pietati cultricem. Dolui ſæpius, concertationibus iſtis implicatum fuiſſe, cuius operæ in Eccleſia potuiſſent vtilius impendi. Notum vero eſt, vt facilis ex incepto rixandi prolapſio in terribilem ſuſpectarum conſequentiarum ſuggeſtum. Æſtus quippe contentionum, parens eſt difficultatum, incommodorumque, vnde poſt-

postmodum ægre quamuis perspicaces animæ solent eluctari. Comperimus aliorum fata, doctissimorum & circumspectissimorum heroum, quorum recensu supersedemus. Coram optem tecum non nihil conferre de ipsa media causa, quæ agitatur circa pietatis vsum necessarium illi, cui gloria DEI iuxta ac saluti fera æternitas cordi est. Dicta SS. litterarum, quibus vtuntur vtrobique, nec vniusmodi sunt, nec promiscue adhibenda. Et forte Horneius in hoc non nihil humani est passus. Scio tamen (quod nec tuam conscientiam fugit) alteram partem imperitius ac mendosius lapsam. Quæ vt præter necessitatem lites pro viro intentauit, ita & parum idonea sæpe argumenta adducit, talia quin etiam, per quæ schismata augescant, si pari commotione excipiantur. Nimis vtique inclementes sunt nostrates, quemadmodum in causa Melanchthonis & Arndii, & nescio, quando non, videre fuit; nec Ecclesia resque publicæ vel tantillum ex huiusmodi rigidis censuris commodi percipiunt. Nihilo item commendatior sit, aut eruditio aut virtus. Rationem aliquando reddent Domino illepidi Censores, perosi melioia. Poterat, fateor, propositio omitti expultrix concordiæ,

BIBLIOTHECA ANGELINA

poterat vicisſim mitius res geri contra illam, ſiquidem in ſe nihil falſi continet. Poterant pariter omittere ſuas iras noſtri, qui (verum dicendum tamen eſt) quicquid non placet ipſis, accuſatorie traducunt, non minus Papæ futuri, ſi tantundem, quam Romanus, potentiæ nanciſcerentur. Controuerſiam Scharffii cum D. Calixto, non definio. Aſt neque illam gaudeo natam. Scharffius poterat tacere: eiusmodi enim diſputari poſſunt; neque expreſſa cognitio Trinitatis ſub V. T. æque neceſſaria fuit, quippe nec dum reuelata [illegible]. Expreſſa inquam & diſtincta. Reliqua ſcholæ ſunt propria, neque temere determinanda, propter quæ nulla diſcordia oriri debeoat, quod non forent in eiusmodi ad votum præſto Theologorum conſenſiones. Multa ſibi vindicat, velut ſua penitus, eruditio ſacra, quæ religionem fidei nihil attinent. Parco pluscula ſubiicere. Tu enim quo collineem, facile cernis. Principes ac ſummas poteſtates hic circumferre oculos oportet, & Spiritus nimium ſubtiles ac enormium diſputationum incentores cohibere intra crepidines moderationis, quam poſt Seruatorem ipſum adeo diligenter & commendarunt, & reapſe oſtenderunt veteres Chriſtiani. Retro res

Ciui-

Ciuitatum, Consiliarii, & quoquo modo demum publicorum procurationibus præfici soliti, debent hic aduigilare nec vnde quid periculi maliue capiat per sacra disidia socialis vita. Verum quid hosce impediat, quo minus siue ipsi siue Principes suum officium rite faciant, quam item parum & recta doctrina & pietas excolatur, in vulgus vsque est cognitum. Mitto autem hæc omnia, ne in immensum excrescat responsi huiusce iam tùm immodica prolixitudo.

De Musæo inaudio, quod ediderit de operibus aliqua, tum & de Conuersione peccatoris, denique Theologiæ disputationes vniuersas. Quæ si, impetrari possent, mire exultarem. Maior filius ecquid agat, desidero rescisscere. Procul dubio diligens & ipse est exornator nobilissimæ, qua claret, Spartæ. In antiquitate subactus est, plane vt in Philosophia Musæus. Nec mala docent vterque; illo sua hoc ista contribuentibus. Animandi sunt & munerandi per Principes, quo instimulentur ad ausus erectos & vtiles in publicum. Et ausim pene affirmare, Vestratem Academiam iam composite ordinatam, & sic refloresscere posse quamprimum. De Theologis res liquida est. Possunt ii, & volunt si-

ne

ne dubio, præstare quod debent. JCti & reliqui vt se habent? Struuius in cordata iurisprudentia non deerit eiusce cultoribus. Est vtpote sanis principiis ac eiusmodi præsidiis communitus, quæ ad hoc requiri debent. Sagittarii diligentia per item placet. Sed quid, amabo te, Stahlius noster? Wittebergæ vt viuitur? Lipsiæ Theologiam qui docent, mortuo Henr. Hopfnero, Iacobo Martini? Hulsemannum modo Lipsiæ esse, noui. Est vir satis ingeniosus, sed intelligi videtur nolle quod scribit: ad hæc paullo est sui amantior, vt aiunt, immitis, præceps. Theologos vtique, si vnum Calixtum excipias, paucos superstites noui, quorum doctrina opponi fiduciæ aduersantium mereatur. Argentorati Dorschæus & Schmidius, & Dannhauerus superant, viri docti, ast, quorum postremus ita scribit, vt fere nequeat intelligi. Musæus perspicuitatem & planos simplicesque sensus consectatur: Ast, Vir Clarissime, tune prodibis tandem in lucem, nobisque aliquid tui permittes, quid publice legatur? Oro Te, noli Te publico inuidere. Non blandior, peccas, si adeo domi te contines neque communicas cum quoquam salutaria tua, quæ aut parasti, aut facili conscribi possunt felicita-

te

te ſtyli tui, meditamenta : Ne quæſo Chemnitium tibi cognominem; Virum ſane intelligentiſſimum, deque Chriſti Eccleſia bene promeritiſſimum, ita ſolitarium in publico comparere, patiare, quin tu idem, ipſiusque nomini Tuum adiungas comitem.

Horneii deceſſus ex hac vita mihi magnum dolorem nuper attulit. Erat vir probus, ſimplex, doctus, ſincerus, paucis vtriusque peramans. Scripſi Calixto, qui me dignatus & ſuis, atque optimo ſeni animos addere conatus ſum, precatus item, vt ſpurcitia litium miſſas faciat, Scharffiumque res ſuas ſibi ſinat habere. Eſt enim impar factio inter hoſce duos, & ingens diuerſitas, ob quam componi vna nequeunt. Spero optimum virum mox vtiliora in publicum eſſe editurum. Sed quid fiet de rectiore doctrinæ cultu, ita doctiſſimis vel alio diſtractis, vel morientibus? Mortes Grotii, Barlæi, Nicii, Voſſii &c. quem non affecere? Fulcra pene vnica reſiduæ inter mortales eruditionis. Anno exeunte 1649.

PRVSCHENCK AD CALIXTVM.

DEpulſionem eorum, quorum in litteris Electoralibus Saxonicis accuſaris, vehemen-

menter expecto: Interea dum hasce obsigno Lipsia ad manus nostras inopinanter volauit Dialysis illa Hulsemanniana. Nisi plane mihi fuisset persuasum, chartas istas iustam fere libri compagem excedentes te iam modo possidere; certe misissem etiam nondum inspectas. Isenaci d. 26. Decembris 1649.

CALIXTVS AD PRVSCHENCKIVM.

HUlsemanni scriptum accepi quidem, sed nondum perlegi. Qui legerunt, arrogans, ineptum & iniuriosum esse renunciant: quo id vnice agatur, vt Directoris quem vocant Theologi, quales quales fuerint, in cæteros protestantes auctoritatem & imperium obtineant. Iidem Principem suum Serenissimum Electorem impulerunt, vt prolixa Inuectiua ad Serenissimos Principes meos me detulerit. Ego respondi. Aiunt ab illis Electoris accusationem hinc inde spargi. Quod si fiat, nihil æquius, quam vt meum quoque responsum spargatur. Raptim ex Acad. Iulia X. Ian. cIↃIↃcL.

PRVSCHENCK AD S. I.

QVid in hisce rubro signatis iure desiderari queat, nondum video. Annon omnia

mnia orthodoxiæ sunt conuenientia? annon quæ alibi forte rectius posuit Calixtus, exposita hic reperiuntur luculentius? Vbi igitur est fides illa duplex, quam adeo Theologo cautissimo exprobant aduersarii? Certe distinctio inter implicitam Veteris atque explicitam Noui testamenti eam minime euincet. Sufficit vnum vtrobique Christum fidei esse obiectum; quamuis in gradu cognitionis quædam agnoscatur diuersitas. Quod si vero illud maxime Calixti sententiam suspectam alicui atque periculosam reddere videtur, quod necessitatem credendi, Messiam Filium DEI adeoque distinctam SS. Trinitatis personam esse oportere, fidelibus V. T. non imponat; eum vix verum discrimen aliquod inter vtrumque fœdus posse ostendere existimauerim. Vbi enim Messiam redemptorem veteres isti fideles verum esse DEVM nouerunt, quæ clarior illis potuit contingere reuelatio? quo pacto quoque vetus a Nouo testamento differre dixerimus. Sane vix aliqua sic remanebit differentia, nisi quæ est inter fieri & esse; vnde nulla tamen vel claritas oriri poterit notabilis, vel obscuritas. Ita ego quidem etiamnum hac de re censeo, nec quicquam mihi ex scriptis vel Scharffii aut Hulsemanni in

hunc

hunc vsque diem quiuit satisfacere. Te vero amicissime Domine, magnopere rogo atque obtestor, velis haut grauate vel vna saltem atque altera lineola nobis exponere, quid tibi in hisce scrupulorum adhuc hæreat. Sancte tibi & pro nostra necessitudine promitto ac spondeo, me non tantum sincerius more meo, tecum acturum, sed etiam cessurum esse continuo, quam primum rationibus validis, vel certe eiusmodi, quibus meliores reponere nequeam, fuero victus. Obseruare namque licuit mutuam verborum mixtionem hisce in talibus parum apud vtrumque nostrum hactenus profeciſſe. Bene vale, meque semper tui amantissimum certe tibi persuadeas, velim Dab. Isenaci *d. 8. April. A. O. R. 1650.*

PRVSCHENCK AD CALIXTVM.

IPsia aliquot ante Septimanas, vt nuper iudicium faciebam, meas ad manus inopinanter volauit facer plane & horribilis ille liber ab Hulsemanno contra Te diuulgatus. Etenim in singulis fere paginis cernere nobis licuit consarcinatorem, nomini suo valde conuenienter calumniarum magis atque tricarum exhibere putamina, quam veræ pietatis solidæque eruditionis nucleum. Quid hic con-

consilii captare esse in animum induxeris, desideranter scire desidero. Plane te silescente, notam incurres causæ desperatæ ac penitus desertæ, pasimque reus audies conuictus nescio quarum nouitatum: par pari vero si retuleris, neque sic famam & existimationem tuam digne tueberis; quin nec ea ratione veritati satis ibis cautum, vtpote, quam non ita facile instillare valet etiam pectoribus aliquin candidioribus, penna rixosa atque maledica, a qua quidem alias virtus & pietas tua nimiopere abhorret. Ego rem de æquanimitate tua nimium quantum præsumens, in hunc mecum reputaui modum, tutiorem nempe redarguendi vindicandiue viam TIBI vix supereſſe posse aliam, quam si argumentorum pondera, citra vllam vel verborum vel sensus amaritudinem, more tuo bene acuteque trutinata in apricum produxeris; myriadibus conuitiorumatque iniuriarum, quas aduersario bilis dictitauit splendida, in vnum fasciculum colligatis, vt in promptu statim habeat pius atque discretus lector, vnde de fastuoso censore tali tanto ferre facilius iudicium queat. Sed quid in aliena reuoluar? Isthæc pro candore meo, non quod mediæ ego ætatis homo prudentissimo seni temperamentum aliquod

moleſtiæ indicere vel aliud quicquam præſcribere velim, ſcripta ſufficiant: Verbum non amplius addam. Tu benigna omnia interpretatione dignaberis; quem ſaluere cum tuis ex animo iubeo. Dab. Iſennaci, intermille labores quibus ferme conteror. d. 1. Febr. A. O. R. 1650.

S. L. AD PRVSCHENCKIVM.

QVæ ſuper controuerſia Calixtina nonnunquam inter nos hactenus mota & agitata fuere, equidem mea ex parte fateor, non ſeria ſed liberioris animi ludibria fuiſſe. In talia enim vel ſerio impugnando, vel acriter defendendo, mihi quicquam vt ſumam, mearum virium non eſſe, ipſa V. Magnif. (quæ me totum) probe nouit. Quo circa ludicra illa mea chartis committere, næ magnæ foret temeritatis! Etſi enim non diſſiteor lectione talium me valde delectari, ab iisque, vt olim in academia, ita etiamnum alienum non eſſe: quia tamen nec rei familiaris conditio ſingula coëmere, nec officii labores & occupationum inaſſuetarum tædia eadem continenter & cogitate perluſtrare permittunt, ſatius eſt mecum habitare & inter ſacra priuata me continere, quam calamo ſumpto

deſipe-

desipere. Dn. D. Calixtum, virum ego diuinis dotibus cumulate auctum & annatum agnosco: eius in ecclesiam & scholasticam iuuentutem merita magni facio, indeque adeo ipsum vt Theologum senem omni honore prosequendum censeo. Dona vero insignia sua, si mentis meæ sensa candide proferre licet, optandum esset aliorsum, ac cumprimis in conflictum cum Pontificiis non infelicem, insigne magis glorioſum, quam in ista lemmata sceptica, insumpsisse. Facile enim toties amice præmonitus, futurum ecclesiæ scandalum præuidere poterat, idque inquæsite, quod, vt ipse censet, fidem saluificam immediate non attingit. Sed manum ego de tabula. Nec enim plura instantes labores festales nunc permittunt; qua caussa Magnif V. obnixe rogo, vt meam breuitatem non sequius velit interpretari: Quam vna cum συνεισοις honoratis diuinæ clementiæ commendatam ex voto valere iubeo, d. 9. April. CIↃIXL.

CALIXTVS AD PRVSCHENCKIVM.

PRincipes nostri visitationem instituerunt, missis huc legatis, qui operæ, quam dixi, tres propemodum septimanas impenderunt. Iidem ante semestre Serenissimum Electo-

rem Saxonicum compellarunt, & conuentum a Politicis habendum tanquam medium sopiendis exortis controuersiis idoneum proposuerunt. Me vero voluerunt ab emittendis in publicum scriptis abstinere, donec quo consilium illud euasurum esset, innotescceret. Et hæc causa est, quod hostibus & calumniatoribus meis hactenus nihil opposui. Elector vero nondum quidquam respondit: nec ego silentium diutius tenebo. Impedimentum tamen & remoram responsis alias paratis iniicit promotio Doctorum Theologiæ, quæ mihi obeunda incumbit. Examina, disputationes pro gradu, & tandem solennis actus septimanas unam & alteram consument. Cæterum istis ad finem perductis recensebo & prodire faciam, quæ hactenus pressi. Mitto desiderium & studium concordiæ ecclesiasticæ, breuiter &, vt spero, perspicue a me designatum: Quod si recte intelligatur, non poterit esse obscurum, quanta absurditate imo impietate ab illis, qui nihil nisi disidia spirant, & schismata parturiunt, atheismi & samaritanismi condemnetur. Bene & feliciter vale, Vir magne. Ex Academ. Iulia, xx Nouembr. CIↃIↃCL.

EICHEL

EICHEL AD PRVSCHENCKIVM.

VT omnibus, qui veritatis amantes sunt, patronis opus est; tum præcipue hoc semi barbaro seculo, vbi non tam virtuti & omni bonæ eruditioni, sed pietati ipsi bellum quasi indicitur, adeo vt ii, qui hæc sectantur, fere publicam persecutionem, metuere necesse habeant, nisi præsidio magnorum virorum, qui rectius sentiunt & vulgus doctorum supergrediuntur, ab insultibus proletariorum protegerentur. Maxime sane solatio est nostris vos habere consentientes (M. Tuam & Magnif. Dn. D. Franzk. puto) in tanto dissentientium imo aduersariorum numero. Litteræ enim vt humanissimæ, ita prudentissimæ per tubicinem nuper V. Calixto redditæ in ipsum Dn. Dn. Visitatorum conuentum inciderunt, in quo etiam magno applausu lectæ sunt, non mediocriter nostrorum animos confirmarunt, quod multominus in tanta persecutorum turba in quibusdam adhuc locis viri magni & prudentes inueniantur, qui imperitæ multitudini doctorum non astipularentur. Quapropter ad TE quoque magne Vir, confugio, tuum implorans patrocinium aduersus eos, qui forte mihi meisque studiis aduersaturi videntur.

dentur. Verum eximius Tuæ M. candor & amor erga virtutem & solidiorem eruditionem non patitur, vt vt faciam pluribus verbis. Quapropter etiam his parcam & ea addam, quæ M. Tuam scire velle intelligo. Lipsiæ compellaui D. Hülsemannum, qui valde adhuc est acerbatus. Pro concione, quam habebat in templo S. Nicolai hæc verba proferebat, quæ adiunctam schedulam coniicienda curauit. Itidem alia pro concione funebri, quam ibidem legi possunt. Cum lectionem haberet, vnice de his controuersiis agebat, præcipue vero de vnitate ecclesiæ, ad quam iuxta normam Augustanæ confessionis non sufficere aiebat symbola illa tria; sed sacramentorum insuper vnum eundemque vsum & quidem eodem modo: quod vltimum requisitum Calixtus contra A. C. excluderet. Quicunque itaque sacramenta non eodem prorsus modo vsurpant, illi fratres & vni religioni addicti habendi non sunt; quo ipso patere putabat, quam falso & erroneo more Calixtus vnam Caluinianam, Pontificiam, & Lutheranam profiteretur religionem quoad fundamentum. Post longum argumentorum apparatum tandem in hæc vernacula prorumpebat: *Calixte ist es gleich viel, man*

seye

seye Caluiniſch oder Papiſtiſch, Photinianiſch, Arrianiſch. Item, daſs es gleich wäre, man möge bald bey den Caluiniſten, bald Papiſten, bald Lutheranern communiciren. Quod ego nunquam in eius ſcriptis legi & ipſe impenſe negat. De prærogatiua directionis Electoralis domui Saxonicæ competentis multum diſſerebat, quam reliquæ Illuſtriſſimæ Domus Saxonicæ, vti ſibi perſuadebat, non eſſent negatiuæ, præſertim Altenburgica. Acriter quidem contradicere Brunſv. D. Luneb. verum, ſi nolint, illos non eſſe morandos. Aut enim ipſos conſentire oportere aut excludi. Subiungebat de diſputatione, quam plurimum Reu. Vir D. Glaſſius Gothæ in conuentu paſtorum nuper habuit, quæ ipſi minime probabatur. Quantum vero ex eius ſermone colligere poteram, publice aduerſus ipſum nihil quicquam eſt moturus, ne ſcilicet Saxonici (ſoli illi γνησίως Lutherani & orthodoxi, ita enim volunt) inter ſe collidantur, quod ſcandalum quoque ego iudico longe perniciosius. Reſponſionem, quam vltimis litteris plurimum Reu. Vir D. Glaſſius ipſi dederat, ſe nempe ſubſcripſiſſe F. C. quatenus cum verbo DEI conueniret, ita elidebat, ſi hæc ſequela firma, aiebat, tum quibuslibet abſur-

dis scriptis, Alcorano puta, Thalmuth & aliis longe absurdioribus subscribere possum: & præterea si huic retentioni mentali (ita enim interpretabatur) quicquam est loci, iam omnia vincula humanæ societatis disrumpuntur; si enim iurare liceat, vt mente tamen aliquid excipias, quod seruare non velis, iam is, cui iuratur, nunquam est securus, & per consequentiam summum hoc vinculum, ad quod vltimo tandem confugimus, dissoluetur. Monenda illa esse, quæ minus vera videntur, antequam iuretur, post iuramentum nulli exceptioni locum esse. Ita ille. Cui, quæ tum supperebant, reponebam: nempe dubitari posse, num omnia illa, quæ hodie in libris symbolicis continentur, puta A. C. eiusdem Apologia, Corpore Iulio (respectu eorum, qui id receperunt) adeo subscribentes obligent, ut etiam ab euidenter falsis dissentire non audeant? Primo auctoritatem librorum eorum in dubium non vocabo; esse enim illos conditos a paucis quibusdam, & quidem subitanee, multisque etiam paginis (quæ symbolis omnia repugnant; breuia enim hæc esse oportet) quibus non saltim fundamentum fidei, sed insuper alia longius ab hoc seiuncta continentur; tum ex historia,

tum

tum ipsorum librorum lectione satis est manifestum. Fieri deinde potest, vt is, qui subscripsit, legerit quidem, sed non omnia accurate perpendere potuerit; aut tum quidem fidem habuerit, sed post meliora edoctus assentire non possit. Hæc forte simul considerari debent. Si itaque error manifestus in eiusmodi libellum irrepsit aut ignorantia aut negligentia conditorum (hos enim infallibiles præsumere non possumus) qui error ab eo, qui subscribit, tum forte notatus non est, num postea illum, quoniam semel iurauit, tenetur certe statuere, aut etiam fidem habeat, contra conscientiam peccare? Quod mihi non sit verisimile. Talis est in Apologia A.C. ubi exemplum Iudæ in libb. Maccab. ab auctore citatur tanquam mortuorum orantium pro viuis; cum tamen contra exemplum sit vivorum orantium pro viuis. Hic error est manifestissimus & libro symbolico continetur, num qui huic fidem non habeat, propterea peccet contra conscientiam? In Corpore Iulio dicitur Spiritum S. descendisse super Apostolos specie columbæ. Vbi Auctor historiam Christi baptizati cum descensione Spiritus S. quæ festo Pentecostes fiebat, confundit. Num hæc talia, quæ contra expressos textus biblicos

sunt, nos adeo obstringunt, vt sine læsione conscientiæ ab iisdem dissentire non audeamus? In iterata fidei communione & a Iacobo confirmata (ita inscriptio Anglica habet) pluscula notaui, quæ expresse contra fidem historiæ sacræ pugnant. In credendis Danicis (vt verba Danica habent) Petrus Hierosolymis Martyrio affectus dicitur, quod fidei historicæ plane repugnat. Nihil dicam de libellis illis symbolicis, qui aliis nostræ relligioni non addictis sunt in vsu. Euictum itaque puto nonnullis, quæ scilicet manifesto falsa sunt, nos sine læsione conscientiæ adstipulari non posse. Si itaque in nonnullis licet, iam omnia non sunt comprobanda, vti vult D. Hulsemannus. Omnia enim & aliqua si negentur, sunt contradictoria, quorum vnum numero est verum, alterum falsum. Hæc tum dicebantur. Reliqua quæ Lipsiæ acta sint, non est, quod commemorem. Wittebergæ primo Scharffium adiui, eumque in ipso actu scribendi contra Helmstadianos inueni. Habet præ manibus scriptum vernaculum (ita enim proh Deum hodie agitur) cui testimonia academiæ vna cum ministri Academiæ & Typographi de programmate affixo (quod M. Tuæ notum erit, inseret, & quæ ad purgationem

sui

sui videbuntur, adiunget. Inscriptio est *Meine D. Iohannis Scharff, P. P. Rettung der Vnschuld wieder D. Georg. Calixt. P. P. zu Helmst. falsche Auflage iederman für Augen gestellet und ans Licht gebracht &c.* Witteb. Plagulas 4 iam tum confecerat. Monstrabat mihi Repertorium Iuris in quo significationem vocabuli stipulari inuenerat. Sed leuicula hæc sunt. Certum est nobis esse leges in Corpore Iuris Ciuilis, in quibus dictum vocabulum eiusmodi significationem non respuit. Verum non est, quare huic chartam impendam. Dolebat sane vir rem eo peruenisse, & aperte profitebatur, se velle nunquam programma fuisse affixum: abstinuisse se integrum annum a scriptione, ne plus scandalorum præberet. Calixtum non saltem Lutheranæ, sed omni in vniuersum relligioni iugulum minari: & hoc diu eum egisse, iam vbi plurimorum animos præoccupasset, aperte venenosa dogmata sua proseminare, quæ a multis cupide arriperentur, ipsorum (scil. Witteb. & Lipsi.) esse, prouidere, ne malum serpat longius, & ecclesiam tandem totam euertat. Hi hominis erant sermones, quibus ob temporis penuriam reponere non poteram, quod volebam. Properabam siquidem

ad

ad D. Calouium, qui recens Dantiſco aduenerat. Hic mediocris ſtaturæ homo eſt, crine nigro, barba prolixa quidem, ſed mucronata, facie ſubpallida & depreſſa, fronte tamen aliquo modo eleuatiori, vt ex diſpoſitione lineamentorum non facile de natura temperamenti iudicare liceat. Alloquio comis & facundus, nec rerum, quæ hodie geruntur, imperitus. Idem zelus, eadem prurigo ſcribendi, cuius iam tum initium fecit (præter id, quod Dantiſci emiſit) Wittebergæ, cum programma affixit, quo ciues Academiæ ad actum Doctoralem inuitauit, in qua Regiomontanos & Helmſtadianos acerrime impugnat. Adeo inuiſi Helmſtadiani ſunt, vt vel nomen eorum hos homines commoueat. Humanitate me ſingulari complectebatur, vbi vero Helmſtadianorum mentionem faciebam, frontem corrugabat. Ita odium inualuit: quod forte neque colloquio, neque ſcriptorum multiplicatione ſopiri poterit, niſi ſingularis DEI gratia & grauiſſima principum auctoritas acceſſerit. Valeat M. Tua quam diutiſſime, meque fauore ſuo porro complecti ne dedignetur, Helmſtadii die Decembr. CIↃIↃCL.

Io. EICHEL.

Io. Eichel ad Georg. Francke.

COntrouerſiæ Theologiæ, quibus omnes boni merito ingemiſcunt, in maximo ſunt feruore. Ipſe Lutheranismus videtur ſedibus ſuis exitus ad arma concurriſſe, quibus miſerrime in propria viſcera ſæuiunt, & mutuum charitatis & amoris vinculum, quo hactenus coaluerunt, ſtudioſisſime disrumpere quærunt. Nihil tractatur cauſæ, nullum affertur argumentum, nulla auditur ratio, omnia plena bilis, ſtomachi, conuitiorum, quibus ne orcus quidem funeſtiora expuere poſſit. Nolo mittere ſacras chartas, ne tempus & ſumptus, qui longe rectius collocari poſſunt, diſperdam. Miſſum mihi eſt iam alterum Calouii Scriptum, vna cum Scharffii & Behmii, & Mislentæ Lattermanni: bone DEVS! bone DEVS! quam ſint virulenta & ab omni pietatis ſpecie etiam remotisſima. Nolo ominari, & DEVS clementer prohibeat omnia mala omina: Sed ſi dicendum ſit, quod res eſt, firmiter credo, niſi his diabolicis litibus tandem finis imponatur, plurimos cordatos & prudentes, addo, primarios viros haut diutius a partibus tot contentioſorum hominum ſtaturos. Venerandus noſter

noſter Calixtus, optimus ſenex iam quidem tot conuitiorum centonibus nonnulla reponet: Parat enim ſcriptum paulo prolixius Germanicum, cuius littera U U iam perfecta eſt. Salutat M. T. plurimum, & ſi opuſculum perfecerit, communicabit; eo usque enim ſe differre ait etiam litterarum miſſionem. Tota Facultas Theologica (quod in aurem dico) breui ſcriptum concinnabit, quo dilucide ſine vlla diſputatione exponet, quid de quouis controuerſo articulo ſentiat, ſine vllis litibus & conuitiis: Num forte hac ratione mitius agere diſcerent aduerſarii. Helmſtadi x Maii CIↃIↃCLI.

PRVSCHENCK AD HENR. IVLIVM SCHBVRLIVM.

NOſti procul dubio, me non ignotum eſſe Calixto veſtro, viro inter præcipua ſeculi huius ornamenta numerando; quem certe tanti facio, quanti vnquam Theologorum noſtratium, exiſtimatione cuiusque ſalua, feci vllum. Huic plurimam verbis meis haud grauate nunciabis ſalutem; nunciabis & hoc, me nondum hactenus legiſſe, quod pium eius & ſalutare deſiderium (ſtudium concordiæ eccleſiaſticæ deſigno) potuerit ſub-

subuertere, quicquid etiam feruidiora nonnulla ingenia, quæ plerumque violentiam naturæ & profundam ambitionem præclaro zelischemate velari solent, aduersus illud fuerint moniti. Tu sane, ipse cogita, cætera non dicam, auferamus cauilla, videbimus, quid possit illa canina facundia: nam quantum latratus possint, sat scimus. Scriptum viri moderatissimi Apologeticum cuius legendi cupiditate mirifice flagro, rem ita esse pluribus edocebit: Vale & nos ama. Scribeb. plurimis occupationibus distentus, Isenaci d. 30. Maii A. O. R. 1651.

EICHEL AD PRVSCHENCKIVM.

QUamuis vero non adeo multa sint, quæ perscribere operæ sit pretium, nulla tamen non sunt, quæ confido Magnificentiam Tuam haud illibenter scire velle. Inprimis tragœdia, quæ ab infelicibus illis mulierculis Cellensibus excitata, fere Germaniam, addo fere Europam impleuit, non erit ingrata cognita. Seruula D. W. quæ nuper igni concremata fuit, non tam ab inculpatione filiæ eius natu maioris non recessit, sed ipso supplicii die, præsentibus senatoribus & scabinis,

Dn.

Dn. D. Superattend. & paſtoribus, antea diligentiſsime admonita, antequam ſacro ſynaxeos cibo vteretur, non tantum eadem eſt profeſſa, quæ in ſcalis Gemoniis edixerat, ſed inſuper morte ſua hæc omnia confirmare velle animoſa & conſtanti voce aſſeuerauit; addens non alio animo & mente coram tribunali Chriſti compariturum. Quo morti erat vicinior, eo minus intrepida. Mirabamur in hac ætate, hoc ſexu, tanto præſertim ſupplicio, conſtantiam infelicis mulierculæ: verum, quam ex ſignis externis iudicare licet, conſtans, deuota & animo pœnitens vsque ad extremum vitæ halitum permanſit, quem cum hac voce vltima emittebat, valde inclamans: *Ieſu du baſt mich erlöſt.* Quam lætiori facie, quam eiusmodi homines gerere ſolent, porrecta manu flexis genubus (vt pudor & virgineus mos conſeruaretur) paſtoribus & ſcabinis valedixiſſet, populum canentem hymnum: *Nun bitten wir den H. Geiſt*, etiam ſua voce ſecuta eſſet, eo finito, aliquot precationes, ex libello, quem ſecum habebat, recitaſſet, carnificem alloquebatur, eumque in vagum ſequebatur, in cuius inferiori parte, quæ oculos ſpectatorum excludebat, eam ſtrangulabat. Ita infelici mulierculæ

vita

vita adimebatur. Mater eius die supplicium præcedenti ex mærore animi mortua est. Filia D. W. ex veneno mortua, mox in puerperio denata; ab aliis vero in Belgium transmissa nunciatur. Certi nihil affirmare possum. Helmstadii die XVI Iunii, Ao. CIↃIↃCLI.

PRVSCHENCK AD CALIXTVM.

CÆterum perlegi Apologiam illam tuam aduersus Wellerum, Hulsemannum, Scharffium, post tam longam expectationem tandem aliquando editam atque inter legendum magnos sæpius effundere cachinnos coactus fui. Sunt qui tibi non malè cupiunt, putantes tamen, aduersariós illos tuos a te nonnunquam paulo durius fuisse habitos: ego id omne patientiæ sæpius læsæ imputabam, causatus insuper, duro nodo durum etiam quærendum fuisse cuneum. Cur te non missum fecerunt? Ego quidem plerorumque scripta parum compta nec legere amplius sustineo; ex tanto tamen Theologorum examine, qui plures eruditas ad disceptandas rixas verius, quam quæstiones Theologicas adferret decisiones, præter te (non blandior) vidi neminem; credant alii nec ne, orbis eruditus & veritati deditus, parum pensi habet. Fremue-

rint licet aduersarii tui frenduerintque deinceps; si mihi cum istis res esset, ne lineam quidem aduersus illos amplius ducerem. Verum quorsum prolabor? Tu sane sine meo suasu ipse statues, quod & Ecclesiæ & existimationi tuæ consultissimum tandem videbitur. Dab. Isenaci d. 30. Decemb. A. O. R. MDCLI.

PRVSCHENCK AD LATERMANNVM.

SAne quia magno Calixto nostro carum semper fuisti caput; scito, vel te propterea ad amorem nostrum peculiari quadam ratione pertinere: quo te etiam prosequar quam diu in vita hacce mortali ero superstes. Atque id ipsum epistolio isthoc tumultuario (scribentem enim plures interpellantium circumstabant) sinceriter testari volui. Tu modo amicissime Latermanne, tuo me amore vicissim dignare, atque porro in nouitia præsertim illa prouincia Ecclesiastica, de quâ tibi ex animo gratulor; talem te præsta, qualem per aliquod jam annos te vidit, sensit & probauit melior ac sanior pars Borussiæ; doctum nempe, pium, & in mitigando religionis odio cordatum pariter ac moderatum fidei denique fundamentalium assertorem maxime strenuum. Id ego opto voueoque ex animo, nec

te abſterreat inſipida illa & inquieta Zelotarum modernorum cohors, qui dum puritatem relligionis noſtræ ſincerioris Lutheranæ vindicare conantur, neſcio qua imprudentiâ eam labefactare ac tantum non deſtruere videntur.

PRVSCHENCK AD CALIXTVM.

AGnoſco inſignem tuam erga me beneuolentiam magne Calixte, amicorum maxime, quod expectationem noſtram binis non ſolum litteris amicisſimis, ſed & muneris iteratione perquam eruditi vincere volueris. Fateor quidem, non omnes æque id pro munere interpretatnros; certe non illos quorum ingens hodie turba ſacra pariter atque profana ſtudia ad ſpeciem profitentur potius, quam ſerio colunt, & ſolo nomine contenti, rem ipſam contemnunt: Verum iſto redarguendi genere tandem opus erat, vt inexcuſabilem illam inſcitiam Scharffio atque nonnullis profeſſione Theologis aliis eorumque ſequacibus vel ſtimulis quaſi & clauis excuteres, vel ſaltem emendabiliores ex iis in orbitam reduceres. Ultimum locum occupauit peſſimi illius moris, quo hodie multi vtuntur, iuſtisſima obiurgatio; quando nimirum homines inſulſi-

tates suas iam semel in publicum extrusas aut prorsus negatum ire aut futili quouis velamine palliare non erubescunt Longe excusatius delinquunt, qui meliora vident probantque; sed aliorum exemplis per devia funem ducentibus, nimis facile abripi se patiuntur: Id quod illis sæpe numero vix aduertentibus contingere potest, qui eiusmodi in locis versantur, vbi Præmonstratores etiam publicis stipendiis aluntur, virtutis & sapientiæ expertes. Vtinam ii aliquando & suo & aliorum damno edocti, tutiorem studiorum rationem amplecterentur, atque vmbratilis huius vitæ breuitatem solida eruditione, virtute ac pietate pensare discerent. Profecto non aliunde scaturiunt vanæ istæ insipidæque aduersariorum tuorum contradictiones, nisi perfunctoria ista bonarum literarum atque artium cultura, quibus ipsorum intellectus viridioribus in annis intingendus fuisset penitus, voluntas firmanda rectius: vnde nunc porro inexpugnabilis ferme hominum prognata est inscitia, & quam isthæc post se trahit, sanorum mentium aspernatio. Quo enim quisque se minus nouit, eo magis sibi placet ipsi, aliosque contemnere solet; & qui quantum nescit, ignorat, is sane pulchre sibi sapere videtur. Ego,

tamesi

tametsi imbecillitate ingenii, & forte etiam inopia monstratus melioris, famam mihi per litteras acquirere haut licuit, solida tamen atque bene ordinata studiorum sacrorum maxime ac philosophicorum tractatione cum primis oblector, semperque vbi fert occasio viris bonis & cordatis testatum facio voluntatem pro virili eam promouendi, nunquam nobis hactenus defuisse, nec etiam animum aduersandi ista, quæ incauti multi rerumque parum intelligentes contra moliuntur.

EICHEL AD PRVSCHENCKIVM.

VEn. Calixtus Guelpherbyti est, quæ causa est, quod iam quidem non scribat. Ego responsum ipse afferam, si venero. Instituam meum iter ita, vt ante Dominicam Lætare non venturus sim, sed ea elapsa certe veniam, vbi omnia coram melius. Quod litteras meas vna cum opusculo tardius acceperit, hæc causa est, quod tabellarius, cui ea commiseram, in Franconiam fuerit profectus, & redux demum Gothæ Dn. Cancellario reddiderit. Non dubito, quin interea temporis acceperit. Reliqua, quæ M. Tua desiderat, ipse offeram postremo. Quæ ad causam Illustrissimi Dn. Landgrauii faciunt, iam mitto. Vltimam epistolam

Coloniæ impressam nollem emissam. Nihil enim aliud agit, quam vt acerbiori odio optimum virum nostrum Calixtum exponat. Haud credo Illustrissimum Dn. Landgrauium eius esse auctorem, sed forte ex suggestione alicuius eruditi Pontificii esse scriptam, quamuis totam manu sua perscripserit. Conatur Dn. Calixtum ad partes pontificias trahere argumentis non adeo validis: hortaturque eum, vt etiam Duces Brunsv. & Luneb. eo perducat. Quæ sane nil nisi flagrantissimum odium in nostratibus aduersus Ven. Calixtum concitare possunt. Annon hoc manu scripsisse sat erat? Quid opus erat publicatione? Addit præterea se, doctrina Calixtina multo esse proniorem factum ad papatum; cum Calixtus eiusmodi foueat principia, quibus stantibus non facile quem posse abhorrere a pontificia ecclesia. Paulo tamen antea in epistola quadam impressa ingenue confessus erat, se nihil hactenus remoratum esse, quam quod Calixti scripta se cunctabundum detinuerint. Num hæcce conueniunt? Eadem ars Ranzouiana est. Hinc exorta opinio in plerorumque animis, sententiam Calixtinam de secundario principio Theologiæ, nempe consensu antiquitatis ecclesiasticæ, plurimos a nostratibus auertisse; eam-

eamque tanquam Pontificiam & nobis maxime aduersam esse reiiciendam. Tubinga iam aliquot litteras accepi, quarum summa hæc est: & ipsos iam furere incipere, neminem pati velle Calixtinum; eius sententiam esse damnabilem, Formulam Concordiæ ad nauim esse defendendam; Calixtum negare prima Christianæ fidei principia, viam aperire Atheismo. Bone Deus, quanta malitia vel ignorantia in eiusmodi hominibus regnat. Noribergæ grauissima Senatus auctoritas intercessit, & Widerum ad D. Iacobi Pastorem, qui fax & tuba illarum turbarum extitit, dignitate sua exuit, ea vrbe exire iussit: publicato hac de re mandato satis graui: quod mitterem, nisi vnicum tantum exemplar mihi fuisset transmissum. Reliqui seueritate senatus deterriti linguæ suæ mordaciori temperant, habenas affectibus eo imperito zelo non ita laxant, adeo cautius mercari discunt. Quod si eiusmodi remediis etiam aliis in locis obuiam fuisset itum & hodie iretur, forte tantum contentionum non haberemus. D. Lattermanni aduersarii eo ipsi mitescere incipiunt, seueris litteris electoralibus moniti, quibus ni pareant, grauissimam pœnam minatus est. His enim mediis eo multis aliis contentiosum ac

ceruicosum hoc hominum genus coërceri potest ac debet. Scriptum, quod nuper Conringius edidit de electione pontificis, vehementer displicuit Aulæ Illustrissimi Landgrauii Ernesti, vti ex litteris Secretarii eius celsit vidi. Homo is non videtur indoctus; pontificiis tamen admodum deditus: quamuis nondum talis videri velit. Scripsit autem illam ad D. Schefferum, qui Francofurti est, qui ad nos eam transmisit. Nobilissimus Dominus a Boineburg prolixam admodum epistolam ad Dn. Conringium scripsit, ac vehementer se cruciat vnitate ecclesiæ; qui scrupulus ipsi tanti momenti videtur, vt credat propter hunc solum defectionem ad pontificios non esse disuadendum. Rescribet ipsi pluribus Conringius, ac forte hac de re peculiarem librum edet, quoniam plures sunt, qui hoc scrupulo exercentur, ac crediderim hanc operam hoc tempore esse perque necessariam. Dabam celerrime Helmstadii die XII Martii, Anno CIↃIↃCLII.

EICHEL AD PRVSCHENCKIVM.

VEnerandus Calixtus, in cuius ædibus iam dego, ac eius conuictu vtor, Magnific. Tuam officiosissime salutat; totus iam est in

nuptiis

nuptiis filio parandis, & propterea Valeriano non respondet. Dictus est illis dies XXVII Iulii. Scripta Welleri & Scharffii vidit forte ac non dubito, quin simul ac in risum ac fletum eruperit. Hos enim contrarios affectus ob hos homines malitiose stultos aboriri necessum est. Apud eruditos ac prudentes se ipsos vlciscuntur, dum ac malitiam & ignorantiam orbi exponunt, quam plures sub specie zeli & insignis peritiæ adorassent, si tacuissent. Dab. celerrime Helmstadii die XXVII Iulii, Anno CIↃIↃCLII.

PRVSCHENCK AD BOINEBVRG.

SAlutem tibi nuncio seriam atque sinceram, quoad vires animi valent. Hoc ipso die quo calamum rescriptorium tua causa ad manus sumebam, litteræ tuæ superuenerunt aliæ, confirmatrices eorum, quæ ingenti cum mentis voluptate ex prioribus nuper percepe-ram. Nunciabant nimirum & ipsæ constantem tui in ecclesia catholico-reformata (vt sic dicam) persistentiam. Deus bone, quam hoc mihi perplacuit, quantum me exhilarauit. Nosti tu enim rigidiorum nostrorum ridiculam illam facilitatem, de omnibus iis sinistre iudicandi, qui candide atque mansuete sum-

quouis Romanensium etiam docto pariter atque modeste de relligione controuersa differere audent. Si quando ergo talium vanæ calumniæ aliquando dissipantur, cur non ex animo læter? Sane ita tecum omnino censeo, puritatem relligionis Christianæ præcise haut dependere a decisione controuersiarum, quarum nulla extat terminata vel in sacris litteris, vel etiam in symbolis antiquioribus, testibus nempe fundamentalis illius doctrinæ, in quo olim, vt solum necessaria, ecclesia perstitit vniuersalis,& sine cuius cognitione nemo vnquam saluari potuit. Mens hæc semper fuit optimi Calixti nostri; & vtinam modo Illustrissimus ille noster Landgrauius Ernestus, decus alioquin Principum Germaniæ, diutina viro sine vlla præiudicatione hac saltem in re auscultasset, nunquam certe (prout Princeps mentis integritate atque iudicii acrimonia pollet) ad pontificios celeripes adeo fecisset. Sed factum nunc dolemus, cuius mutatio in solius Domini DEI nostri potestate sita est: is intimus scrutator est cordium & liberrimus voluntatis nostræ director, cui si serio obsecundauerimus pœnitentia ante actorum ducti, nobis tandem rectam in viam redire licebit, a qua quondam nostra culpa aberrarimus.

mus. Te interea amicisſime Boineburgi, & laudo & vereor, quod non tantum partibus melioribus firmisſime adhuc hæreas, ſed & veritatis genuinæ, etiam coram principibus ac magnatibus intrepidus adeo defenſor ac aſſertor hactenus extiteris. Videbunt ſic ſectæ pontificiorum addicti, viros apud nos eſſe, etiam ordinis ſecularis tanta rerum ſacrarum cognitione iudiciique rectitudine præditos, quanta vnius ſaltem vel ſola ad deſtruendas corruptelas & ſuperſtitiones papiſticas cunctas abunde queat ſufficere. Vtraque procul dubio multum elucebit variis ex ſcriptis illis papiſticis quibusdam inſignioribus nuper a te oppoſitis; quorum propera transmiſſione ſi nos beaueris, tam viciſſim me tibi ad quæuis alia paratum experieris, quam qui maxime. Bene vale & me amare non deſinas. Dab. celeriter Iſenaci d. 29 Iul. An. 1652.

CALIXTVS AD SCHWARTZKOPFFIVM.

VTinam quod attinet Schiſmata eccleſiaſtica, iis ſopiendis, vel ſi id nimium eſt, ſaltem minuendis aliquid remedii poſſem adferre. Sed Saxonici Electorales omnibus viribus obſtant, ipſum deſiderium dicunt à diabolo inſpirari, tantum abeſt vt ferant vlla vel conſi-

consilia vel media, quanquam sine omni præiudicio, ad deliberandum proponi. Se solos sapere & solos omnium controuersiarum arbitros esse volunt, stricta condemnatione illata omnibus qui ausint contradicere. *Ich bin gewillet, was bishero* in negotio concordiæ *ich geschrieben, zusammen drucken zu lassen* inserto, vbi locus erit breui indicio mendaciorum, quæ mihi aduersarii concordiæ impingunt. *Landgraf Ernst hat neulich an mich einen bösen Brief abgehen lassen*, contra morem suum & consuetudinem, *der sonsten sehr gnädig und freundlich alle angeschrieben*. Tantopere ei dolet, *dass ich* Patri Valeriano *nicht will recht geben*. Boineburgii itidem aliqua epistola nescio, vbi intercepta huc allata est mihique monstrata. Non potes credere quam scabiose de me loquatur & quam acerba minetur. Qui a nobis ad Pontificios transeunt, plane transsubstantiantur. Henricus Iulius *Blume war allhier, do meine seel. Haus Fraue noch über der Erde stand. Bey solchem Zustand konte ich mit ihme nicht viel reden*. Fatebatur autem, *dass er allhier gehöret und gelernet, welches ihn vorm Abfall zurück gehalten und gehemmet*, absque quo si fuisset, *würde er noch so lange bey uns*

nicht

nicht geblieben seyn. Præcipuum autem hodie incitamentum esse, quod moderatiorum numerus sit exiguus, contra verò Saxonicorum Electoralium, qui nihilominus plerosque in suas partes trahant & prævalituri videantur, furor plane intolerabilis &c. Interim se ab infallibilitate Romani Pontificis credenda, a potestate deponendi Imperatores & Reges admittenda, a primatu siue Principatu in vniuersam Ecclesiam, qui Iure diuino nitatur, agnoscendo prorsus alienum esse. Hæc aperte confessus est me, D. Tappio, M. Schradero & Affine D. Tappii *Wilhelm Schmidt mairen zu Halberstadt* præsentibus.

CALIXTVS AD PRVSCHENCKIVM.

QVantæ tibi sit curæ, ut dissidium, quod hic nobis & mihi imprimis cum Saxonicis Electoralibus Theologis intercedit, amice componatur, tum alias noui, tum ex Clar. Dn. Eichelio intellexi. Equidem vellem nunquam motum esse. Sed illi virus suum, quod diu, mihi etiam blanditi, occultarant, tandem copiose euomuerunt. Docui mysteria Trinitatis & Diuinitatis Christi contra serios præsertim aduersarios stabilienda esse testimoniis & argumentis, quæ eludi aut etiam deseri ne-

queant;

queant. Hinc efficiunt me mysteria ista & gloriam Christi conuellere. Dixi contra Arianos agentibus non esse tutum aut consultum, Christum siue Filium DEI ante incarnationem suam & in negotiis, quæ redemptionem generis humani non concernant, Angelum haberi. Hinc idem, valida scilicet consequentia, eliciunt. Ego nihilominus permitto illos suo sensu abundare, dummodo tamen mihi etiam meum permittant, nec ad suum amplectendum, tanquam noui Pontifices, constringant. Controuersia de vbiquitate vetus est. Existimaueram ego alias, si nos non oppugnaremus, illi non oppugnarent, tandem suapte conquieturam. Noua & pernicioſa, Christianisque auribus indigna, quæ Præfatione Germanica ad Serenissimum Saxoniæ Electorem commemoraui, Hulsemanni dogmata, præsertim de emendatione vitæ ad habendam remissionem peccatorum, conseruandam DEI gratiam & obtinendam æternam beatitudinem nullo plane modo necessaria, maioribus implicantur difficultatibus & absurditatibus, quam vt ex eis ego me valeam expedire, DEVS nostri misereatur. Vbiquitas turbat omnia: cui si accedant paradoxa Hulsemannica, & a nostris recipiantur & admittantur,

tantur, nihil supereſt, quod nos a Schismate & hæreſi, cuius a Pontificiis accuſamur, tueatur. Atroces iniurias, quibus me affecerunt, facile condonare poſſum, modo eorum finem faciant: Sed Hulſemannica iſta dogmata concoquere nequeo, quibus & gloria DEI conuellitur & ſalus mortalium in præſentiſſimum periculum coniicitur, & Pontificiis opportunitas nos inuadendi imo a nobis homines ingenio & conſcientia præditos auellendi, ſuppeditatur. Quanquam, dum me cum Pontificiis colluſtrantem aggrediuntur, quid faciunt aliud, quam quod Pontificiis ſuppetias ferunt, & me hiſce intentum alio auertunt? Sed tandem verborum ſatis. Deus optimus Max. Te Vir &c. Vale, ex Acad. Iulia XVI Nouembr.

CIↃ IↃC LXII.

CASPARIS SCIOPPII EPISTOLA AD CONRADVM RITTERSHVSIVM.

EPistolam hanc beneuole mecum communicauit V. C. Gottlob Krantzius, Professor apud Vratislauienses celeberrimus. Certe lectu est dignissima, cum non solum genium Rittershusii satis clare detegat, sed etiam quid cum Iordano Bruno actum, clare exponat. Hanc igitur hic iudicauimus inserendam.

CONRADO RITTERSHVSIO SVO G. SCHOPPIVS. Fr. S.

QVas ad nuperam tuam expostulatoriam Epistolam rescripsi, non iam dubito quin tibi sint redditæ, quibus me tibi de vulgato responso meo satis purgatum confido. Vt vero nunc etiam scriberem, hodierna ipsa dies me instigat, qua Iordanus Brunus propter hæresin viuus vidensque publice in Campo Floræ ante Theatrum Pompeii est combustus. Existimo enim & hoc ad extremam impressæ epistolæ meæ partem, quæ de hæreticorum pœna egi, pertinere. Si enim nunc Romæ esses, ex plerisque omnibus Italis audires, Lutheranum esse combustum, & ita non mediocriter in opinione tua de sæuitia nostra confirmaberis.

ris. At semel scire debes, mi Ritterhusi, Italos nostros inter hæreticos alba linea non signare, neque discernere nouisse, seu quicquid est hæreticum, illud Lutheranum esse putant, in qua simplicitate vt Deus illos conseruet, precor, ne sciant vnquam, quid hæresis alia ab aliis discrepet. Vereor enim ne alioquin ista discernendi scientia nimis caro ipsis constet. Vt autem veritatem ipsam ex me accipias, narro tibi, idque ita esse, fidem do testem: nullum prorsus Lutheranum aut Caluinianum, nisi relapsum vel publice scandalosum, vllo modo Romæ periclitari, nedum vt morte puniatur. Hæc sanctissimi Domini nostri mens est, vt omnibus Lutheranis Romam pateat liber commeatus, vtque a Cardinalibus & Prælatis Curiæ nostræ omnis generis beneuolentiam & humanitatem experiantur. Atque vtinam hic esses, Rittershusi! scio fore, vt rumores vulgatos mendacii damnes. Fuit superiore mense Saxo quidam nobilis hic apud nos, qui annum ipsum domi Bezæ vixerat. Is multis Catholicis innotuit, ipsi etiam Confessario Pontificis Cardinali Baronio, qui eum humanissime excepit, & de religione nihil prorsus cum eo egit, nisi quod obiter eum adhortatus est ad veritatem inuestigandam. De

periculo iussit eum fide sua esse securissimum, dum ne quod publice scandalum præberet. Ac mansisset ille nobiscum diutius, nisi sparso rumore de Anglis quibusdam in Palatium Inquisitionis deductis, perterritus sibi metuisset. At Angli illi non erant, quod vulgo ab Italis dicuntur, Lutherani, sed Puritani & de sacrilega venerabilis sacramenti percussione Anglis vsitata suspecti. Similiter forsan & ipse tumori vulgari crederem, Brunum istum fuisse ob Lutheranismum combustum, nisi seu Inquisitionis officio interfuissem, dum sententia contra eum est lata, & sic scirem, quam nam ille hæresin professus fuerit. Fuit enim Brunus ille Patria Nolanus ex regno Neapolitano, professione Dominicanus; qui, cum iam annis abhinc octodecim de Transsubstantiatione (rationi nimirum, vt Chrysostomus tuus docet, repugnante) dubitare, imo eam prorsus negare, & statim virginitatem B. Mariæ (quam idem Chrysostomus omnibus Cherubin & Seraphin puriorem ait,) in dubium vocare cœpisset, Geneuam abiit, & isthic biennium commoratus, tandemque quod ad Caluinismum, quo tamen nihil recta magis ad Atheismum ducit, per omnia non probaret, inde eiectus Lugdunum, inde Tholosam, hinc

hinc Parisios deuenit, ibique extraordinarium Professorem egit, cum videret ordinarios cogi Missæ sacro interesse. Postea Londinum profectus, libellum isthic edit de Bestia triumphante, h. e. de Papa, quem vestri honoris caussa bestiam appellare solent. Inde Wittebergam abiit, ibique publice professus est biennium, nisi fallor. Hinc Pragam delatus librum edit, de immenso & infinito, itemque de innumerabilibus (si titulorum sat recte memini, nam libros ipsos Pragæ habui,) & rursus alium de vmbris & Idæis, in quibus horrenda prorsusque absurdissima docet, vt qui mundos esse innumerabiles, animam de corpore in corpus, imo & alium in mundum migrare, vnam animam bina corpora informare posse, magiam esse rem bonam & licitam, Spiritum Sanctum non esse aliud nisi animam mundi, & hoc voluisse Moysen, dum scribit, eum fouisse aquas; mundum esse ab æterno. Moysen miracula sua per magiam operatum esse, in qua plus profecerat, quam reliqui Ægyptii; eum leges suas confinxisse, sacras litteras esse somnium, Diabolos saluatum iri. Solos Ebræos ab Adamo & Eua originem ducere, reliquos ab iis duobus, quos Deus pridie fecerat, Christum non esse Deum, sed

fuisse magum insignem & hominibus illusisse, ac propterea merito suspensum (italice impiccato,) non crucifixum esse, Prophetas & Apostolos fuisse homines nequam, magos & plerosque suspensos, denique infinitum foret omnia, eius portenta recensere, quæ ipse & libris & viua voce asseruit. Vno verbo vt dicam, quicquid vnquam ab Ethnicorum Philosophis vel a nostris antiquis & recentioribus hæreticis est assertum, id omne ipse propugnauit. Praga Brunsuigam & Helmstadium prouenit, & ibi aliquandiu professus dicitur. Inde Francofurtum librum editurus abiit, tandemque Venetiis in inquisitionis manus peruenit, vbi diu satis cum fuisset, Romam missus est, & sæpius a S. officio, quod vocant, Inquisitionis examinatus, & a summis Theologis conuictus, modo quadraginta dies obtinuit, quibus deliberaret, modo promisit Palinodiam, modo denuo suas nugas defendit, modo alios quadraginta dies impetrauit: sed tandem nihil egit aliud, nisi vt Pontificem & inquisitionem deluderet. Fere igitur biennio post, quam hic in Inquisitionem deuenit, nupera die nona Februarii in supremi Inquisitoris Palatio præsentibus illustrissimis Cardinalibus S. officii Inquisitionis (qui & senio & rerum

rerum vsu & Theologiæ Iurisque scientia reliquis præstant,) & consultoribus Theologis, & seculari Magistratu, Vrbis Gubernatore: fuit Brunus ille in locum Inquisitionis introductus, ibique genibus flexis sententiam contra se pronunciari audiit. Ea autem fuit huiusmodi: Narrata fuit eius vita, studia & dogmata, & qualem inquisitio diligentiam in conuertendo illo & fraterne monendo adhibuerit, qualemque ille pertinaciam & impietatem ostenderit: inde eum degradarunt, vt dicimus, prorsusque excommunicarunt, & seculari Magistratui eum tradiderunt puniendum, rogantes, vt quam clementissime & sine sanguinis effusione puniretur. Hæc cum ita essent peracta, nihil ille respondit aliud, nisi minabundus: Maiori forsan tum timore sententiam in me fertis, quam ego accipiam. Sic a Lictoribus Gubernatoris in carcerem deductus, ibique assiduo asseruatus fuit, si vel nunc errores suos reuocare vellet, sed frustra. Hodie igitur ad rogum siue piram deductus, cum Saluatoris crucifixi imago ei iam morituro ostenderetur, toruo eam vultu aspernatus reiecit, sicque vstulatus misere periit, renunciaturus credo in reliquis illis, quos finxit, mundis, quonam pacto homines blasphemi

& impii a Romanis tractari soleant. Hic itaque, mi Rittershusi, modus est, quo contra homines, imo monstra huiusmodi a nobis procedi solet. Scire nunc ex te studeam, is ne modus tibi probetur: an vero velis licere vnicuique quiduis & credere & profiteri? Equidem existimo, te non posse eum non probare. Sed illud forte addendum putabis: Lutheranos talia non docere neque credere, ac proinde aliter tractandos esse. Assentimur ergo tibi, & nullum prorsus Lutheranum comburimus. Sed de ipso Propheta vestro Luthero aliam forte rationem innuemus. Quod enim dicis, Rittershusi, si asseram & probare tibi possim, Lutherum non eadem quidem, quæ Brunus, sed vel absurdiora magisque horrenda non dico in conuiualibus, sed in iis, quos viuus edidit libris, tanquam sententias, dogmata & oracula docuisse? quid tu hoc non credis? Mone quæso, si nondum satis nouisti eum, qui veritatem tot seculis sepultam vobis eruit, & faciam ipsa tibi loca indicentur, in quibus succum quinti istius Euangelii deprehendas, quamuis isthic Anatomiam Lutheri a Pistorio habere possitis. Nunc si Lutherus Brunus est, quid eo fieri debere censes? nimirum tardipedi Deo dandum, infelicibus v-

stulan-

ſtulandum lignis. Quid illis poſtea, qui eum pro Euangeliſta, Propheta, tertio Elia habent? hoc tibi cogitandum potius relinquo: tantum vt hoc mihi credas, Romanos non ea ſeueritate erga Hæreticos experiri, qua creduntur, & qua debebant forte erga illos, qui ſcientes volentes pereunt. Sed de his ſatis. Quæ nuper a te petii, rogo pro veteri noſtra amicitia cures diligenter: qui ſi tuo nomine ſimiliter quid facere potero, faciam neque fidem neque induſtriam in me deſiderare queas. Sulpitii vitam cum acceperis, quæro quando editionem ſis auſpicaturus, & hoc te amice mŏneo, apud doctos potius, quam apud iuuenes & vulgariter eruditos laudem ex ea quærere cogites. Satis iam datum auræ iſti. Nunc ſolis maiorum gentium litteratis placendum, quod fiet, ſi non omnia, quæ in Scholiis dici poſſunt, attuleris, ſed ea, quæ velles ab alio magno viro tibi propoſita eſſe. * Deinde ne appareat affectatio aliqua multæ Lectionis vel ſcientiæ, vt quidem cum in Gunthero annotas

* *Hæc, niſi amicus, non ſcriberem, quæ ſi amicus es in bonam partem accipies. Mihi hic non ſeritur, nec metitur. Vtinam eadem libertate in me vſus eſſes olim, antequam libros ederem.*

Chaos ab hebræo dici: quod postea putant alij de industria esse positum, ne hebræarum litterarum rudis videaris. Tertio, ne quicquam contra Catholicos, maxime de industria arrepta occasione, afferas, non quod putem esse, cur Catholici sibi a te metuant, (erunt enim illi cum tu non eris,) sed quod nolim libris & nomini tuo aditum Italiæ & Hispaniæ & forte breui Galliæ ipsi intercludas. Si enim Concilium Tridentinum, velut nuper se laboraturum Pontifici Rex Christianissimus promisit, in Gallia recipiatur: actum erit de libris vestris. Et quando tandem, mi Rittershusi, serio sapere incipis, vt quanto cum animæ corporisque periculo inter Nouatores viuas, intelligas? Cede sodes, mi carissime, cede inquam tantis doctoribus, & puta eos melius Biblia intellexisse. Casaubonus noster, vt video, bonum tibi exemplum præire incipit, qui nuper modestissimam in hoc genere Epistolam ad Card. Baronium perscripsit. Deus illum magis illustret, teque illi secutorem faciat.

De studiis tuis quid nunc præ manibus habeat vel confectum, vel adfectum, scire velim: item num Pandectas prælegere cœperis, postquam a vobis discessit vapulator tuus.

Vesem-

Wesembecius? Ego sub finem superioris & anni & seculi Commentarium de indulgentiis absolueram, qui in Germania imprimeretur. Nunc spicilegium Apuleianarum Lectionum absolui. Mox editioni epistolæ cuiusdam Dionysii Alexandrini accingar. Inde nouam Agellii editionem cogito, inuito quamuis Fiannio, qui adeo in aula felix esse incipit, vt illis quoque sordeat, qui iisdem dediti litteris humanioribus, quid credis propediem futurum? Francisci Schotti Itinerarium Italicum vidistine? Si non vidisti, autor sim isthic vt emas. Mittam ego prima occasione Romæ antiquæ & nouæ delineationes magno tibi vsui futuras in scriptoribus interpretandis. Wackerius noster ait, se humanissime & prolixissime ad te scripsisse, sed a te ne γρῦ quidem Lucillii accipere adhuc potuisse. Vnde, inquit, plane suspicor ipsum nobiscum stomachari, & cum hominibus Idololatris rem amplius habere nolle: quod nobis ferendum est. Ego mi Rittershusi, non video, quid tibi amicitia tanti viri nocere possit. Noli quæso ab humanitate, quam profitemur, tam alienus esse, vt illud accusari in te forte queat, quod innuere, quam dicere nimio malo. Sed fortasis litteræ eius tibi non sunt redditæ: id

quod ego ſuſpicari malo, & hoc etiam modo ipſi te nunc purgo. Tu ſi me audis, nullam tibi hebdomadam elabi ſines, qua nihil ad ipſum ſcribas, præſertim de litteris noſtris. Mihi crede, vir eſt ille tui cupidiſſimus, quique te, quamuis non Catholicum iuuare & velit & poſſit. Lipſius noſter, ſed ſecundus, vbi gentium eſt? quid eius Salluſtius? quid liber de comitibus, vbi hærent? Guldinaſtus quorſum peruenit, quorſum Küchelius, Hubnerus, Ignatius? quæſo mecum communices, ſi quid de illis certi habes. Vxorem tuam liberosque: D. Queccium, Scherbiumque ſaluere iubeo. Roma, vt ſoleo, raptim a. d. 17. Febr. Anno 1600.

Tuus ex animo & nunc & olim

Antonius Faber elegans ille, vt Giphanius aiebat, Iurisc. nunc Romæ viuit cum Familia in negociis Ducis Lotharingiæ, vir optimus & humaniſſimus, & in vera ſolidaque Iurisprudentia tradenda plusquam Giphanius. Valde vellem ad eum ſcriberes, ſpondeo tibi amicitiam viri minime pœnitendam.

G. SCHOPPIVS. Fr.

De Coelio Secvndo Cvrione quædam.

Transumsi hæc & sequentia ex Collectaneis quibusdam manu exaratis, quibus varia notatu digna ad suos vsus congesserat Argentoratensis quidam, vt adparet. Hæc cum non ita tria reperirem, inde delibare volui.

Magisterii insignia cum D. Henricus Pantaleon facultatis artium Decanus esset, vna cum Thoma Gryneo & Ioanne Acronio Frisio suscepit: sed sedendo & absque cæremoniis: eodem plane modo, quo Bucerus in Anglia, vltimo vitæ suæ anno Cantabriæ promotus est. Bonifacius Amorbachius Basilium filium ab eo solo primum instituí voluit. Mag. D. Iohannem Kischkam Palatini Viteblensis Illust. principis filium ex vltimis Lituaniæ terris cum magna nobilium caterua Basileam vsque proficisci compulit, Cœlii potissimum uidendi audiendique desiderium. Pontifex Romanus, cum, eo quod extra Italiæ fines esset, cogere non posset, & cuperet tamen illius in scribendo opera uti, mandauit episcopo Taracino, cui erat hac cum Cardinali Caraffa transeundum, vt cum Cœlio nostro de reditu in Italiam ad suam sanctitatem pacisceretur: proponeret ipsi, dum

modo

modo deinceps de religione non disputaret, impunitatem maximumque stipendium, & filiabus suis dotes amplissimas. Quod cum Sabaudiæ dux audiisset, ipse quoque ei non minora quam pontifex proposuit, si modo in Taurinensem Academiam rediret: cuius rei conficiendæ eo maiorem spem habebat, quod existimaret, illum in patriam suam facile reuersurum. Nec mihi pretereundus hoc loco est Maximilianus summus Rom. Imper. nam cum filii eius D. Horatii Curionis opera iam anteueteretur, parentem quoque ante annos quinque ad se pertrahere, & Viennensi Academiæ præficere voluit. Vaiuoda Transyluaniæ Rex, cum ante tres annos in Alba Iulia vrbe scholam instituere vellet, Patri quidem, præter cætera beneficia quæ esset collaturus, si eo proficisci vellet, sexcentos, & Augustino filio trecentos thaleros in singulos annos offerebat. Senatus huius vrbis eum totamque familiam ante biennium circiter iure ciuitatis donauit: quo fruerentur non aliter, atque si ab auis atauisque suis hic essent generati. Omnibus in rebus laboribusque suis, ita vel imprimis præsentissimum sibi Deum adesse cognouit: cum iam anno ætatis suæ sexagesimo septimo, Seruatoris autem M. D. LXIX corporis vin-

culis

culis solui, & ad Caelestem illam patriam, e qua primam originem omnes habemus, euolare deberet. Primum enim nequaquam ex improuiso inopinaque morte praeuentus est: sed ab eo tempore quo ei filia lectissima in grauissima huius vrbis pestilentia, ante annos fere quinque occubuissent, & de Horatii filii obitu etiam intellexisset: semper cogitauit de ratione feliciter ex hac vita migrandi, & superiori anno, cum Augustinus quoque filius obiisset fatalem diem: ipseque ei oculos claudere: Oculos inquit tibi claudo fili, quos tu mihi paruo post tempore claudere debuisti. Paucos menses antequam in morbum incideret, se atque vxorem ad vinum depingere curauit: cuius rei causam cum semel quidam sciscitaretur: Quoniam inquit mox hinc discessurus, cupio, vt mea familia hanc meam effigiem conspiciens, recordetur mei, & praeceptorum quae viuus illi de pie instituenda huius vitae ratione praescripsi. Et decimo octauo Nouembris die, quo vltimam lectionem habuit, mihi horae secundae obuiam ante collegium factus, statim postquam me inspexisset: Nos tamen inquit miseri homines sumus. Ego vero quod putarem de iis dicere illum, qui litteras & studia sectantur: Imo inquam sumus

mus aliis beatiores: Ille, Non hoc volo inquit, sed dico vniuersum, genus humanum plurimis miseriis esse obnoxium: quamobrem gaudeo sane, quod mox sim ex illis omnibus liberandus. Nonne non audis quod de Daniele Oesiandro dicitur? Cumque ego me id plane ignorare significarem: narrat ille mihi totum id, quod de eo tunc ferebatur, voce satis lugubri. Sequenti Dominica die capere mox eum vexare sub vesperam grauissimi quidam Catharri ad Ventriculum & intestina decumbentes, quos pectoris angustia, vomitus vehementes, & pituitosæ deiectiones sequebantur, quæ proinde illi, per eam noctem totamque fere sequentem diem molesta fuerunt: tertia die cum natura imbecillior non se posset exonerare, oriebantur ex pituitosa materia flatus hypochondria & Ventriculum excruciantes. Quibus etiamsi ex clarissimorum huius vrbis medicorum consilio qui simul quatuor aderant, fomentis aliisque rebus, quæ ex vsu esse videbantur, prospiceretur: tamen natura admodum debili existente parum proficiebatur. Itaque cum quarto die Catarrhus ad pulmones conuerteretur, vix dimidiam noctem attingens, ob spiritus difficultatem animam efflauit. Tertio deinde die qui erat sextus

Calend.

Calend. Decembris in summum templum, simul magna Doctissimorum virorum, studiosorum & honestissimorum ciuium commitante caterua delatus, & eo loco quo Rhenus Cemiterium alluit, apud filium Augustinum & tres filias conditus est.

CARMINA VARIA.

IN EFFIGIEM REVERENDI DOCTORIS Martini Lutheri, prophetæ Germanici in veste moniali carmen, autore Michaele Lindnero poëta.

HAnc hilari retulit Martinus imagine formam.
Tonsus vbi summo vertice frontis erat.
Quando sed infesti cognouerat ordinis vsum,
Turpe saginati vitat honoris opus.
Exuit ergo doli vestem manifestat & astus,
Quale cucullati sit scelus orbe gregis.
Clara beatorum monstrans oracula vatum,
In quibus æternæ, dogma salutis agit.
Illud Apostolicis illustrat vbique loquelis,
Vnde micat Fidei relligione decus.
Primus enim nostro Christi qui tempore verbum,
Tradidit vt patriæ sæpe Propheta fuit.

MAR-

MARTINVS LVTHERVS, CYGNVS INSVPERABILIS.

Ludouicus Helmboldus, Muhlhusinus.

Murmur, & minas Leonis,
Ampla qui Palatia
Romula possedit vrbis,
Triplici ferum caput.
Insolentia coronans:
Nil vagis humi plagis
Vixit, ausum spernere.
Subdita gessere fronte
Longa Cerui cornua:
Vis equorum bellicosa.
Territis pauit tubis:
Hic refragari nec ausus
Est, eburnis ossibus
Roboratus, quadrupes,
Vniuersa turba terra
Supplices gressu tulit:
Capit & sublimis ora
Τ ψιτυς grex impeti:
Gloria supremus ales
Nil habere visus est,
Vi Leonis obrutus.
Sensit, tuasitque solus

Inter

Inter omnes alites
Nil habens atri coloris,
Sed rata propaginis
Vi, per omnes singulosque
Posteros, niui parem
Exerens albedinem.
Rupit hic atram Leonis
Aucupis potentiam:
Bruta linquens fixa terris,
Ivit alto spiritu
Liber: & Christum per auras
Innocans, Deo dedit
Saluus omnem gloriam.

De obitu Martini Lutheri Distichon Numerum anni quo obiit continens. Autor Wend. Helbachio. P. L.

atropos eIsLebIa rapVIt fVrIosa LVtherVM,
HoC WIttenberga qVI CVbat eCCe tapho.

Aliud eodem Autore:

Mortuus in patria fuit Vrbe Lutherus. at ista
Albidos, huc curru vectus, in vrbe iacet

Vaticinium de Luthero, cuiusdam Silesii versibus comprehensum per Wendelinum Helbachium secundum Molybergensem. P.L.

TEmpore quo iam iam per lucida scripta Lutheri
Sancta remissurus Deus esset ab athere mundo
Dogmata, Papatus humanis legibus ante
Obtenebrata diu, nec adhuc reticentia prorsus.
Oppressus mortis tunc forte Silesius armis
Decubuit grauiter, mox & fatalibus auris
Excessurus, ait suprema voce, libenter
Emoriar, quoniam sic Fata, nouorum
Audirem tamen ante libens noua dogmata viuus.
Mox hinc quem rapidis quoque vidit in ignibus Hussus
Excitat Albiaci Deus amnis in Vrbe Lutherum.

PROPHETIA IOHANNIS HVSSI BOHÆmi Martyris Constantiensis, Autore Wendelino Helbachio. P.L.

Centum reuolutis annis Christo respondebitis Mihique.

IAm miser infestis comburor ab ignibus anser,

Qui

Qui per rura Dei Cæleſte Bohemica verbum
Cantaui motus ſacri ſpiraminis æſtu.
Quod nunc Papa ferox Chriſti ſæuiſſimus hoſtis
(Cuius ab inſtinctu conductus fœdera Cæſar
Supprimit) aſſato me ſcilicet anſere, rurſus
Tollere molitur rigidisque extinguere bellis.
Sed vos admoneo, quicunque aſtatis ad ignes,
Quodque mihi violata fides ſic cemitis ægro,
Mentibus vt veſtris hæc infigatis, vt olim
Et veſtri mea verba ſciant extrema nepotes,
Non ego ſcripturæ ſum victus ab hoſtibus armis
Quæ tamen Hæreticos vincendi eſt regula, ſed vi.
At non hæc curo, quoniam grauiora redemtor
Pertulit humani propter mea crimina ſexus,
Cumque ſit hæc immota Dei ſtabilisque voluntas
Ipſius vt fiam propter ſacra dogmata martyr
Omnia ſponte feram, ſed vos mihi credite, quotquot
Hic aſtatis, inops iam iam comburitur anſer,
Poſt annos centum me Cygnus in orbe ſequatur.
Hoc miſero felix qui dulcius anſere multo
Continet immenſum puro melos ore per orbem

Ille velint nolint Cæsar, Papa, Tartara, Pluto
Illud idem Christo duce surget & auspice vivum
Non hic, vt anser inops ego triste relictus ob omni
Auxilio, a Papa crudeliter igne peribit.

Wittenbergæ Kal. Maii An. 41.

IN EFFIGIEM REVERENDI VIRI M. VITI Theodori carmen autore Ioachimo Hellero.

REuera Theodorus eras vitaque minister,
VITE, Euangelii dogmata sancta sinans.
Nunc, licet empta est populo vox viua docentis
Ingenii præstant hoc monumenta tui.
Tuque vt perpetuo Theodori munus obires,
Ad vitam a Domino Vite vocatus abis.
Isthic cum patribusque piis sanctisque prophetis
Nunc canis æterno carmina grata Deo.
Nobis vix reliqua est de corpore tristis imago,
Sic Deus asseruit te Theodore sibi.

Aliud incerto Autore.

Fide fide Viti vitæ mi Vite fideli,
In vitem vitæ ducit ad astra fides.

Aliud

Aliud M. Friderici Helbachii.

Corpore Vite iaces, vitæ vox viva superstes
Biblia sacra probant; id monumenta docent
Adde quod hoc Hesii psalteria scriptaque passim
Commonstrant, referunt en pietatis iter.
Viues ergo Deo, tua nos monimenta, manebunt.
Vitis Vite fide vin ea erisque Dei.

IN PHILIPPVM MELANTHONEM
incerto Autore.
Nestorius animus.

Magnus mortuus est modo Melanthon
Luge Bretta tuum fidele pignus.
Wittemberga tuum fleas Magistrum
Cœtus mœreat atque ovile Christi.
Non cœleste, sed huius hocce secli.
Et grex candidus eruditionem.
Plangat pectora: & ingemiscat omnis.
Sunt communia nostra damna secli.
Omnes nunc lachrymæ & dolor docebunt.
Donec signa dabit benigna Christus
Auferre & dare posse quos placebit
Qui carumque piumque ovile purgent
A fœnisque queant lupis tueri

Verum in gaudia mille fletus iſte
Noſter ſic redeat, diuque duret:
Vt qui nunc gemitu & dolore noſtro
Rident: perpetuo dolore mentis:
Haud cælum aſpicere haud virum tueri
Poſſint: officii immemor caterua:
Solum docta cohors opinione
Solo nomine Chriſtiana turba.
Feſtinate nouos malos libellos:
Gaudium edere, non trium dierum.

Chriſtianus animus.

Magnus mortuus eſt modo Melanthon
Luge turba tuum bonum Patronum
Luge turba tuum bonum magiſtrum
Qua noſtro meritoque viribusque
Aſſenſuque ſitam doces ſalutis
Partem: tempore quæ periculoſo.
Tunc cum gloria vindicanda Chriſti eſt,
Ne cœlum ruat, aut labatur orbis
Inuanum metuis, Deumque tetro
Tentas conciliare Beliali;
Quæ Chriſti officium Moſisque neſcis
Nati o degeneres patris Lutheri
Inclinatio facta Chriſtianæ,
Per ſtultos ſapientiæ magiſtros,
Doctrinæ. Satanæ hactenus furenti

Qui

Qui scriptis precibusque restitistis
Maturate nouos bonos libellos,
Doctrinamque tuemini Lutheri:
Ἐν ὀργῇ εὐσέβεια.

IN EFFIGIEM FRIDERICI STAPHYLI Apostatæ Doctoris Pontificii. Autore Felice Fidlero Dambacense Thuringo.

Ἀσταφυλὶ σαφὴς ἔσαι, καὶ ῥόδον ἀὔον ἐλεῖται,
Et rosa mane viget, marcida nocte cadit.
Vidi ego ceu lauri germen florere malignum,
Prateriens paruo tempore quaro, fuit.
Sic etsi celebri florere videris in aula
O Staphyle, & Cynici dogmata falsa seris.
Diraque nunc sanctis Christi minitaris alumnis
Et furiis imples corda aliena tuis.
Inde tamen victus diuina voce iacebis.
Crudeles obitus impius omnis habet.
Ignea marcentem te numinis obruet ira,
Vt perit a solis victa calore rosa.
An non a magno qui nomen habebat Iulo
Floruit, & læsit vique dolisque pios?
Floruit & caussa tandem deuictus & armis
Dum iacet, & sparsus vulnere sanguis abit:

Vicisti Galilæe refert, simul iuit ad Orcum
Vmbra gemens, panas & sine fine luit.
Ille domum bello rediturus funera vouit,
Sed perit, & bello non redit ille domum;
Qui dicunt aliter veri quam conscia mens est,
Accessunt furias in sua fata graues
Sic crepuit tigno dum rumpitur ilia Iudas,
Pœna venit grauior quo magefera venit.
Aspice mugitu Latomum sub morte fatentem,
Se quoque iustorum sanguinis esse reum.
Tu quoque qui flores, fato marcebis acerbo,
Successum impietas nescit habere diu.
Sed nos Christe doce, viresque vocantibus adde,
Floreat æterno nomen honore tuum.

IN EFFIGIEM ANDREÆ OSIANDRI Theologiæ Doctoris Autore Felice Fidlero.

PLasma recens hominis pigræ de puluere glebæ,
Cum prouidus primum Prometheus fingeret,
Ignigenam nitido mentem furatus Olympo
Fertur tenaci glutinasse corpori,
Quo non ingenium penetrat? Sapientior illo est
Sui Prometheus Osiander seculi.

Nam-

Namque alia solers hominem ratione refingens
Opus nouum dum fabricat scitissime,
Non cœlo flammas, sed pura luce perennem
Ipse Deo furatus est essentiam.
Illi nit hanc homini tanta mordaciter arte,
Vt non homo posthac sed alter sit Deus.
Ergo quis inuideat? longe præstantior illo est
Sui Prometheus Osiander seculi.
Caucasea volucres, vos huc quis ventus adegit?
Siue estis aquilæ seu rapaces vultures
Parcite namque facit noster quodcunque Prometheus,
Opinione furtum, non facto facit.
Sic ludunt dubio puerilia somnia sensu,
Quid hoc nocet? cessato quaso vultures.

IN FLACIVM ILLYRICVM EPIGRAMMA Wendelini Helbachii Secundi. P. L.

Quod sit peccatum Flacius substantia tradit,
Ante quod hunc ausus nemo docere fuit.
Quod nisi fecusset seductus acumine mentis
Lumen in immenso nunc foret orbe micans.
Hostibus a latis qui nunc deluditur, & so-
Cantibus exponit turpiter atque iocis.

Aliud Hermanni Helbachii.

Hactenus Illyricus pugnauit ad usque Coronam
Inque acie miles strenuus vsque stetit
Seductus tandem quo, nescio Damone, nullo,
Dat modo de sociis victus abhoste fugam.
Hæc igitur vere nunc vltima dicitur ætas,
Qua fore Natus ait schismata plura Dei.

IN EFFIGIEM IOHANNIS STIGELII poëtæ Clarissimi. Autore Simone Heringo Mülbergense.

AOnii vates clarum deflere poëtam,
Tam cito quem nobis abstulit atra diem
Illum Gotha potens fœcundis protulit arvis
Ingenio vatem non paritura parem:
Qualis enim fuerit vates, quantusque poëta,
Ipsius egregium testificatur opus.
Hic meruit sancta palmam grauitate perennem
Obtinet in Clariis & loca prima viris.
Seu res spectentur, seu mella poëtica, seu quæ
Larga Maronæo carmine vena fluit.
Maximus his annis Heroi carminis Autor
Maximus ingenio, maximus arte fuit.
Æmula Peligno Nasoni Carmina lusit,
Versibus & fecit proxima, phœbe tuis.

Elo-

Eloquioque grauis, noſtri facundia ſecli,
Non minor annoſo Neſtore Rhetor erat.
Grandiloquam quoties linguam, facundaque mouit
Ora, fluens placido flumine Sala ſtetit.

IN EFFIGIEM PETRI LOTICHII.

PEtrus eram dictus cum me tuus o petra Chriſte
Tingebat, ſacro fonte, lacuque cruor.
Vixi te fultus ſemper fidemque ſalutis
Lætor & æternum viuo Deumque colo.
Templa patris teneo præluſtris lumine cœli.
χριςὲ tuo merito gracia magna tibi
Vnus tu fueras mihi rex, tu Chriſtus Ieſus
Abba hæc ob gnatum munera diua dabas.
Solius datur hic lætari & cumbere menſis:
Hic ego cœlicolûm pace poloque furor.

M. Balthaſar Strubius, Ortenbergenſis fecit.

ORTVS ET OCCASVS VNIONIS PROTESTANTIVM.

Anbusii nata: Rotenburgii lactata:
Halæ educata: Heilbronnæ completa:
Wormatiæ passa: Moguntiæ mortua.
Resurrectura NVNQVAM &c.

CIPPVS

Ad tumulum VNIONIS erectus.

Quisquis es, qui transis hic forte viator.
Et quid hic EVAH? STA: te Cippus velit, discito,
Hic situs vel sita sunt, quis vel quæ ignoro:
Neutrum forsan:
Quid hoc? quæris: recte sane: Nam a maribus
Sine matre in tumultu vano sum prognata,
Armis initiata: præliis dicata,
Mirum tamen est, quod susceptores
Mei fœmineum cor & genus mihi assignarunt.
Ficta putas? frontemque trabis, ænigmata sphingis:
Credis? sunt Pythio vera magis tripode.
Me viri principes superioris Germaniæ ex ce-
vero

Suspi-

Suſpicionis procreauerunt, ciuitates ſocie ex ſacro
Fonte magna cum latitia ſuſceperunt: diffidentie
Cece vberibus nutriuerunt, ſimulatione auxerunt,
Spe per ſe lubrica educarunt, cum in flore
Ætatis mihi ex blandis ciuitatum ſociarum exuuiis
Dotem conſtituere tentaſſent,
Ecce rapiunt me fata nolentem.
Monſtri quid igitur es? qui vocaris?
Quibus nota ſum dicor VNIO *latine, Germanis*
vocor Vnien
Es ne tu illa prapotens rerum omnium moderatrix?
Debebam quidem eſſe viator, ſed heu, aut non
Procreata, aut maiore fide eram colenda.
Nunc vero flauit velis aura proterua meis.
Enecas me fore, age,
quum eſſem in infantia.
Fui
Peregrinis admiratio,
Aduerſariis terror,
Principibus gloria
Germanis honor.
Cum eſſem in pueritia

Fu

Fui
In pace & otio
in quo
Multa pericula sustinui
Crapula
Alea
Gynaeceo
Multos feroces hostes fudi
Verbis
Minis
Pompa.
Multos exercitus deleui
Hastiludiis
Delitiis
Subditorum exuuiis.
Tandem heu mihi! cum essem in flore aetatis
instructissima
Ferocibus equitibus
Et fortibus peditibus,
Otio marcesco, deliciis eneruor, imperitia
decumbo
Et tandem,
Cum parentes mei se satis ex marsupio
Susceptorum meorum ditassent,
Moguntiæ
Per Genuensem, genere parentibus meis
imparem mercatorem,

SPINOLAM,
Cuius ego fata, illustrissimis parentibus
meis & maximi cordis principibus freta
anticipare satagebam,
Peregrinis indignatio
Aduersariis ludibrium
Principibus infamia
Germanorum dedecus.
ENECOR
Et Hailbronnæ in ipso gremio parentum
Et susceptorum meorum facta sum
NON ENS.
Nimium
Solstitialis herba fui, repente orta sum
Occide repente.
Alta cadunt vitiis, virtutibus infima surgunt.
Tu vade viator.
Narra
Principio Principibus:
Mari tranquillo quemlibet Nautarum
Nauem gubernare posse,
Asi ubi sæua rapitur tempestate nauis,
Non semi-lixa, neque calone, sed viro
Et gubernatore, qui adsit fortunæ
Præsenti, sed & oblato casu flectat
ad obsequium, opus esse.
Deinde popularibus.

Fastum,

Fastum, adulationes,
Temeritatem, Imperitiam,
Socordiam, odium intestinum,
Opinionem, Patientiam,
Fore
Principum supplicium
Germanorum exitium.
Dic suadere populo,
Anima quæ peccauit moriatur,
Et
Esse dignum capistro, qui nescit uti imperio.
O Mi viator valeas
Viuasque melioribus
Quam egomet auspiciis.
Vixi annos XIII menses III dies V.
In Climacterio obii
Et dum vixi, bene vixi.
IN VINO, NON VI,
Iustitia fuit mea.
Anno æræ Christianæ
CIↃ. IↃ. CXXI.
Mense Aprili,
decubui diu
Quia lento morbo contabui.

19347

J. J.

דקדוק הקודש

seu

Analysis Linguæ Ebrææ

ac Chaldaicæ,

Cum

Tabulis Pronominum, Verborum ac Nominum,

quibus

In fine adjiciuntur nonnullæ paginæ practicæ,

Illorum causſa, qui viva docentium voce destituuntur, conscripta

à

JOHANNE, CONRADO, WAKIO,
S. S. Theol. & Ling. Orient. Ratisbonnæ P. P.

ULMÆ, A. P. S. cIↃ. IↃ. CC. IX.
Typis WAGNERIANIS.

Prostat
FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
apud
JOANNEM MARTINUM HAGEN.

J. J.

QUod operæ pretium, si Grammaticam scribimus ? Objicit Scioppius sordidos hujus artis natales ex Suetonio de Cratete Mallote. Sed non de lingua mihi agitur, quæ cum proxima Orbis juventute nascebatur, ac tantum novissimis prior est. Latinam dico. Objicit Js. Vossius in de Sibyllinis oraculis cap. XVI. quam diu linguæ florent, non fieri Grammaticas. Sed custodiunt tamen illæ linguas ab interitu. Quæ porro laboris hujus necessitas ? Fatetur enim Joh. Levsdenius in libello præceptis linguæ Ebraicæ præmisso, plures fere linguæ Ebrææ esse Grammaticas, quam hebdomadæ sunt in anno. Id quod jam ante annos quinquaginta scripsit. Ego vero non trado mea præcepta, ut numerum rerum notarum superfluum augeam, sed ut auditoribus meis inserviam, mecum à literatorum in his sacris commercio longe remotis. Denique ibi hæc scribimus, ubi non incommode cum Ægidio Gutbir de contemptu Divini hujus ac omnium antiquissimi studii querimur, his ex præfatione, quam Vir Celeberrimus Syriaco suo N. Testamento præmisit, verbis: Ea linguæ Ebrææ conditio est, ut plerique illam audacius, quam constantius adgrediantur, & à primo vix limine salutatam deserant. Invenias haud paucos proh dolor ! qui eam sordidis tantum & male olentibus Judæorum caveis includendam arbitrantur.

tur. Sunt, quibus adeo sordent hæc studia, ut turpissimis potius fabulis & vanissimorum hominum commentis bonas horas consecrent, quam vel salutaria Dei eloquia & Sacræ veritatis fontes rimari, vel antiquissimas & adcuratissimas Paraphrases cum illis conferre dignentur. Nec desunt, qui ut supra vulgus sapere videantur, Orientales literas, tanquam inutiles apud imperitos traducunt, earumque cultores paulo diligentiores non tantum non juvant, sed & conatus eorum, quibus possunt modis, impediunt, premunt, opprimunt. Cujus mali causas repete insuper ex jam dicto loco. Ego nitor conscientiæ, ex Scriptura directæ, rationibus, nunquam placens plurimis, sed Deo, quod expeto, & melioribus. Hinc officii satago & minimis duco meos ad maxima, altius rem repetens à lineamentis primis ac tum demum finem impositurus, quando indicem dedero ad vestigia Virorum. Quæ omnia absolvuntur in arte Grammatica, fideli interprete, qui mox sequetur, ac denique specimine quodam, quod vocant, critico. Deus, cui cuncta nostra consecramus, benedicat docenti simul ac discentibus, ducens utramque partem ad felicem terminum. Ex musæo meo d. 15. Octobris. Anno cIↃ. IↃ. CC. IX.

Joh. Conrad. Wakius. P. P.

J. J.

De Literis Consonantibus.

§. I.

EBræis & Chaldæis Notæ verborum, seu lectionis organa sunt eadem. Ex quibus primam classem absolvunt Consonantes: quarum nomina, valor & forma, quæ junctim indicantur, ostenduntur sequente hac tabula:

א, *Aleph*, cujus pronuntiatio tam tenuis est. ut nonnisi in subscripto puncto audiatur.
ב, *Beth*, Bh.
ג, *Gimel*, Gh.
ד, *Daleth*, Dh.
ה, *He*, H.
ו, *Vau*, V.
ז, *Sain*, S.
ח, *Hheth*, Hh.
ט, *Teth*, T.
י, *Jod*, J.
כ, *Caph*, Ch.
ל, *Lamed*, L.
מ, *Mem*, M.
נ, *Nun*, N.
ס, *Samech*, S.
ע, *Ain*, pronuntiatur

saltim in suâ vocali, neque tam asinina nobis videtur, ut hodiè Judæis.

ף, *Kuph*, K.
ר, *Reſch*, R.
ש, *Schin*, Sch. seu S. bilans.
שׂ, *Sin*, S. Durum.
ת, *Tau*, Th.

ב, *Pe*, Ph.
צ, *Tſade*. Z.

Not. Præter hunc usum adhibentur etiam hæc organa in numerando, & usque ad (י) quod decem notat, sunt numeri monadici: à (כ), quod viginti notat, usque ad (ק), quod centum notat, juxta suum ordinem, significant Decades. (ר) notat 200. ש. 300. ת. 400.

Num. I. Distribuuntur porro Literæ in אהחע Gutturales: גיכק, Palatinas: דטלנת, Linguales: זסצרש, Dentales: בומף, Labiales, atque אהוי, Quiescentes.

Not. 1. De hisce in genere notandum, quod Literæ unius classis, imprimis אהוי, facile inter se alternent.

Not. 2. Literæ quiescentes dicuntut, quando destituuntur punctis, & latent in antecedente Vocali. Sic (א) quiescere potest in quacunque vocali. (ה) in fine, (ו) in(ֹ), (ִ),(ֻ), itemque inter (ו) &(ֹ), ante suffixum tertiæ Sing. Masc. Pluralium. (ו) in (ִי) & (ֵי).

Not. 3. Quando literæ, antea vocali animatæ, jubentur quiescere; punctum sibi subscriptum tollunt, & præcedens mutant in eam vocalem, in quam jubentur quiescere.

Num.

Num. II. Omnis litera mobilis, non vocalizata, notetur cum (ְ), & si Præformativa fuit, etiam prima radicalis induit (ְ), nisi Dagesch forte subsequens illud impediat.

Not. 1. (ְ) non exprimitur in literis finalibus, nisi præcedat Schvata alia & in Pronomine secundæ Sing. fæm. אַתְּ, ac denique sub Caph finali.

Not. 2. Pro Schva quiescenti intellecto, sub literis finalibus (ה) Mappikato (ה) atque (ע), alternat aliquod (-) furtivum, ante literam suam pronuntiandum, quoties præcedit una ex longis, præter (-).

Not. 3. Hoc. idem (-) furtivum pro Schva exprimitur, etiam sub literis penultimis, (ח) atque (ע), quoties sequitur Schvata alia, nec non in Apocopato שִׁמְעֹן, Gen. IV. 23.

Num. III. Propter variationem ratione figuræ, notantur finales כמנפצ, quæ, quoties ultimum locum in vocibus occupant, basin suam dimittunt hoc modo: דָּוִךְ, & (מ) sequentem induit formam quadratam (ם).

Num. IV. Præterea propter supplendum spatium in fine & vocum & linearum dilatabiles sunt אהלתם, pro requisito spatii

hanc induentes formam ם, ן, ר, ל, ך, נ: neque tamen in aliis insuper, quæ commode diduci possunt, hæc ratio prohibeatur.

Num. V. Ratione Soni variant sex literæ בגרכפת, quæ sine impresso Dagesch aspirationem, seu (h) connotant: quando autem Dagesch possident, (h) illud dimittunt.

Num. VI. Ad vocem radicalem constituendam, minimum requiruntur tres literæ, quibus thema, seu radix constituitur. Reliquæ autem, quæ aut postponuntur, aut præmittuntur, dicuntur serviles, quas memoriæ ergo his tribus vocibus complectimur. משה וכלב איתן.

Not. 1. Chaldæi servientibus addunt etiam (ו) &, quod Syris sæpe usu venit, epenthetiticum (ו): quod neque Ebræis etiam inusitatum est.

Not. 2. Essentialiter servientes, ab initio, vocantur Præformativæ, in fine, afformativæ: quæ autem serviunt, ut saltim aliquid connotent, ab initio dicuntur Præfixæ, in fine autem suffixæ.

Not. 3. Initium Syllabarum semper fit à literis consonantibus; (ו) autem initiale, quando

do Schureck induit, cum vulgo legimus ut (U).

De Vocalibus.

§. II.

Vocales sunt decem', quinque breves, totidemque longæ.

Breves sunt:		*Longæ.*	
(-), *Patach,*	A.	(-), *Kametz,*	A.
(..), *Sægol,*	E.	(..), *Tsere,*	E.
(.), *Chireck parvum,*	J.	(.), *Chireck longum.*	J.
(-), *Kametz chatuph,*	O.	(j), *Cholem,*	O.
(:), *Kübbutz,*	Ü.	(1), *Schurek.*	U.

Not. 1. Diphthongi, seu immediate duæ consequentes vocales, sine interveniente litera, non habentur, multo minus triphthongi.

Num. I. Ut facilior sit lectio, tres vocales longæ punctum suum amiciunt fulcro. Chireck superponit (') Schurek autem (1), & cholem hoc idem (') puncto suo subponit. Ex quibus Chireck fulcrum suum rarius, Cholem frequentius, Schurek vero nunquam amittit.

Num. II. Punctum vocale Cholem fre-

quenter coalescit cum puncto diacritico in litera (ש): in puncto anteriori, quando litera præcedens non est punctata, cum posteriori, quando ipsum vocali destituitur.

Num. III. Hæc eadem litera, quando in utroque cornu punctatur, in cornu dextro vocalem habet, quando litera ejusdem vocis præcedens vocali caret: si autem ipsa sine subscripto puncto est, vocalis habetur in cornu sinistro, & (ש) valet Sch.

Num. IV. (ֽ) ne confundat lectorem, num longa sit, & (A) valeat, vel brevis, & valeat (O); attendi debet ad requisitum syllabarum: si sine tono plures faceret moras, quam requiruntur, valet (O): si autem paucieres, valet (A).

Not. Chaldæi, qui principium Syllabarum promiscue & observant, & negligunt, ex formatione magis sunt judicandi.

Num. V. Porro hoc (ֹ) valet (O), si ante (ְ:), aut (ַ) Catuph aliud, propter concursum Schvajim, est.

De

De Schva, seu nota absentium vocalium.

§. III.

Num. I. Chateph, seu Schva, est vel simplex, vel compositum: & simplex iterum vel mobile, vel quiescens.

Num. II. Mobile est ab initio vocis ac Syllabæ, post vocalem longam sine tono post aliud (ְ) in medio vocis, &, quod idem est, sub litera Dagesch forti notata.

Num. III. Schva quiescit in fine vocis, post vocalem brevem sine Meteg, atque ante (ְ) aliud.

Num. IV. Schva compositum fit ex (ֲ), (ֱ) & (ֳ) chatuph, hoc modo, (ֲ), (ֱ), (ֳ), quæ proprie literis gutturalibus subscribuntur, & sono suarum tantummodo vocalium pronuntiantur.

De Dagesch.

§. IV.

Dagesch, seu punctum mediis literis impressum, duplex est, forte, ac lene.

Num. I. Dageſch Lene tollit ex literis בגרכפת aſpirationem, iisdemque imprimitur ab initio periodi, poſt (:) quieſcens tum expreſſum, tum tacitum, aut ejus punctum vicarium : poſt Syllabam ſimplicem vocis præcedentis Millel, in (־), vel (ֽ) terminatæ, vel Milra cum accentu diſtinctivo, aut Pſix notatæ : & tandem ſi adſpiratam Schvatam ſequatur vel aſpirata eadem, vel ejusdem claſſis.

Not. Dum nulla ex his conditionibus ſine exceptione occurrit, præſtat antiquorum accuratos codices ſequi, quam Rabbinorum diſſentientium regulas : præſertim cum non ſcribamus jam Ebræas literas, ſed, quæ in libris ſunt, judicemus.

Num. II. Dageſch forte, quod æque aſpirationem tollit, ordinarie imprimitur omnibus literis, præter Gutturales ac (ר).

Num. III. Hoc idem Dageſch duplex eſt, Characteriſticum & compenſativum : illud eſt Conjugationum Gravium, hoc ſupplementum eſt abjectæ literæ : utrumque autem duplicat literam, cui imprimitur.

Not. 1. Horum quodvis ſæpe excidit ex literis

terisSchvatis: Itemque ex literis poſtApocopen, ultimis, præcedente punctо manente.

Not. 2. Chaldæi pro Dadeſch forti ſæpe adhibent (ּ), quandoque revocant ipſam etiam literam abjectam.

Num. IV. Dageſch forte excidit ex Gutturalibus & (ח), & compenſatur ferè in antecedente brevi, per analogam longam: in (ַ) etiam per (ָ), & in (ִ) per (ִי): interdum per Meteg, vocali antecedenti adponendum: interdum utroque hoc neglecto, punctum præcedens corripitur in (ְ).

Not. Dageſch hoc quandoque vel excidit, vel aſſumitur: & quidem vel nulla urgente, vel diſcernendæ ſignificationis, cauſa.

Meteg.

§. V.

Meteg eſt figura hæc (ֽ), quæ punctis interſeritur, ut vocibus Latinorum comma: Notat autem frenum, & in pronuntiatione vocalium idem facit, quod frenum proprium ad curſum equorum: adſtrictum inhibet nimium curſum ac impetum, laxum autem nimium tardos in-

citat. Sic illud in brevi vocali moram addit, in longâ autem sermonem nimis tardum promovet.

Num. I. Meteg adjicitur vocali, in syllaba simplici tertiæ, vel quartæ ante tonum: Longæ ante aliam longam: cuivis ante Schva compositum: brevi in qua debebat rejectum Dageſch forte compensari: ac denique longæ ante Schva simplex.

Not. 1. Quando in una voce sæpius hæc ratio occurrit; sæpius etiam in eandem Meteg ponitur.

Not. 2. Meteg, quamvis necessarium, quando abest, debemus ex positis regulis seu analogia scire, quod adesse debebat.

Not. 3. Ne signorum nimia fiat adcumulatio ac turbatio, quandoque pro Meteg occurrit accentus ordinativus.

Nnm. II. Porro Meteg adjicitur vocali brevi in Syllaba composita, inprimis ante primam radicalem verborum היה & חיה: eidem porro in prima Polysyllaborum, quamvis etiam per Makkeph talium: & tandem ad initiale (:), quoties illud cum sequente litera non commode coalescit, aut sine interposita mora plane non audiretur.

Map-

Mappik.

§. VI.

Num. I. Mappik est punctum, ut Dageſch, quod (ה) finali impreſſum notat literam mobilem, atque à regulis quieſcentium excipiendam.

Num. II. In verbis literam (ה) geminantibus, quoties media, propter tertiam apocopatam, fit ultima, toties Mappik induit perinde, ac ſi eſſet radicalis tertia.

Raphe.

§. VII.

Raphe eſt transverſa lineola ſupra literam poſita, notans abſentiam neceſſarii vel Dageſch imprimendi, vel Mappik.

Makkeph.

§. VIII.

Makkeph eſt lineola transverſim, & quidem

dem ſuperius, duabus vocibus interpoſita, quæ tonum protrahit ex antecedente in ſequentem, & ſic ex duabus antea, vocem unam componit.

Not. 1. Longa vocalis etiam ante Makkeph manet, ac inſuper Meteg aſſumit, in quieſcentibus (ע) & לה״: in vocibus Monoſyllabicis, אֵם, אֵשׁ, עֵת, עֵץ, לֵב, בֵּן ac תֵּת, quæ tamen interdum excipiuntur, ſi immediate ante tonum ſunt.

Not. 2. In Polyſyllabicis, inprimis Infinitivorum Kal ex Geminantibus (ע) & verbis לה״, itemque Nominibus, & paucis verbis perfectis, manet (י).

Quæ in Signis hiſce omnibus in ſacro codice irregularirer obcurrunt, tyronibus, qui compendio ducendi ſunt, non reponam. Si cui autem Maſora non eſt in manu, qui tamen horum loca deſiderat, adeat volo præfationem Everhardi von der Hogth / in Biblia Leusdenii, quæ cura Viri hujus, de ſcriptura Sacra Meritiſſimi, podierunt Amſtelodami ANNO CIↃ. IↃ. CC. V. Ubi uno quaſi intuitu doctas illas Judæorum Veterum nugas reperiet.

De

De Syllaba.

§. IX.

Num. I. Syllabarum, ut & totius artis Grammaticæ regula generaliſſima eſt: Omnis Syllaba, apud Ebræos, tria complectitur tempora, ſeu moras, niſi in ſede toni ſit, ubi & pauciores eſſe poſſunt, & plures.

Num. II. Propter hoc idem Principium vocalis longa, quæ duas moras complectitur, eſt in Syllaba ſimplici, ſeu ultimum auditur in Syllaba, & brevis, quæ ſaltim unam moram facit, eſt in compoſita, quæ terminatur in conſonantem.

Not. 1. Nulla litera mobilis plures moras habet, quam unam.

Not. 2. Literæ Schvatæ, quæ Syllabam inchoant, coaleſcunt, & pro una habentur cum ſequente litera punctata, ſeu vera vocali notata.

De Sede toni.

§. X.

Num. I. Ubicunque pauciores ſunt moræ

moræ, aut plures, quam tres, ibidem est tonus.

Not. Vocalis brevis ultimæ exeuntis in (א) acuit penultimam.

Num. II. Si autem requisitum Syllabarum, tum in ultima, tum in penultima (in antepenultima tonus nunquam est) reperitur, seu utrobique tres moræ sunt, tonus est in penultima.

Not. 1. (־) ante (א) & (ה) quiescens finale, ac frequentius etiam (ה) paragogicum & locale, acuit ultimam.

Not. 2. (ה) intendendi, (ה) afformativum Hiphil, præter verborum לה״: (ה) afformativum levium conjugationum, in geminantibus, aut quiescentibus (ע״), præter participia: ac denique (ה) Suffixorum, ante (נ) epentheticum, acuit penultimam.

Not. 3. Quamvis servilia (וּ), (יִ), (וֹ), (וֵ) atq; ־ֽ juſtum numerum in mora impleant, excipiuntur tamen à penacutis, & tonum servant in ultima, præter afformativa in Hiphil & conjugationibus levibus geminantium, aut quiescentium (ע״).

Not. 4. Ultimam porro acuit alternans brevis, pro longa: (–) ante tertiam radicalem verborum; (ֽ) ante (מ) & (ו) servilia, terminatio

tio ֶ, vocalis propter ſtatum conſtructum brevis, & formæ quadratæ.

Num. III. Sedes toni jam conſtituta ex ultima retrahitur iterum ad penultimam ſimplicem, propter (ו) converſivum futurorum, propter accentum Dominum, propter præcedentem particulam אֶל, propter dageſch in לַמָּה.

Num. IV. Contra autem ex penultima ad ultimam dimittitur propter (ו) converſivum præteritorum: propter accentum miniſtrum in אַתָּה, אֲנִיכִי & עָתָּה: ac denique in afformativis (ִי), (ו) & (ָה), quieſcentium ac geminantium Ajin.

Num. V. Ex voce præcedente ad ſequentem dimittitur, quoties lineola Makkeph interponitur.

De Punctorum Permutatione.

§. XI.

Num. I. Quoties ſine tono aut meteg pauciores ſunt moræ, quam tres, aut plures; toties mutantur puncta.

Num.

Num. II. Vocalis longa Syllabæ compositæ, sine tono, mutatur in cognatam brevem, (ֵ) fere in (ֶ), & (ִי) in (ִ), ac (ֹ) propter retractum tonum in (ֳ) chatuph.

Not. 1. Si post adhibitum Makkeph nihilo minus puncta pristina manent; tum propter excessum in requisito Syllabarum, tum propter defectum Meteg subveniat. Id quod in vocibus Makkephatis in Syllaba penultima æque fit, ac ultima. conf. Exod. I. 8. - מֶלֶךְ it. v. 6. - יֶרֶךְ.

Not. 2. Hoc idem Meteg in voce Makkephata necessarium, quandoque, præsertim post vocabulum מָה, compensatur, in vocis sequentis litera initiali, per Dagesch. ut Jud. I. 14. מַה־ לָּךְ, pro מָה ib. II. 2. מַה־ זֹּאת.

Num. III. Vocalis brevis, in Syllaba simplici, elevatur in analogam longam, nonnunquam vel Dagesch assumit, vel Meteg, aut etiam in Schva corripitur.

Num. IV. Quando incrementum finale assumit tonum; ut pauciores fiant Syllabæ; vocales, quæ mutari possunt, corripiuntur in Schva.

Num. V. Ut certior sit punctorum ratio, omnia radicitus sunt quærenda ex forma primitiva, quæ reperitur vel in verbo, vel in nomine masculino singulari, & si pri-

si primitivum non est in usu, petatur ex forma dabili, quæ derivativi fundamentum possidet.

Num. VI. Quando & literæ simul, & vocales mutandæ sunt; à literis fit initium.

Num. VII. Quando litera abjicitur, cum ea simul perit punctum præcedens, in cujus locum recedit punctum literæ jam abjectæ.

Not. 1. In multis nominibus quiescentium ultima, (ה) recedit in fulcrum vocalis præcedentis, quod vides in פְּרִי ex פִּרְיָ. תּוֹהוּ ex תֹּהֶה, בּוֹהוּ ex בֹּהֶה. דְיוֹ ex דִּיָּה.

Not. 2. Quando (נ) cum Schva quiescente abjicitur, & (ל) in verbo לקח. cum eo simul tollitur ipsum Schva subscriptum.

Not. 3. (א) verborum פָּא, in futuro Kal, quando conciditur, manet vocalis præcedens. Huc refer etiam (י) futurorum in verbis פָּי, & (ו) eorundem in Hiphil. (י) ex (ה) in verbis quiescentibus tertia, & (ה) pronominis interrogativi מָה: ac denique nominis לְבַת. pro לְהַבַּת.

Num. VIII. Ebræi quando aliquid abjiciunt, illud plerumque alio signo iterum compensant. Quod fit vel per Dagesch

literæ, defectum sequenti, imprimendum, vel per vocalem longam, aut Meteg adjiciendum literæ præcedenti, vel per ipsas literas, ut in formis quadratis, ubi nonnunquam (ׇ) etiam, pro Dageſch exclusō, ponitur.

Not. 1. Dageſch hoc compensativum non imprimitur in literis finalibus, nisi post incrementum finale:

Not. 2. Apud Chaldæos Dageſch hoc sæpe imprimitur in litera antecedente, aut per (ׇ) compensatur, raro etiam per ipsam literam.

Num. IX. Quando in voce & suffixum est, & præfixum; prior cura fit de constituendis punctis propter suffixum.

Num. X. Mutationis initium fit ab ea vocali, quæ à tono longissimè distat, ordine progrediendo usque ad ipsam sedem toni, habita deinceps ratione Schvaim.

Num. XI. Vicarium alternans induit plerumque naturam ejusdem, pro quo alternat.

Num. XII. Regulæ de vocalibus in Schva corripiendis intelligantur saltim de puris, in Syllaba simplici.

Not.

Not. 1. Pauciſſima excipiuntur, quæ (ֵ) pro Dageſch adhibitum corripiunt in (ֶ), & hoc idem propter concurſum cum alio in (ַ) Chatuph mutant', itemque plurales, quorum media Schvata notata fuit antea cum (ְ), (ֲ), vel (ֳ) quæ propter numerum pluralem (ַ) recipit.

Num. XIII. Ceſſante cauſa, fere ceſſat effectus: Redeunte illa, redit fere & hic.

Vocales in tertia, vel quarta ante tonum,

§. XII.

Vocales (ַ), (ָ), (ֹ), (ֻ), & (ִ) in vocibus penacutis, propter ſuperveniens incrementum finale, in Syllabam tertiam, vel quartam ante tonum rejectæ, corripiuntur in (ְ).

Not. 1. (ַ) interdum manet ſub ם auctorum ex geminantibus (ּמ): in Patronymicis, quorum primitivum vox acuta eſt: ante ſyllabas וֹת, & יִת־: ſub prima radicali in Niphal: ſub ſecunda nominum ex piel: ſub ſecunda radicali verborum, factum ex (ֵ) vel (ֶ) propter accedens ſuffixum. Ut גִּנַּבְתָּם furata eſt illos. Gen. XXXI, 32. ſub prima radic. in Kal. accedenti-

bus in præterito tertiæ personæ afformativis, in infinitivo autem suffixis: & in quibusdam nominibus.

Not. 2. (ֶ) quandoque manet in Patronymicis, quorum primitivum fuit acutum, in vocibus, quarum prima radicalis est Schvata: sub literis nonnunquam fortiter Dageschatis.

NB. Chaldæi in hoc loco nihil mutant, nisi quando imitantur Ebræos.

Vocales in proxima ante tonum.

§. XIII.

Num. I. In proxima ante tonum (ַ) atque (ָ) frequentius manent,

Not. Prius tamen in nonnullis participiis verbornm לֹא, accedente terminatione pluralium, & paucis nominibus: posterius autem in Hiphil, verborum לֹה, ac paucis aliis, ad formam Chaldæam, excipitur.

Num. II. (ֶ) ante sedem toni corripitur in Schva, nisi Schva mobile præcesserit, aut nomen ante incrementum fuerit Monosyllabicum.

Not.

Not. 1. Chaldæis (ֵ) hoc ante affformativa תָ, וּ & אָ præteritorum, mutatur in (ַ).

Not. 2 Ebræi in multis retinent (ֵ) ante tonum, præcedente tum vera vocali, tum Schva quieſcente. Ut תִּרְדְּמָה, מִצְבָה, מְכֻשֶּׁלֶת: itemque in Participio Benoni, radicis שָׁלַח, quoties ſuffixum ſecundæ ſingularis maſculini ſingularium, cum præcedente Schva adponitur: ac denique in תְּכַבְּדֶךָּ.

Not. 3. Tria Monoſyllabica ſunt, quæ (ֵ) ſuum mutant in (ַ), בֵּן, יֵשׁ, atque שֵׁם.

Not. 4. Hoc idem בֵּן, מְשֻׁבָּר, מְגֻלָּע, atque שֵׁת, (ֵ) ſuum in plurali mutant in (ַ): שֵׁם autem illud retinet.

Num. III. (ִ) in proxima ante tonum in Nominibus manet, in verbis autem corripitur in ſchva.

Not. 1. Huc repone (ִ) Chaldæorum in futuro peal, & infinitivos, imprimis verborum לֵהּ, forte, quia in nomina degenerant. Sic בִּרְעוֹתוֹ Gen. XXXVI. 24. Ex I. 11. עִנּוֹתוֹ Lev. IV. 27. בַּעֲשׂוֹתָהּ 1. Sam. I, 7. עֲלוֹתָהּ.

Not. 2. Feminina quædam (ִ) ſuum radicale, ante terminationem pluralem, euphoniæ cauſa, mutant in (ַ): quo referas etiam קָטֹן, סָבוֹל, צָפוֹר, קָדֹד, שָׁבוֹל, euphonice (ִ) ſuum mutantes in (ַ).

Not. 3. שׁוֹר, חֹמֶר & חוֹתֵם, quo etiam שׁוֹק referas, pluralem suum formant more perfectorum, (ִי) abjectum recipiendo. Ut שְׁוָרִים, חֲמָרִים, חֲוָתִים, שְׁוָקִים. Mallem autem ego hæc esse pluralia tantum, quorum fœminina singularis, ut in multis aliis, est fingenda.

Not. 4. יוֹם, רֹאשׁ, אֱנוֹשׁ, & אַשְׁפּוֹת, in plurali (ִי) mutant in (ֵי).

Num. IV. (–), (ֵ) & (ְ) formarum פְּרִי, & בֵּית, in proxima ante tonum corripiuntur in (ִ). Quod Schva apud Ebræos in Nominibus pluralibus producitur in (ֵ). Solum בֵּית facit בָּתִּים.

Not. 1. Hoc idem (ֵ) obtinent dualia שְׁנַיִם ex שֵׁשׁ, דִּלְתַיִם ex דֶּלֶת, לְחָיַיִם ex לְחִי, קְרָנַיִם ex קֶרֶן, quod ultimum tamen non perpetuo hoc facit.

Not. 2. (–) quoque, quod sub secunda radicali verborum est, excipe infinitivum in Kal, quoties suffixum leve accedit, Ebræis mutatur in (ֵ). Huc refer etiam הַב, quocunque accedente incremento finali.

Not. 3. In vocibus לַיִל, זַיִת, אֶמֶן, אַיִל, אֶגֶרֶת, & ex רֶגֶל, רַגְלַי, itemque (–) alternans pro (ְ) ut אַחֵר pro אַחַר, superveniente numero plurali, vocales istæ breves corripiuntur in (ִ).

Not. 4. Nomina in (ַי) terminata, si (ַ) suum in plurali non mutant in (ֵ); Joth suum aut

aut dageſchant, aut abjiciunt, ut צַיִם & צַיִּם ex צַי. כְּלִי facit כֵּלִים : גְּרִי (ִ) modo retinet, modo producit in (ֵ).

De *Schvajim propter concurſum convertendis.*

§. XIV.

Num. I. Quando quatuor *Schvajim* concurrunt, mutatur tertium ante tonum: quando tria, in nonnullis medium mutatur, in quibusdam prius: quando autem duo; prius, quod eſt in loco mobili, mutatur in vocalem brevem.

Num. II. Si utrumque ſimplex fuerit, communiſſime prius mutatur in (ִ), imprimis ſi primitivum, ſeu nunquam vocalis fuit: nonnunquam in (ֵ), & tunc frequentiſſime, ſi ortum eſt ex (ִ): ſub (א), aut literis antea tſeratis, fere mutatur in (ִ): in (ֵ) chatuph mutatur, ſi aut ipſum, aut poſterius antea fuit (ִ): Interdum in (ִ), imprimis in illis, quorum forma radicalium ſub primâ habuit (ִ).

Not. 1. Excipe Imperativos, per affomativum creſcentes, ex quibus vix decem ſunt,

qui (ִ) prius non in (ַ) mutant, aut propter Gutturalem in (ַ): Infinitivi autem, quibus hoc contingit, habentur plurimi.

Not. 2. Propter literam præformativam puræ vocales omnes corripiuntur in Schva, ex quorum mutatione venit (ְ) passivorum, Püal & Hüphal. Quod autem propter incrementum finale, imprimis in (ָ), haut ita accidit.

Not. 3. Litera (ָ), quando propter concursum Schvajim ante se (ְ) habet; Schva suum subscriptum plane tollit.

Not. 4. Hoc idem Schva sub (ָ) tollitur, in vocibus formæ בֵּית, quarum media radicalis quiescit in (ְ).

Not. 5. Hoc imitantur etiam nomina quædam verborum ע״ו, ut תָּוֶךְ, מָוֶת, quorum (ָ) (ְ) suum abjicit, atque in (ָ) quiescit.

Num III. Schva compositum ante simplex quiescens, abjicit suum Chateph: ante mobile autem vocalem, vocali præcedente brevi nihilominus manente, ut אֶעְבְּרָה, ex עָבַר.

Not. 1. Hoc idem Schva compositum, ante simplex interdum in (ְ) mutatur, ad imitationem simplicis.

Not. 2. Quando Schva compositum, quod Chateph suum propter concursum cum sequente alio abjecit, ante se habet vocalem brevem, itidem ex concursu cum ipso factam; brevis

brevis illa nihilominus manet, ut אַחֲרֵנָה ex אַחֲרוֹן, אַעֲוֵבָה ex אַעֲוֹב.

Num. IV. Schva simplex ante compositum mutatur in vocalem, ex qua posterius est compositum.

Not. 1. Schva compositum sub Gutturali, redit in simplex, quotiescunque litera (ה) sequitur, & Schvata alia præfigitur. Ut בִּהְיוֹת ex הֱיוֹת.

Not: 2. (א) & (ה), sæpe Syrorum more, ante se respuunt Schva, & quiescunt in puncto sibi antea subscripto.

Num. V. Schva compositum ante aliud tale, propter concursum literarum gutturalium, abjicit suum Chateph.

De *Schva Composito sub literis Gutturalibus.*

§. XV.

Num. I. Schva Compositum amant literæ Gutturales: simplex autem utrumque respuunt.

Num. II. Mobile nunquam admittunt: pro quo communissime induunt (ֲ): sæpe etiam (ֳ) accipiunt sub litera (א), tum

BIBLIOTHECA ANSELIBA

prima radicali, tum præformativa: sub prima radicali verbi הָיָה: & si ortum est ex (ֲ): denique (ְ) quoque possident, si simplex Schva ortum est ex (ֹ).

Not. Si sub (א) ponitur (ְ); fit ferè ex ratione characteristica inter diversas Conjugationis classes.

Num. III. Schva quiescens respuit potissimum prima gutturalis adsocians sibi præcedentem brevem, Schvajim compositis convenientem.

Num. IV. Si Schva compositum jam præcedit, assumit eandem brevem, ex quâ illud est compositum, mutato priori propter concursum.

Num. V. Si (ֹ) præcedit, factum ex concursu duorum simplicium, redit illud propter cessantem causam in (ֹ) pristinum, & mutatur propter concursum simplicis ante compositum.

Not. 1. Quando diversæ junguntur gutturales diversum Schva compositum exigentes, interdum utrumque jus suum peculiare obtinet. Ut אַחֲרֵי. Ruth. III. 15.

Not. 2. (ְ) & (ֲ) ita promiscue assumunt, ut vix differentiam aliquam sine crebra exceptione

ne determinaveris: unde ad usum codicis respicimus.

Not. 3. Schva quiescens sub tertia radicali, quod ex forma Schematis est, nunquam convertitur in compositum, ut שָׁמַעְתָּ. Gen. III. 17. הוֹשַׁעְתִּים. Hos. I. 7.

De *punctis propter accentus mutandis.*

§. XVI.

Accentus Domini, seu orationis distinctiones majores mutant fere (–) & (ֽ) in (ֽ), Schva compositum in suam analogam longam, Schva primitivum autem, quod nunquam vocalis fuit, in (ְ).

Not. 1. Schva, quod ex forma verborum est, in radicibus לה & לא, mutatur in (ֽ): ante suffixum ך transponitur: præterea elevatur in eam vocalem, ex qua ortum est.

Not. 2. Quod si ex (–) ortum est Schva, mutatur in (ֽ), & si ex (ֽ) interdum in (ְ) ut קָרְבָה, Lev. I. 16.

De

De Genere Nominum.

§. XVII.

Natura Masculina sunt, quæ terminantur in literam radicalem: fœminina, quæ desinunt in ת־, vel ת affirmativum.

Not. Quæ excipiuntur, ideo non adpono, quia scribuntur hæc, ut resolvamus textum Biblicum, non autem, ut ipsi orationes Ebræas conscribamus: & plura excipi nequeunt, quam habentur in codice, qui diligenti studio probe innotescet.

De Motione femininorum, Numeralium, distributivorum & Patronymicorum.

§. XVIII.

Num. I. Ex motione fœminina fiunt, quando masculino in fine additur ת־, vel ת־, vel ת־.

Num. II. Numeralia cardinalia, Distributiva & Patronymica adponunt in fine

ad

ad formam radicalium ־ (Chald. ־), quorum fœminina aut nudum (ת) assumunt, aut communem terminationem ־ה, & (ˈ) masculinum Dageschant.

Not. 1. Chaldæi promiscue fœmininum in (ה) terminant & (א): si autem aliud (א) præcedit, retinent morem Ebræorum.

Not. 2. Quæ in (ˈ) radicale ex verbis ־ה exeunt, propter superveniens femininum illud non dageschant, ut אַלְוָה, cauda, ex אלה.

Not. 3. In quibusdam nominibus femininum definit in ־ת, pro ־ה: ut חַטָּאת, זִמְרַת.

De *Motione Nominum per Numeros.*

§. XIX.

Num. I. Moveri potest utrumque genus Nominum per Pluralem Numerum, ac dualem. Plur. Masc. definit in ־ים Chaldaice in ־ין: fem. in ־ות. Chald: in ־ן. dualis Ebr. in ־ים, Chald. in ־ין.

Not. 1. Multa reperimus Masculina, quæ num. pluralem terminant ut feminina: & feminina, quæ terminantur ut masculina.

Not. 2. Quædam Nomina Ebræa terminantur

tur ut Chaldaica in יִ־ : nonnulla ut constructa Syrorum in ־ֵי. ut חַלּוֹנֵי, Jer. XX, 24. שָׂרֵי, Hos. X. 4.

Not. 3. Quædam modo hanc terminationem pluralem amant, modo alteram: pauca utramque simul: & denique nonnulla plurialia feminina simul habent terminationem dualium.

Num. II. Ante terminationes plurales (ת) servile, & (ה) quiescens quodcunque abjicitur: ante dualem autem (ה) femininum mutatur in (ת).

Obs. 1. Nomina duarum radicalium, desinentia in affirmativum ־ִית vel וֹת etiam ante terminationem pluralem (ת) suum retinent. Quod imitantur voces שִׁקֻּת, דֶּלֶת, אֲשֻׁפּוֹת, & אַמָּה quod facit אַמָּהוֹת.

Obs. 2. Quæ ultimam radicalem (ה) in aliam quiescentem mutant, ante terminationem pluralem illam retinent. Sic פִּי ex פִּוֹה habet פִּיּוֹת: quod etiam פִּים, פִּיּוֹת ac פִּיפִיּוֹת, occurrit illud huc non pertinet.

Obs. 3. Chaldaice אָב & שֻׁם ante terminationem pluralem (ה) suum radicale recipiunt: quod imitatur etiam אִם ex אמם.

Num. III. Nomina in (י) terminata, accedente terminatione plurali, illi interdum

Da-

Dageſch forte imprimunt aut (ּ) ſubſcribunt, aut plane amittunt.

De Statu Nominum Conſtructo atque Emphatico.

§. XX.

Num. I. Terminationes Ebræorum & Chaldæorum feminineæ (ה), (א), atque (ו), propter ſtatum conſtructum mutantur in (ת): (ַ) ultimum, & (ָ) ante quod (ּ) purum, aut (ְ) quieſcens nominum per (מ) ab initio auctorum præcedit, mutant in (ַ).

Num. II. Terminationes plurales ־ִים Chald. ־ִין, & duales ־ַיִם, Chald. ־ַיִן, ultimam literam abjiciunt, (י) quieſcente in (ִ), exceptâ voce שְׁנַיִם atque שְׁתַּיִם, quæ (מ) fere retinent, & ſaltim puncta juxta ſtatum conſtructum mutant.

Not. 1. (ָ) ante finale (א), vel poſt primam radicalem, in forma abſoluta antea Schvatam, manet.

Not. 2. (ּ) ſuum retinent אוּלָם, מַתָּן & יָם, quoties vox סוּף non ſequitur, ac ſæpe etiam עַיִן.

Not.

Not. 3. Voces חָלָב, לָבָן & לֶבֶן (ָ) finale mutant in (ֶ).

Not. 4. (ֶ) finale retinent אָבֵל, חָמֵשׁ, יָוֵן atque עָקֵב; Nomina autem יָרֵחַ, יָרֵךְ, כָּתֵב & צֵלָע in statu constructo utrobique ponunt (ַ).

Not. 5. דַּי, גַּיְא & חַי, quoties non per Deum juratur, (ַ) suum mutant in (ֶ).

Num. III. (ַ) ante (ה) finale, mutatur in (ָ): quando autem sub media (ו) est, quod retinetur ad imitationem perfectorum, corripitur in Schva.

Num. IV. In Syllaba penultima status constructus (ַ) quodcunque purum, nec non (ֶ), quod est ante aliud (ַ) non affor-mativum, nec non (ַ) vocis שָׁבַע, in Schva corripit.

Not. 1. (ַ) hoc manet ante tertiam radicalem (א) & sub literis per compensationem notandis, in vocibus מַטָּעִים, מוֹרָשִׁים, תִּשְׁבִים. In (ִ) tamen corripitur sub media radicali in quibusdam nominibus ex Piel, & voce צִבְאָ.

Not. 2. (ָ) manet post Schva quodcunque, vix decem exceptis: quod imitatur etiam (ַ) in voce תִּעֲלָה.

Not. 3. (ַ) vocum ad formam בַּיִת mutatur in (ָ), in quo media radicalis (י) quiescit.

Not.

Not. 4. Chaldæi statum constructum neque in penultima, neque in ultima Masculinorum observant. In his autem si aliquid mutant; imitantur Ebræos.

Num. V. Status Emphaticus Chaldæorum est, qui Nomini, jam ex statu Constructo formato, addit (א), cum præcedente (ַ): interdum (ה), inprimis post tertiam radicalem (א): In numero plurali autem (י) status constructi dagessehat, mutando ejus (ִ) in (ַ).

Not. 1. Patronymica Chaldæorum, Distributiva & numeralia Cardinalia, quæ ־ַי in desinunt, accedente statu Emphatico, terminatione fæminina, vel plurali, ־ַי illud mutant in ־ָא, ut כִּשְׁרַי, emphatice כִּשְׁרָאָה, Chaldæus. in plur. כִּשְׁרָאִין, רְבִיעַי, quartus, fæmin. רְבִיעָאָה.

Not. 2. Patronymicorum hæc dicta & distributivorum feminina, quando insuper terminationem status emphatici assumunt, (י) jam ante in (א) mutatum, reducunt, & promiscue vel cum (ַ) notant, vel cum (ָ), ut ex קַדְמָאָה, קַדְמַיְתָא & קַדְמָיְתָא.

Not 3. Pluralia masculina in statu emphatico retinent formam status Constructi: sæpe etiam literas (י) & (א) transponunt.

De Præfixis tum Pronominum, tum particularum,

§. XXI.

Præfixa Pronominum sunt (ה) articuli & (ש), Chald. (ד) utriusque sexus in omni Numero & Casu.

Num. I. (ה) articuli præfigitur per (ַ), sequente Dageſch forti, aut propter excluſum Dageſch, per (ָ), ac denique ante Kametſatam gutturalem aliam, per (ַ), excepto (א), & præter חָי, vocibus monoſyllabicis. (ש), quod אֲשֶׁר notat, vel per (ַ), vel per (ֶ) ſequente Dageſch forti: (ד) Chaldæorum autem per (ִ).

Num. II. (ו) copulativum, (כ), (ל) & (ב) præfiguntur per (ְ), & ante vicinum tonum, aut ſi ante gutturalem ſimul articulum includunt, per (ַ). Huc refer etiam (ה) interrogativum communiter præfigendum cum (ַ), rarò autem ut ipſe articulus.

Not. 1. (ַ) hoc propter vicinum tonum manet, quamvis ille jam per Makkeph ſit ablatus

tus. ut Esth. II, 9. לְחָתֵּד: quod idem (-) interdum etiam Chaldæi ponunt.

Not. 2. (ו) copulativum induit (ִ) ante literas במף, ac literas (ְ) simplici notatas: quo etiam pertinet compositum, alternans pro simplici.

Not. 3. Si autem literæ במף simul tonum possident, (ו) sæpe (-) retinet: & ante (ו) Schvatum sequitur rationem Schvajim concurrentium, §. XIV. traditam.

Num. III. (מ) ex מִן, præfigitur per (ִ), sequente Dagesch compensativo. Quod ex (ו) Schvato iterum excidit una cum (ְ) illo subscripto, paucis tamen exceptis. conf. §. IV. n. III. not. 1. p. 8. & §. XIV. n. II. not. 2.

Num. IV. (ו) Conversivum duplex est, vel Præteritorum, vel futurorum. *Præteritis* præfigitur per (ְ) & tonum fere ex penultima, formæ nullo suffixo auctæ, dimittit ad ultimam. *Futuris* præfigitur per (-) sequente Dagesch forti, & tonum retrahit ex ultima in penultimam simplicem.

Not. 1. In (ו) Præteritorum excipe primam pluralem, non nulla verborum ע"י, & pleraque quiescentium tertia.

Not. 2. In (י) Futurorum excipe rationem accentuum, & primam singularem.

De suffixis eorumque punctandi ratione.

§. XXII.

Suffixa כֶם & כֶן, הֶם atque הֶן, Chaldaice כוֹן pro ־תֵּ adhibent הוֹן, כֵּן & הּ vel כוֹם atque הֵן vocantur Gravia, reliqua omnia autem Levia.

Num. I. Generice notandum est, ־תֵּ femininorum, ac sæpe etiam paragogicum, ante suffixa mutari in ־תַ: aliud autem (ה) quiescens quodcunque tolli.

Not. (ה) Paragogicum non nunquam ante suffixa manet, adjecto adhuc alio & post suffixum. ut 1. Reg. VII. 37. לְבִלְתֵּנָה. Ezech. XVI. 53. בְּתוֹכְתֵּנָה.

Num. II. Voces terminatæ in (ה) radicale, aut vocalem aliquam, pro Ebræorum (י) accipiunt הִי, & pro Chaldæorum ־תֵּ accipiunt הֵי, pro ־תֶם, הֶם, ac denique pro ־תֶן, הֶן.

Num. III. Nominibus singularibus ordinarie adponuntur suffixa singularium, pluralibus & dualibus pluralium. Ex quibus

bus hæc ultima propter superveniens suffixum termiuationem suam afformativam amittunt.

Not. 1. Masculina, quæ in (ֶ) aut (ַ) terminantur, ante suffixa Gravia, formantur in statu constructo: quod afformativa fœminorum ־ָה vel ־ָה, ־ָת vel ־ָת ubique faciunt.

Not. 2. Nomina אָב, אָח, atque חָם in singulari ante suffixa pro usitato puncto sumunt, (ִי), Chald. (וֹי). Excipe primam personam, quæ sequitur usum communem.

Not. 3. Nomina ex verbis לה״י ex alternatione literarum אהוי formantur & heic nihil peculiare obtinent.

Not. 4. Interdum Nomina Pluralia, imprimis feminina, suffixa amant singularium, & singularia pluralium.

Num. IV. Particulis communiter adponuntur suffixa Singularium, exceptis אֵל, עַל, עַד, יַחַד, & Chaldæorum קֳדָם, atque אִית seu אִיתַי, quibus juxta Masorethorum puncta non nunquam jungitur מִן.

Not. 1. בֵּין Ebræorum & תַּחַת, nec non Chaldæorum בַּתַּר suffixa adsumunt promiscue. (בְּ) autem (לְ), (כְּ) atque עִם ante נוֹ, ךָ, & suffixa gravia, postulant (ַ).

Not. 2. אֵת ex אֶתַּת, ante נוֹ & ךָ etiam cu-

pit (־). Ut autem discretio sit inter usum particularum, cum & apud, itemque inter Notam accusativi, quam exprimit; formatur in illis ad formam geminantium (ּ): in his vero excludit Dagesch compensativum, quod restituitur per (ֵ) conf. §. XXIV. n. VII.

Not. 3. הֶנָּה suffixo ך præmissum, pro (־) ponit (־): ante suffixum autem primæ singularis inserit (נ) cum præmisso (ִ), & in regimine accentus utrobique præmittit (ֵ). si aliter fit, respice ad jus Dagesch fortis.

Num. V. Verbis regulariter junguntur suffixa singularium. In quibus tamen observandum; quod pro (ָ.) adhibeant נִ, ac huic insuper, ut & ante suffixa נוּ, הוּ, ם, מוֹ, ac ן, in futuris præmittant (ֵ), in Præteritis autem (־).

Not. 1. Imperativi, & quidem ex natura sua, adnumerari debent futuris. Infinitivi autem hoc habent discriminis: in actione præsente atq; intransitiva adjiciunt (ֵ): in futura autem & transitiva (ִי). Et si nominascunt, seu ut nomina construuntur: in significatione plurali pluralium adsumunt suffixa. Id quod raro in objecto quoq; plurali imitantur tempora finita.

Not. 2. Interdum Præteritorum suffixa ante se habent puncta futurorum, & contra. Imò in paucis pro futurorum (ֵ) ponitur (־).

Not. 3. Chaldæis ante (ִי) futurorum etiam præ-

